DE REPUBLICA ECCLESIASTICA, LIBER. EMENDATIOR & INSIGNIBUS...

Lelio Zecchi, Costantino Maldenti, ...

Digitized by Google

[...]ZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 B
50

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-21. 6. 62.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE REPVBLICA ECCLESIASTICA, LIBER.

Emendatior & inſignibus notis rem breuiter explanantibus illuſtrior & locupletior.

In quo, quicquid ad Eccleſiaſticarum Perſonarum, dignitatem, poteſtatem, & munus: iuxta Sacrarum Litterarum teſtimonia, Sanctorum Patrum Sententias, & Canonum, ac Conciliorum ſanctiones, Iuriſconſultorumq; monita, ſpectat; breuiter & dilucidè pertractatur.

LÆLIO ZECCHIO THEOLOGO, & Iuris vtriuſque D. Authore.

Cum duplici Indice, altero Tractatuum Operis, Altero rerum, & Sententiarum.



BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LVGDVNI,

Expenſis Ioannis Baptiſtæ Buyſſon.

M. DC I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Approbatio huius Operis.

EGo Frater Alexander Manerba Brixianus, Lector Theologus, ordinis Prædicatorum, cum hos de Eccleſiaſtico Statu libros diſcutiendo percurrerem, percurrendóq; diſcuterem, ingenuè fateor, nunquam mihi, nec impium aliquid cõtra Fidem, nec fœdum contra mores, nec temerarium cõtra Principes occurriſſe; omnia quippè ſanã, honeſtam, claram, reuerentémque doctrinam redolere viſa ſunt. Quapropter opus hoc Catholicum, pium, doctum, ac vtile eſſe teſtificor: ob ídque nõ tam prælo, quàm quolibet Chriſtiano dignum eſſe cenſeo.

Veronæ noſtro in Cœnobio ſanctæ Anaſtaſiæ, anno à Virginis Partu 1599. die 26. Maij.

Fr. Alexander Manerba.

Ego Petr. Apollonius ſacræ Theologiæ Doctor, Rector ſanctæ Mariæ Rocchæ Maioris Veronæ, vidi hæc ſcripta, & nil in eis inueni, Catholicæ Fidei, bonis moribus, vel Principibus Chriſtianis contrarium.

Ego Frater Andreas Schilinus de Brixia, ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ Lector, vidi hæc ſcripta, & nil in eis inueni, Catholicæ Fidei, bonis moribus, vel Chriſtianis Principibus contrarium.

Ego Hippolytus Barutius ſacrę Theologiæ Doctor, Archipresbyter Salodij, vidi hæc ſcripta Excellentiſſ. D. Lælij Zecchij & nil in eis inueni, Catholicæ Fidei, bonis moribus, vel Chriſtianis Principibus contrarium.

Frater Ægidius Puſterla Inquiſitor Veronæ.

Petrus Stridonius Vicarius generalis Epiſcopatus Veronæ.

ILLV

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISS.

D. D. PETRO ALDOBRANDINO, S. R. E. Cardinali Ampliſſimo, & de latere legato.

LÆLIVS ZECHIVS FOELICIT.

QVOD veterum ſcriptorum vſu eſt obſeruatum, & ſapientum monitis inſtitutum, Ampliſsime, & Illuſtriſsime Cardinalis, vt qui nouum opus ſibi edendum pararent, Principem aliquem virum, Virtutibus præſtantem, & potentia pollentem ſibi eligerent, ſub cuius auſpicijs editum opus exiſtimationem ſumeret, & protectionem; id mihi maximoperè nunc faciendum fuit, cum opus edere decreuiſſem, in quo de re ſumma peragatur, nempè de Eccleſiaſticorum Hominum Statu, qui, ſi dignitatem eo-

Digitized by Google

rum ſpectemus, Diuina pollent authoritate, ſi diſciplinam, & virtutes, cæteros homines, vt eorum luminaria, & exemplaria, longè antecellunt, hoc maximè tempore, in quo, ob Sanctiſſimi & Beatiſſimi Pontificis eximias virtutes, & diligentiam, eccleſiaſticos viros omni virtutum genere micare conſpicuum eſt; quæ ego perpendens, Ampliſſime, & Illuſtriſſime Princeps, haud difficile exiſtimaui, in tanta Principum copia, eum ſeligere, ſub cuius inſigni nomine in lucem ederetur; Tu enim ſtatim mihi occurriſti, Ampliſſime Cardinalis, qui, ſi potentiam ſpectemus, ferè vniuerſi ſceptrum & habenas tenes in Chriſtiana Republica pro Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Pontifice adminiſtranda; ſi virtutes conſideremus, tanquam Solem luciδiſſimum inter minora ſydera teipſum ſpectare licet, vt in quo, Dei beneficio, maieſtas, & modeſtia, humanitas, & ſeueritas, prudentia, & vigor, temperan-

tia,

Digitized by Google

tia, & iuuentus, omniúmque ſcientiarum, & rerum perfecta cognitio, ſimul collecta ſint, quæ, vt mira per ſe ſunt, ſic in viridi ea ætate florere diuino potius muneri, quàm humanæ arti eſt adſcribendum. Suſcipe igitur, Illuſtriſſime Princeps, Eccleſiæ ſanctæ decus, hunc de Eccleſiaſtica Republica Librum, hilari vultu, eúmque, ac meipſum Amplitudinis tuæ humillimum ſeruum, ſub tua protectione ſuſcipere, & amplecti dignare.

SCITE quidem olim prudentiſſ. ille naturæ explorator Thales Mileſius docuit τ̀ χρόνον σοφώτατον ἀναπάντων, tempus omnium eſſe ſapientiſs. & Pindarus in Olympiacis poſteros dies ſapientiſs. teſtes, tempúſque omnium parentem; quia nempe temporis progreſſu nihil non fiat, natura ipſa ſuos fœtus tempore maturet, omnibúſque muneris ſuos progreſſus abſoluat & arte perficiat. Quamobrem perſuaſum & ipſa experientia tibi comprobatum eſſe velim (Lector beneuole) D. Lælij Zecchij Theologi & Iuriſconſulti Clariſſ. de Eccleſiaſtica repub. opus, nouē alioqui Muſis celatum, Veronæ nuper editum, multis partibus terſius, illuſtrius, & emendatius noſtris typis recēs excuſum tibi prodire. Quandoquidem neuos qui operarum incuria vel magis præcipitatione in Veronenſi editione plurimi irrepſerunt, qua potuimus arte & diligentia emendare ſtuduimus. Quod vt fœlicius preſtaremus. R.P. I. C. Theologi Auguſtiniani viri, religioſi

gioſi

gioſi & rei Chriſtianę promouendæ ſtudioſiſſ. opera & vigiliis vſi ſumus. Et quidem S. Scripturæ & Patrum loca quanta potuimus fide & religione notauimus, caracterum varietate diſtinximus, capitum & rerum ſummam ad fallendum prolixitatis tædium & iuuandam Lectoris memoriam breui compendio ad marginem perſtrinximus, tandémque Auctorum in hoc opere citatorum nomina ordine alphabetico deſcripſimus. Quod noſtrum tibi obſequendi votum boni conſulere non dedigneris. Vale.

***

DOCTORES THEOLOGI & Iuriſconſulti qui in hoc opere citantur, ordine Alphabetico deſcripti.

***

A

ABB. id eſt, Abbas.
Alc. Alciatus.
Anchar. Ancharanus.
Anan. Ananias.
Ant. Antoninus.
And. Io. Andreas.
Anacl. Anacletus.
Anch. { Auguſtinus de Anchora Auguſtinianus.
Armil. { Bartholom. Fumus Dominicanus dictus Armilla.
Arrag. { F. Petrus Arragonenſis Auguſtinianus.
Aſt. Aſtenſis.

B

BAſil. i. Baſilius.
Bal. Baldus.
Barbat. Barbatia.
Bellar. Bellarminus.
Bern. Bernardus gloſſator decretalium.
Boër. Boërius.
Bracoar. Bracoarenſis.
Butri. Antonius de Butrio

C

CAld. i. Io. Calderinus.
Capr. Capreolus.
Caiet. Caietanus.
Caſſ. Caſſianus.
Capel. Capella Toloſanus.
Clar. Clarus.
Conc. Trid. Concilium Tridentinum.
Clim. Climachus.
Cucch. Cucchus.
Couar. Couarruuias.
Cyn. Cynus.
Cypr. Cyprianus.

D

DEecret. i. Decretales.
Diaz.
Dyn. Dynus.
Dion. Dionyſius Halicarnaſſeus.

F

FEd. i. Federicus.
Fel. Felinus.
Fir. Firminus.
Franc. Franciſcus Vercellēſis.
Follet.
Franc. Turzan.
Fulgoſus.
Fuſch. Fuſchus.

Gem.

G

GEm. i. Geminianus.
Germ.Germonius.
Grammat.
Graff.
Gloſſ.Gloſſator.
Guyd.Guydo Papa.

H

HEnr.i.Henricus.
Hipolytus.
Hoſti. Hoſtienſis.

I

IAcob. i.Iacobus de Arena.
Iacob.Boul.
Iaſ.Iaſon.
Io.And.Ioannes Andreas.
Io. Ioannes de Selua.
Io.Mo. Ioannes Monachus.
Imol. Imola.
Inn. Innocentius.
Iſid. Iſidorus.

L

LApus.
Lamb.Lambertus.
Lanchecruch.
Lud. Ludouicus Romanus.
Lup. Io.Lupus.

M

MArſil.
Mart. i. Martianus.
Mart. Laud.
Mar. Marautha.
M.Fer. Martinus Ferrariēſis.
Matth. Mattheus Romanus.
Med. Medina.
Menoch.
Menach.
Monal. Monaldus.

N

NAu. Nauarrus.
Neuizan.
Nicolaus Delph.

O

Onuph.Pān. Onuphrius Pāninius Auguſtinianus.

P

PAn.i.Panormitanus.
Pal. Paleotus.
Pap.Papius.

R

ROſ. i. Roſella.
Rai. Rainutius.
Roal. Roaldus.
Rodoa Rodoanus.
Rot. Rota.
Reb.Rebuffus.

S

SAlic. i.Salicetus.
Sbroz.Sbrozius.
Sic. Siculus.
Syl. Sylueſter.
Soc. Socinus.
Sot. Dominicus Soto.
Staph.Staphilus.

T

TIraq. i. Tiraquellus.
Tho. D.Thomas.
Tur. Cr. de Turre Cremata.

V

VAlent. i. Gregorius de Valentia.

Z

ZAb.i.Zarabella, vel Frā-ciſc.Card.de Zarabellis.
Zerol. Zerola.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX TRACTATVVM HVIVS OPERIS.

De ſtatu perſonarum in communi. pagina 1
De ſtatu Sanctiſſimi, & Beatiſſimi Romani Pontificis. 6
De ſtatu Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium. 77
De ſtatu Illuſtriſſimi Legati. 99
De ſtatu Reuerendiſſimorum Patriarcharum, Primatum, & Archiepiſcoporum. 111
De Prælatis in genere. 121
De Vicario ſanctiſſimi Domini Papæ. 152
De ſummo Pœnitentiario. 153
De Vicecancellario. 157
De Camerario, & clericis Cameræ. 162
De Theſaurario. 169
De Præſidente Cameræ Apoſtolicæ. ibid.
De Aduocato Pauperum. ibid.
De Aduocato Fiſcali. ibid.
De Procuratore Fiſci. 170
De Commiſſario Cameræ Apoſtolicæ. ibid.
De Clerico ſacri Senatus. ibid.
De Auditore Cameræ Apoſtolicæ. 171
De Datario. 178
De Secretarijs Domini Papæ. 179
De Referendarijs. 183
De Auditoribus Rotæ. 189

De

INDEX.

De Prothonotarijs Apoſtolicis.	197
De Gubernatore Vrbis.	198
De Senatore Vrbis.	201
De Iudice Mareſcalli, & Turris Nonæ.	ibid.
De Carcerum Viſitatoribus.	202
De Aduocatis Conſiſtorialibus.	ibid.
De Procuratoribus ſacri Palatij.	203
De Sollicitatoribus cauſarum.	ibid.
De Notarijs.	ibid.
De Congregationibus Curiæ Romanæ.	204
De Iudice Delegato.	405
De Vicario Epiſcopi.	224
De Poteſtate Vicarij.	230
De Canonicis & Capitulo.	153
De Abbatibus.	208
De Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ.	294
De Plebano.	312
De Parocho.	320
De Clericis in communi.	386
De Beneficiatis.	483
De Concionatoribus.	508
De Regularibus.	535
De Monialibus.	607
De Eremitis.	621

PROOE

Digitized by Google

PROOEMIVM.

CVM homo, diuino beneficio, duplici portione (vt rerum omnium vinculum) conditus ſit, Corpore, ſcilicet & Anima, vno terreno, alia cœleſti, vno corporali, alia ſpirituali, vno caduco, alia æuiterna: Iccirco, ſuperno conſilio, duplici quoque auxilio ei ſuppetiæ præbitæ ſunt corporali ſcilicet, quo corpus aleretur, terrenis omnibus ei ſubiectis, & diuino, quo anima paſceretur, veritatis ſcilicet primæ præſertim, dignoſcendæ, & perfruendæ amore allecta: atque homines etiam adeſſent, qui corpori eius prodeſſent, ac qui animæ ipſius ſpiritualia præberent alimenta: primi vt hominum multitudinem, in mutua pace & iuſtitia fouerent, & eis corpori neceſſaria ſubminiſtrarent: alij qui animam alerent, & ſpiritualia ei alimenta præſtarent, vt & mundus hic ſenſibilis duplici eget lumine quo illuſtretur, & fœcundatur, Sole ſcilicet & Luna, quorum primus ſpiritualem poteſtatem & ſtatum, qui animæ, diei nomine appellatæ, præeſt, ſignificat, altera

tem

Digitized by Google

temporalem, quæ corpori, noctis nomine nuncupato regendo præſidet, vt Innocentius tertius Pontifex Summus teſtatur, in cap.ſolitæ.de maior.& obed.

Ex quo fit, vt duplex in terreſtri hac Hierarchia, & militanti Eccleſia, conſurgat Reſpublica, quæ nil aliud eſt, quàm inferiorum, & ſuperiorum, vel dominantium,& ſubditorum recta ordinatio:& inde duplex præcipuè Hominum ſtatus, ſeu conditio emanet, Eccleſiaſticus ſcilicet diuino cultui,& ſpiritualibus adminiſtrandis deputatus, & temporalis corpori regendo præpoſitus; tametſi Pontifex Maximus, vt Dei ſummi in terris Viceſgerens, vtrunque gladium,& vtranque poteſtatem ad Eccleſiæ bonum, actu, cum expedit, exercendam, retineat.

Iccirco, etſi ex vniuerſali tractatu moralis Theologiæ, Deo dante,iam edito, ſatis conſtare poſsit, quid cuique agendum homini ſit, quídve vitandum, vt ad æternam vitam,Deo præſtante,perueniat,qui tamen quoſdam homines, quatenus in aliquo officio, vel ſtatu locati ſunt, præter legem communem, aliqua etiam ſpeciali officia, vel obligationes deuinciunt,& iidem mul-

tis

Digitized by Google

tis prærogatiuis, & ornamentis potiuntur. Ideò ſummè vtile ſapientibus ſemper viſum eſt, ſi non ſolum in communi, ſed & in ſpeciali, de iis, quæ ad ſingulos hominum ſtatus attinent, peragerent: quod ego quoque onus, latius fortè, quàm hactenus peractum ſit, extendens, licet viribus meis impar diuino implorato auxilio aggreſſus ſum, vt plenius ad Dei gloriam, innoteſcat, quæ cuiuſque perſonæ dignitas, poteſtas, atque officium exiſtat.

* * *

DE

Digitized by Google

DE STATV, ET MVNERE ECCLESIASTICORVM LIBER.

LELIO ZECCHO AVTHORE.

De Statu perſonarum in communi.

SVMMARIVM.

1 *Status quid ſignificet, & quid in propoſito.*
2 *Statuum diuerſitas conuenienter in Eccleſia ſtatuta eſt.*
3 *Status diuiduntur in Eccleſiaſticos, & Seculares, & conuenienter.*
4 *Eccleſiaſticorum ſtatus præfertur ſeculari.*
5 *Sacrorum hominum dignitas quanta.*
6 *Eccleſiaſtici vt diuidantur.*
7 *Laici vt diuidantur.*

GRAVIS admodum, & ardua res eſt quam pertractandam aſſumpſi: iccircò, Diuino implorato auxilio, operæpretium eſſe duxi, prius de ſtatu Perſonarum in communi peragere, tum de ſingulis earum ſtatibus ſigillatim diſſerere, vt quæ in hoc opere peraguntur, clarius innoteſcant. Pro cuius quidem rei intelligentia obſeruandum eſt primo loco, quod Status in ſui ratione importat conditionem libertatis, vel ſeruitutis, & in ſpiritualibus, & temporalibus. Nam ſtatus importat quandam poſitionis differentiam, ſecundùm quam aliquid 1 *Status quid ſignificet, & quid in propoſito.*

Digitized by Google

diſponitur ſecundùm modum ſuæ naturæ, quaſi in quadam immobilitate, vt & homo dicitur ſtare, cum erectus ſtat & quieſcit, & in actibus humanis negotium aliquod dicitur aliquem ſtatum habere, cum ſecundùm ordinem ſuæ diſpoſitionis eſt in aliqua immobilitate, vel quiete: vnde & circa homines, ea quæ extrinſecus ſunt, & variantur, non conſtituunt ſtatum, vt quod quis ſit diues, vel pauper, ſed ſolum id quòd pertinet ad ſtatum hominis quod reſpicit obligationem perſonæ hominis, prout eſt ſui vel alieni iuris, vel habet rationem libertatis, vel ſeruitutis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, qui ſtatus prout habet rationem immobilitatis, dicitur ſtatus: prout refertur ad operationes, dicitur officium, prout ad ſuperioritatem, vel inferioritatem reſpectu aliorum, dicitur gradus, prout dicit hominum differentiam, dicitur vitæ conditio; propriè verò ſtatus dicitur quatenus habet immobilitatem aliquam voto firmatam, vt eſt in religioſis, & epiſcopis, qui & ſoli ſunt in ſtatu perfectionis, licet hic latius id ſumam pro diuerſa hominum vitæ conditione, de quibus verba facere, Deo dante decreui, cum ſtatum proprij ij tantum facere dicantur, in quibus eſt aliqua immobilitas ex obligatione reſultās: cùm ſtatus moralis, vel ſpiritualis nil aliud ſit, quàm quædam diſpoſitio hominis recta in ordine ad omnes eius operationes, vel pleraſque ac præcipuas, cum quadam permanentia, vel immobilitate, quæ immobilitas in ſpiritualibus, & moralibus ex obligatione reſultat; & vlterius etiam ad ſtatum faciendum, præter obligationem qua quis redditur immobilis ad rectè inſtituendum omnes penè operationes ſecundùm aliquem peculiarem vitæ modum. Requiritur etiam ſolemnitas aliqua, vel actio exterior, per quam qui in huiuſmodi ſtatibus ſunt pateant iudicio eccleſiæ, quod in epiſcopis ſolum & religioſis contingit: vnde clerici propriè non dicuntur eſſe in ſtatu, ſed in gradu, vel officio, quia non obligantur ad inſtituendum omnes penè actiones vitæ ſecundùm aliquam normam, ſed ſolum obligantur ad peculiares actiones ſuorum officiorum, & caſtitatem; ita vt nubere non poſſint, ſi ſint in ſacris: vt inquit Valentia. 2. 2. diſput. 10. quæſt. 1. puncto 1. poſt D. Tho. ead. 2. 2. quæſt. 183. artic. 1. 2. 3. & 4.

2 *Statuū di-* Quæ quidem differentia ſtatuum in Eccleſia conuenienter ordinatur: primò, ad decorem ipſius Eccleſiæ, vt habetur

in

n Pſal.44.quòd varietate ornatur,vt Apoſtolórum,Prophe-arum,& Doctorum,&c.Secundò,vt per diuerſos homines, & diuerſos ſtatus diuerſa negotia expediantur, Rom. 12. Tertiò, ad dignitatem Eccleſiæ, quæ in ordine conſiſtit. 2. Tim. 2. vnde & regina Saba ordinem miniſtrorũ Salomonis eſt admirata. 3. Reg. 10. Sic circa tabernaculum, quod uit figura diſpoſitionis eccleſiæ præſentis Heb.10.erant varij ordines miniſtrorum. Exod.23.Num.3. præterea eccleſia præſens eſt figura triumphantis. Heb.5. ſed in illa varij ſunt ordines, ergo, & hanc differentiam officiorum eccleſiaſticorum probant ſancti Patres. Dion. de eccleſ. hierar cap.5. gnatius epiſt.ad Smirnenſes.Nazianz. in apolog.1.Chryſo. hom.5.in Iſ.Greg.lib.5.regiſtri,ep.52. quæ quidem differenia conſideratur iuxta differentiam officiorum, & proficienium, ac perfectorum & perfectibilium: vt dicit D. Thom. 2.2.q.183.art.1.2.3.& 4. *uerſitas cõuenienter in eccleſia eſt ſtatuta.*

Secundò,notandum, quòd ſtatus differt ab officio, quòd ſtatus, vt ſupra, ſignificat conditionem perſonæ, officium verò negotium quoddam in humanis actionibus. d. artic.1. & 2. His ita notatis.

Primum ſit dictum. Status omnis in eccleſia diuiditur, 3 rima ſui diuiſione in ſtatum laicorum,& eccleſiaſticorum, vel clericorum, qui quidem laici à λαὸς, Græco, quòd Latinè populum ſignificat,dicuntur,clerici verò dicũtur, quaſi omini ſors & hæreditas, quod diuino cultui ſacrati procurandæ religionis,& rerum ſacrarum curam ſuſcipiunt:vt dicit Hier.ep.ad Nepot.quæ quidem diſtinctio clericorum,& laicorum,probatur 1.Corinth.4.Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti,&c.& in c.duo ſunt. 12.q.1. vbi ponuntur duo genera Chriſtianorum, clericorum & laicorum. & in cap.vnam ſanctam. de maior. & obed. in extr.communi.in Conc. Niceno, can.1.2.3.8.17.18.& 19. vbi apertè fit hæc diſtinctio clericorum,& laicorum,& in can.12.13 15.ap. *Status diuidũtur in eccleſiaſticos, & in ſeculares, & conuenienter.*

Ex patribus, id probat Tert. lib. de Monogamia.Epiph. ep.ad Ioannem epiſcopum Hieroſolymitanum. & Hier.ep. Nepot. & colligitur etiam Num.16. vbi appellat Hier.clericos,multitudinem ſanctorum,& laicos populum.

Ratione probatur:nam homo conſtat corpore,& anima: vnde aliqui debent eſſe in eccleſia qui eius animæ curam habeant: nempe eccleſiaſtici. d. c. duo ſunt. alij qui curam habeant eius corporis, ac Reipublicæ adminiſtrationis.

Digitized by Google

Vnde duo ſunt genera hominum, ſcilicet clericorum ſpiritualibus,& ſacris annexum, & laicorum ſecularia curãtium, & vt in cœlo duo ſunt luminaria Sol & Luna,& in homine ratio & ſenſus: ſic in eccleſia ſunt qui diem illuminant, per quod anima intelligitur, & rationem ſequi homines monent,& qui temporalibus præſunt, quod per Lunam intelligitur. c.ſolitæ. extra de maior. & obed. vt ſupra eſt dictum.

4 *Eccleſiaſticorũ ſtatus præfertur ſeculari.*

Vnde vt corpus eſt ob animam, vt dicit etiam Philoſophus lib. 1. de partib. anim. cap. vlt. & bona externa propter hominem. Matth. 6. Luc. 12. l. in pecudum. ff. de vſufr. & anima eſt nobilior corporalibus,& ſpiritualia temporalib. cap. 2. inter. de tranſl. ep. ſic qui præeſt animæ dignior eſt & potior imperante corpori. d. cap. ſolitæ. & etiam ob myſteria quæ tractat, vt ſic non tam honor ei præſtetur, quàm Maieſtati Dei cui inſeruit. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de rec. arb. cuius ratione tot priuilegia etiam ethnici ſuis ſacerdotibus conceſſere: vt refert Dionyſ. Halic lib. 2. antiquit. Rom. Sic

5 *Sacrorũ hominũ dignitas quanta.*

Druidæ ſacerdotes in Gallia Regibus iura dabant: vt dicit Cæſar, lib. 6. de bell. Gall. & ſacerdotes Germani in Comitiis ius habebant ius dicendi,& ſilentium indicendi, teſte Corn. Tac. lib. de morib. Germ. & Scipio ac Figulus conſules Romani, Tiberio Graccho iubente, conſulatu ſe abdicarunt, teſte Valer. Max. lib. 3. c. 1. & apud Ægyptios, eorum Rex ex ſacerdotum collegio eligebatur, vt refert Plato. lib. ciuili, vel de Regno; & in Æthiopia ſacerdotes tanta pollebant authoritate, vt Regibus nuntiarent vt ij mortem obirent, teſte Dion. Sic lib. 4. bibliot. c. 1. In ſacris verò literis ſacerdotium præferebatur imperio,& reges à ſacerdotibus inungebantur, & prophetis 1. Reg. 10. 11. & 16. 2. Reg. 5. & 8. 3. Reg. 1. 19. Paral. 2. c. 23. quod & confirmauit D. Petr. iubens omnem animam eccleſiaſticis obedire, etiam ſi reges ſint. 1. Petr. 2. cap. omnis. de maior. & obed. Vnde & Zacharias Papa Galliæ regnum à Childerico in Pipinum tranſtulit. cap. alius. 16. q. 5. & Stephanus imperiũ à Græcis in Germanos tranſtulit. cap. venerabilem. de elect. & Gregorius V. conceſſit Germanis Imperatorem eligendi priuilegio poteſtatem: teſte Blond. lib. 3. Dec. 2. Plat. in Gregor. V. Krantio. lib. 4. c. 23. vnde & Ignat. ep. 9. iubet principes, & populum cum clero obedire epiſcopis, & epiſcopos Chriſto, & D. Ambroſ. Theodoſium Imperatorẽ ſacris interdixit,& ab eccleſiæ ingreſſu ſemouit, donec de crimine in Theſſalonica

perpe

Digitized by Google

perpetrato eum pœniteret, teſte eod. Amb. lib. 5. epiſt. 28. Ruffin. lib. 1. c. 18. quòd etiam Innoc. 1. in Archadium Cęſarem exercuit. c. nos ſi incompetéter. §. 1. 2. q. 7. Vnde & Tertullianus pontificem, regem ſeculi appellat. lib. 1. ad vxorem. vnde & Leo & Antoninus Antiſtitibus, ab illis patribus pietatis vocatis, locum reſtituere, & eis primum locum ſedendi dedere. l. decernimus. C. de epiſc. & cler. & alij etiam Imperatores pluribus priuilegiis eos decorarũt: vt patet tot. illo tit. Ex quibus ſequitur, quòd in eccleſia eſt poteſtas conſtituendi de rebus eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, cui ſeculares etiam Reges, & iudices parere teneantur, vnde Petrus & Apoſtoli ex poteſtate ſibi à domino tradita ligandi atque ſoluendi. Matth. 18. iudicarunt de controuerſia cœremoniarum veteris legis. Act. 15. & in can. 73. Apoſt. modus præſcribitur ſeruandus in epiſcopis corrigendis. c. duo. 96. diſt. & Conſtantinus Imperator dixit Deum dediſſe facultatem concilio ipſum iudicandi, vt dicit Ruffi. lib. 10. hiſt. c. 2. & alij, de quibus diſt. 10. per tot.

Secundum dictum. Status eccleſiaſticorum variè diuiditur, vel ex cura commiſſa, vel ex officio, vel ex ordine, vel gradu eccleſiaſtico, inter quos primum locum tenet Pontifex ſummus, qui in vniuerſam eccleſiam primatum tenet, tum Cardinales, mox Patriarchæ, tum Epiſcopi, Prælati, Canonici, Parochi, reliqui Clerici, & Regulares, de quibus ordine ſuo dicetur, vel diuiditur ſecundùm magis perfectos, & minus ſtatus eccleſiaſticorum, ſeu ſecundum perficientes & perfectibiles, vel perfectos, & eos qui ſunt in ſtatu perfectionis, vel eos qui ſunt vt agentes perfectionem, alij vt eam ſuſcipientes, vel regentes & rectos, vt d. D. Tho. 2. 2. q. 183. & 184. per tot. & q. 185. 186. cum ſeq. de quibus ſingulis ſuo loco dicetur, vt eſt & ſtatus incipientium, proficientium, & perfectorum: vt inquit D. Th. d. q. 183. art. 4. & vt quidam purgent, vt concionatores, quidam illuminent ij ſcilicet qui ſacramenta adminiſtrant, quibus gratiæ ſplendor fidelibus communicatur, & perficientes qui ſunt ij qui regunt, maximè Epiſcopi, ſupra quos omnes eſt Pontifex Maximus. 6 *Eccleſiaſtici vt diuidantur.*

Tertium dictum. Status ſecularium diuiditur in imperantes & ſubditos. Luc. 22. c. vnam ſanctam. de maior. & obed. in extr. communi. & ſubditi curiæ diuiduntur iuxta eorum officia vel negotia, vt alij iudices ſint, alij militiam exerceant, alij in foro verſentur, alij mercaturæ, alij artificiis, alij 7 *Laici vt diuidantur.*

Digitized by Google

denique agriculturæ operam dent, de quibus omnibus ſuo ordine in hoc libro dicendum eſt, vt ſic, præter ea quæ pertinent in vniuerſali, quò ad ſingulas perſonas particulares, circa virtutes ſequendas, & vitia fugienda, videatur quid in quolibet ſtatu, vel officio. Deo dante, cuique agendum ſit. Et hęc ſufficiat dixiſſe de ſtatibus in communi, quod ad rem præſentem attinet.

Et quia à dignioribus eſt inchoandum, ideò priori loco de eccleſiaſtico eſt agēdum, de ſecularibus mox in alia parte, Deo dante, acturus.

De ſtatu Sanctiſſimi, & Beatiſſimi Romani Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Papæ nomina quæ, & vt eminentia. nu. 1. & 29.*
2 *Irritatio, diſpenſatio in lege vt differant.*
3 *Diſpenſatio in quibus cadat, vel non.*
4 *Papa non eſt Chriſti ſucceſſor, ſed Petri, & Chriſti Vicarius, & quomodo.*
5 *Lex naturalis quid ſit, & an in eā cadat diſpenſatio, vel mutatio.*
6 *Papa quid poſſit circa legem naturalem, vel non.*
7 *Papa quid poſſit circa legem diuinam, & præcepta Decalogi, vel non.*
8 *Papa quid poſſit circa legem euangelicam, vel non.*
9 *Papa quid poſſit circa articulos fidei, vel non.*
10 *Papa quid poſſit circa traditiones ſacras, vel non.*
11 *Papa quid poſſit, & debeat agere circa canonizationem ſanctorum.*
12 *Papa quid poſſit circa confeſſionem ſacramentalem.*
13 *Papa quid poſſit circa ius canonicum, & vt in eo, & in quibus caſibus diſpenſet.*
14 *Caſus Papæ reſeruati ab eo ſolo diſpenſandi, qui ſint.*
15 *Papa quid poſſit circa regimen eccleſiæ, & ad quæ ſe extendat eius poteſtas.*
16 *Papa quid poſſit circa eos qui in Purgatorio exiſtunt.*
17 *Papa quid poſſit circa Paganos.*
18 *Papa quid poſſit circa Iudæos, & quid de ijs ſanxerit.*

19 Papa

Digitized by Google

19 *Papa quid poſſit circa Hæreticos.*
20 *Papa quid poſſit circa Imperatorem, & alios Principes.*
21 *Papa poteſt exemptiones dare.*
22 *Papa quid poſſit circa prædicationem.*
23 *Papa poteſt priuilegia concedere.*
24 *Papa quid poſſit circa beneficia eccleſiaſtica.*
25 *Papa quid poſſit circa iudicia.*
26 *Papa quid poſſit circa ſtudia, & ordinationem religionum.*
27 *Papa quid poſſit in caſibus particularibus in multis.*
28 *Papæ eminens poteſtas.*
30 *Papæ quæ non liceant.*
31 *Papa quæ non ſoleat agere.*
32 *Papa quæ non intendat agere.*
33 *Papam in quibus vti deceat Cardinalium conſilio, & quomodo.*
34 *Papæ reſidentia vbi ſit, & an ſedem transferre poſſit.*
35 *Papæ regimen quale.*
36 *Papa an poſsit Papatui renunciare.*
37 *Papa hæreticus an poſsit deponi, & à quo, & quid de aliјs criminibus.*

TAMETSI Tomo I. in tract. de Rom. Põt. actum ſit de Pontifice Maximo, tamẽ quia principaliter ibi id actum eſt ad oſtendendum quantæ authoritatis in quæſtionibus fidei, vel morũ ſit eius diffinitio, ideò congruè hic agendum eſt de eius ſtatu, vt in particulari dignoſcatur quid poſſit vel debeat. In quo videndum primò, quid poſſit circa ius naturale, ſecundò, quid circa ius diuinum, tertiò, quid circa ius humanum tam canonicum, vel ciuile, & quæ ipſi ſoli ſint reſeruata; quartò, quid circa regimen vniuerſalis eccleſiæ, quintò, an poſſit Papatui renunciare, ſextò, an aliquo caſu deponi poſſit & quomodo, & qualiter in eius officio peccare poſſit.

Pro quorum quidem intelligentia, prænotandum eſt, 1
primò Papam dici quaſi maiorem patrem, quòd ſolus per excellentiam pater omnium ſit, quo nomine Pontifex Romanus nuncupatur ab Ignat. ſerm. ad Virginem Dei genitricem, & ab Athanaſ. in apologetico, & communiter hodie Papa ab omnibus dicitur, licet appelletur, & aliis nominibus,

Papa nomina.

minibus, de quibus in d. tract. eſt actum, & etiam dicitur Papa à Papæ, quaſi admirabilis, vt dicit glo. in procem. clem. verbo. Papa.

2 *Irritatio, interpretatio, diſpenſatio in lege, vt differant.*

II. notandum, differentiam eſſe reſpectu legis, irritare, abrogare, interpretari, diſpenſare, irritare enim eſt legem impedire & caſſare, vt ſi lex à ciuibus conſtituta à Rege non probetur, nec confirmetur, ſed caſſetur, vt & pater votum filij irritat, abrogare legẽ eſt, poſtquam vim habet, in totum tollere, interpretari eſt declarare illam in tali caſu locum non habere, diſpenſare verò eſt ex facultate habita aliquem ſubditum à lege eximere, conceſſa illi licentia, & facultate ſine qua legi eſſet obnoxius, & ſic licentiam illi concedere, vt aliquo caſu veniat contra legem, declarare verò eſt non eximere ſubditum à nexu legis caſu quo teneretur, ſed explicare quod in illo caſu non tenebatur ex mente legis, abrogare & irritare poteſt ſuperior legem inferioris, vel ſucceſſor præceſſoris. c. inferior. 21. diſt. c. propoſuit. de conc. præb. quando ſcilicet ſuperior ille eſt ſupra ius id. d. c. propoſuit, diſpenſare in lege poteſt qui eam tulit, vel qui eſt ſupra id ius, declarare verò legem poteſt etiam inferior, qui licet non poſſit tollere legem ſuperioris, ex poteſtate tamen ſibi tradita poteſt eam quandoque explicare, vt colligitur ex Sot. de iuſtit. & iur. lib. 1. q. 7. art. 3. de quo alibi.

3 *Diſpenſatio in quibus liceat, vel non.*

III. notandum, quòd quædam ſunt in ſe, & intrinſecè bona, vt Deum laudare, & in hoc non cadit diſpenſatio, vt quis non laudet Deum, quædã ex genere & intrinſecè mala, vt mentiri, in quo ſimiliter non cadit diſpenſatio, cũ nunquam poſſit fieri bene ob intrinſecam malitiam annexam, quædam ſunt ex ſe mala, ex aliqua tamen circũſtantia poſſunt fieri bene, vt hominem occidere, ob bonum iuſtitiæ, & bonum publicum, & in hoc cadit diſpenſatio, quædam ex ſe non ſunt mala, ſed ideò mala quia prohibita, vt clericum negotiari, & in hoc pariter cadit diſpenſatio, quædam vltimo ſunt indifferentia, vt ambulare, & huiuſmodi, quæ ex circunſtantiis poſſunt bene vel male fieri.

4 *Papa non eſt Chriſti ſucceſſor, ſed Vicarius ſucceſſorq́ Pe-*

IIII. notandum, quòd Papa non eſt perſonaliter ſucceſſor Chriſti, ſed dicitur Vicarius, & miniſter eius, ipſo Chriſto ſemper viuente, & ſemper in pontificatu regnante, quia eſt ſemper viuens, & ſemper eſt pontifex totius eccleſiæ, nec tamen ex hoc duo ſunt capita eccleſiæ, ſed vnũ, licet ſint duæ perſonæ, vna tamen ſubordinata alteri, nã Papa ſuo miniſte

Digitized by Google

miniſterio cooperatur Chriſto, ſicut & Rex conſtituit proregem, qui in eius abſentia regnum gubernet, nec per hoc dicentur duo Reges, ſed vnus tantum; ſic Chriſtus in cœlum ſublatus reliquit Papam, qui eius nomine eccleſiam adminiſtraret, ipſo tamen manente perpetuò eius ſponſo, cùm quis non dicatur perſonaliter cedere officio, niſi morte, vel depoſitione, vel renunciatione, at perſona Chriſti eſt æterna, lucem inhabitans inacceſſibilem, Heb. 7. Pſal. 109. ergo mori non poteſt, nec deponi cùm ſanctus ſanctorum ſit, & depoſitio fiat ob culpam tantum, & ipſe peccatum non fecit, nec dolus inuentus in ore eius. 1. Petr. 2. nec reſignatione, cùm ſit factus Pontifex cum iureiurando, quòd eius ſacerdotium futurum eſſet æternum. d. Pſal. 109. ergo Papa non eſt perſonaliter ſucceſſor Chriſti, ſed tantum eius Vicarius, & miniſter: vt dicit Aug. de Anch. de pot. eccl. q. 9. art. 3. & Turr. Cre. de poteſt. Pap. q. 10. *tri, & quomodo.*

Papa tamẽ ſuccedit Beato Petro in ea perfectione poteſtatis, & dignitate Vicariatus Chriſti, qua ipſe B. Petrus à Chriſto fuit in eccleſia ſublimatus: vt dicit D. Th. 1. con. gen. 76. & refert Tur. Cr. loco prædicto. q. 19. & in totam Chriſti eccleſiam vniuerſalem prælationem habet: vt habetur in Conc. Calcedon. & probat D. Th. tr. con. er. Græc. c. 67. vt refert Turr. Cr. loco prædicto. q. 4. ita vt error ſit dicere Papam non habere primatum totius eccleſiæ, vt dicit D. Tho. loco prædicto. c. 66. & Turr. Cr. ibi. q. 5. & eſt ſuperior in tota eccleſia, vt ibi dicit q. 6. & caput vniuerſalis eccleſiæ, vt ibi dicit q. 7. ex D. Th. 3. p. q. 5. art. 6. & eius poteſtas eſt à Deo: vt dicit Anch. q. 1. art. 2. & immediatius & ſingularius eſt à Deo, quàm alia poteſtas, & quò ad electionem, quia ibi ſingulari modo operatur, & quò ad gubernationem cum ſinguriter habeat curam de poteſtate Papæ regentis ſuam eccleſiam, vt ibi dicit art. 5. Ex quo ſequitur, quòd reges, & omnes fideles Papæ teneantur eſſe ſubiecti: vt dicit D. Th. 1. de rege & regno. c. 3. & refert Turr. Cr. loco prædicto. q. 2. vbi dicit omnes ſic ei debere eſſe ſubiectos, vt & ipſi Chriſto, adeò vt obedire Romano Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, vt ibi dicit q. 13. ex D. Th. cont. err. Grec. c. 72. & habetur in cap. vnam ſanctam. de maiorit. & obed. in extra. communi. ita vt hæreticũ ſit dicere non eſſe obediendũ ſtatutis Papalib. vt ibi dicit q. 14. ex D. Th. li. cõ. impugn. relig. non obedientes Papæ ſint ſchiſmatici, vt ibi dicit q. 15. ex

Digitized by Google

D.Th.4.diſt.14.& ei ſit magis obediendum,quàm quilibet alij, vt ibi dicit q.16. cùm habeat plenitudinem poteſtatis in totam eccleſiam:vt ibi dicit q.20.ex D.Th.con.err. Græc. c.68.ſicut Rex in regno,vt dicit q.22.ita vt error ſit dicere eum non habere plenitudinem poteſtatis in eccleſia,vt dicit q.21.ex D.Th.cõ.err. Græc.c.73.& ab eo deriuatur poteſtas in alios prælatos, vt dicit q. 22. & poteſt vti poteſtate in quemlibet de eccleſia, nec poteſt ſe ſubmittere alicui in foro exteriori,licèt ſecus in interiori, & eſt dicendus proprius ſacerdos cuiuſlibet parochiæ, & proprius prælatus cuiuſlibet fidelis, vt idem dicit q. 24.25.26. 27. & 28. non tamen eam habet poteſtatem quam Deus, vel Chriſtus, cùm non poſſit nouos articulos fidei inſtituere, vel editos remouere, nec noua ſacramenta inſtituere, vel inſtituta remouere: vt idem dicit q.46.ſicut nec eorum formas mutare,ſed tantam habet authoritatem, quantum ſat eſt ad eccleſiæ ordinationem,vnde & poteſt determinare ea quæ ſunt fidei, & ſymbolum ordinare,vt ibi dicit q.47.& 48. His ita notatis.

5 *Lex naturalis quid ſit, & an in ea cadat diſpẽſatio, vel mutatio.*

Quò ad primum, notandum eſt, quòd lex naturalis in mentibus noſtris inſculpta eſt, Deus enim naturæ author impreſſit mentibus noſtris lumẽ, per quod leges eius æternas participantes, actiones noſtras ad debitum finem, quò ſua natura feruntur, dirigeremus, de quo lumine habetur Pſal.90. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui;quæ naturalis impreſſio dicitur lex naturæ,& ineſt nobis per modum habitus; nam per eam apprehenſis terminis boni, & mali ſtatim virtute ſynderesis intellectus affirmat,& iudicat; bonum eſſe amplectendum, malum eſſe fugiendum: ex qua lege naturæ ſurgunt plura præcepta, id eſt prima principia per ſe nota, quæ deducuntur ex illis principiis, bonum eſſe appetendum,& malum fugiendum, & primum naturalium bonorum eſt eſſe; vnde ſurgit,eſſe proprium cuique cõſeruandum eſſe,& reſiſtendum contrariis;ex quo aliud deriuatur principium legis naturæ, ſcilicet commiſtio maſculi,& fœminę;quatenus homo eſt animal,cùm per illam commiſtionem ſpecies humana conſeruetur, quatenus verò eſt rationalis trahit aliud principium,vt inclinationem habeat ad inclinationem Dei,& bonum virtutis, ex quo ſurgit ruſus appetentia ad ſocietatem,& ciuilitatem;vnde illud oritur,id facias alij,quod tibi vis fieri, idq; ne facias alij,quod nec tibi vis fieri,& generaliſſimum eſt illud,bonum eſſe appetendum,

Digitized by Google

dum,& malum fugiendum,honeſtum virtutis bonũ optandum, & malum vitiorum refellendum, vt ad fœlicitatem perueniatur, vnde ſequitur quòd omnes virtutes ſint ſecundùm hominum naturam, cùm virtus ſit habitus operatiuus ſecundùm regulam rationis, inclinatio verò hominis naturalis, quatenus eſt animal rationale tendit ad operandum ſecundùm rationem, non tamen omnes actus virtutum ſecundùm earum materias, & ſpecies ſunt de lege naturæ, nam illæ virtutes dicuntur de lege naturæ, ad quas ſtatim natura inclinat,non ſolùm vt ad prima principia, verum etiam vt ad concluſiones ex eiſdem principiis ſine humano diſcurſu pullulãtes,vt præcepta Decalogi ſunt de iure naturæ,nam ex illo principio quòd bonum eſt diligẽdum, & altero quòd quæq; res ſuam vitam diligit,ſtatim ſine rationis diſcurſu prodeunt præcepta primæ tabulæ, ſcilicet vt Deum,cuius beneficio vita donati ſumus,& ſempiternã expectamus,amemus; neque eum iurandi abuſu contẽnamus, ed feſtis præſertim diebus colamus, & veneremur; ex alio verò principio,faciendũ eſſe aliis,quod nobis fieri volumus, & è conuerſo, deducuntur præcepta ſecundæ tabulæ, quæ a officiis iuſtitiæ poſita ſunt, poſt quæ præcepta ſecundùm diuerſas rerũ circunſtantias humana ratio varias leges cogitauit, vt ius gentium poſt naturam corruptam fecit rerum diuiſiones,& quæq; Reſpublica ſibi leges conſtituit,vt Præſcriptionis, Venditionis, &c. ad quæ nuda natura primum non inclinabat, & lex naturæ, quò ad ſola prima principia bonum ſcilicet appetẽdum,& malum fugiendum, nulli nocendum, eadem ſunt apud omnes nationes, ſicut, & prima principia ſpeculabilia; quo verò ad eius cõcluſiones licèt ſit eadem apud omnes,quò ad rectitudinem, & cognitionem, non tamen eſt eadem in ſpeciali, quòd ad rectitudinem ob particularia impedimenta, nec eadem quò ad cognitionem ob rationis nubila, vt ratio dictat depoſitũ eſſe reddendum, quod tamen deficit deficiẽte rectitudine, vt ſi furioſus arma depoſita repetat,& huiuſmodi. Quibus ſic notatis,ad quæſtionẽ reſpõdetur,lex naturę poteſt mutari per additionem, ei adiecta fuit lex diuina,non tamẽ mutari poteſt quò ad prima principia, vt ſcilicet ipſa lex naturæ reſcindatur;quo tamen ad ſecunda præcepta,quæ vt concluſiones inde colliguntur,poteſt tamen quandoque,ſed raró,ob impedimenta mutari, vt in exemplo depoſiti monſtratum eſt, ob rerum

Decalogi præcepta sũt de lege natura.

muta

mutationem, vt latè dicit Sotus de iuſt.& iur.lib.1. q. 4. per totum. Quo verò ad diſpenſationem in eis, omnia præcepta moralia, quæ ſunt de iure naturæ, ſiue ſint prima principia, ſiue concluſiones, quæ tamen ſtatim colliguntur ex ipſis principiis, vt bonum eſſe appetendum, malum fugiendum, nulli nocendum, Deum eſſe amandum, colendum, parentes honorandos, non occidendũ, non furtum faciendum, non lædendum in bonis, vel fama; & hæc nullo modo ſunt diſpenſabilia, nec etiam quæ non ſtatim ratio ex eiſdem principiis colligit, ſed tamen pertinent ad iuſtitiam, illa verò præcepta quæ intrinſecè non continent rationem ipſam iuſtitiæ, ſed ſpeciales modos ipſam ſeruandi diſpenſari poſſunt, vt quę in Decalogo, nec explicitè continentur, nec implicitè, ideò Deus in homicidio, & furto, vt Dominus, & rerum, & corporum aliqua ſpecialiter diſpoſuit, abſque tamen diſpenſatione.

6 *Papa quid poſsit circa legem naturalẽ, vel nõ.* Quo verò ad Papam, Papa non poteſt tollere affectionem impreſſam boni, & fugæ mali, cùm à ſuperiori agente cuilibet naturæ ſit impreſſa, & etiã quia eſt inferior qui non poteſt mutare res ſuperioris, ſcilicet Dei.c.ſunt quædam.25. q.1.c. inferior 21. diſt. Quo verò ad additionem, vel ſubtractionem, diſpenſare poteſt, quia vltra illam vniuerſalem inclinationem, poteſt aliqua particularia addere, & aliqua ibi in potentia contenta ſubtrahere, modo quo dictum eſt de furioſo, & explicare, vt dicit Anch. q. 60. art.1. vel licet non poſſit diſpẽſare in lege naturæ cùm ſit impreſſa à Deo, & ſic ſuperiore, ſi tamen aliquod dubium eſt in ea ad Papam pertinet illud declarare non ſolum inquiſitiuè vt facere poteſt quilibet ſapiens, ſed etiam authoritatiuè per modum reſolutionis, nam oportet in eccleſia ponere vnum caput, ad quod pertineat declarare dubia, quæ ſunt circa fidem, vel ſint ſpeculatiua, vel agibilia, qui eſt Papa, & vt doctor eccleſiæ ex cathedra docendo errare nõ poteſt, quæſtiones fidei, vel morũ determinando, vt dicit D. Anton.3.p. tit.22.c.3.§ 1.& de hoc dixi ſub tract. de lege, ſub cap.5.& 6.

7 *Papa quid poſsit circa legem diuinam, & circa præcepta* Quò ad ſecundum. Lex diuina, quò ad præcepta Decalogi tam primæ, quàm ſecũdæ tabulæ ſunt omnino diſpenſabilia, ita vt nec Deus ipſe ſuper illis diſpenſare poſſit, nam continet præcepta naturalia, quę innatam habent iuſtitiam: & ideò ex parte rei repugnat diſpenſatio, nam cùm Deus ſit ipſa iuſtitia, ſi ſuper illis diſpenſaret, ſeipſum negaret, nam

Digitized by Google

ıam ſic ordinem iuſtitiæ ſubuerteret, nec obſtat Deum nandaſſe homicidium Abrahæ,& filiis Iſrael, vt Ægyptios lepredarentur,& Oſeæ fornicationem, & Iudici,vt malefa-ctorem occideret. Reſpondetur enim quòd Deus duas ha-)et poteſtates in vniuerſum Orbem, vnam quòd iure crea-ionis eſt Dominus, non ſolum bonorum externorum, ſed tiam humanæ vitæ: Alteram quòd eſt legiſlator,& ſic vni-erſalis omnium iudex,quo ſuppoſito dicitur, quòd ſi non ſſet rerum Dominus,ſed tantum iudex non poſſet diſpen-are,vt quis rem alienam, inuito domino,ſi innocens eſſet, citè vſurparet,quia hoc eſt ita intimè iniquum, vt fieri iu-:è nequeat,ſed quia eſt Dominus, pôteſt cuiúſque rem al-:ri,ipſo inuito, tradere, quòd nullam habet diſpenſationis ıtionem,ſicut nec cum quis tradit rem ſuam alteri,diſpen-ıt in furto, cum accipiens non furetur, pariter ergo, licet)eus tradiderit Hebræis, vt Dominus vaſa Ægyptiorum, on tamen diſpenſauit in furto, nec illud eſt furtum, nam cet peculiares domini, inuiti fuſſent priuati, à ſupremo ta-ıen Domino fuit facta donatio; præterea ibi non ſe geſſit ıntum vt Dominus, ſed etiam vt iudex, nam ob ſcelera :hananæorum eos expulit ſuis ſedibus, in quas Iſraelitas ıduxit,vt patet Deut. 9. vndè cum iudex criminoſum pri-at bonis ſuis inuitum inuitum,non dicitur in furto diſpen-.re,& ſic nec Deus,ſic etiam vt dominus corporum, & non t legiſlator potuit tradere corpus meretricis Oſeæ etiam la inuita, quia licet ordinariè requiratur conſenſus ad Ma-imonium, tamen ſi Deus illos inuitos coniunxiſſet, eſſet gitima coniunctio, credibile tamen eſt, quòd vt iudex onciliauerit eorum animos, vt in matrimonium conueni-:nt,licet ante conſenſum illum,filij ſuſcipiendi dici poſſint x fornicatione geniti,remota tamen Dei conceſſione,nam la ſatis fuit,vt copula non eſſet fornicaria, ſimiliter in hi-oriam Abrahæ dicitur, quòd ſi eſſet tantum legiſlator ei on potuiſſet permittere homicidium,ſed quia eſt dominus tæ, vt paſtor iumenti potuit illam tradere in poteſtatem brahæ,vnde ibi non diſpenſauit in homicidio, nec ibi fuit omicidium,cum interdicto homicidij ſolum id prohibea-ır, quod lex naturæ aborret, vnde cum iudex tradit reum ıorti,non diſpenſat in homicidio, cum prohibitio non ex-:ndatur ad illam occiſionem,imò illam præcipiat,preterea)eus, vt iudex poteſt etiam innocentem occidere eum ob

pe ca

Decalogi, vel non.

Cur non peccauerint Iudæi, ſpoliando Aegyptios & quidam alij occidendo aut mechando.

peccatum Adæ omnes incurrerimus pœnam mortis, præterea diuina miſericordia noluit vt Abraham necem illam innocentis executioni mandaret. Alia vero præcepta, quę extra Decalogum vagantur, nec in ipſo implicitè continentur, etiam ſi ſint iuris naturæ diſpenſari poſſunt, & illa etiam præcepta, quæ intrinſecè non continent rationem ipſam iuſtitiæ, ſed ſpeciales modos eam ſeruandi, vt dicit Sot.lib.2.de iuſt.& iur q.3.art.8.

Quo verò ad Papã, ſi loquimur de lege Moſayca, quò ad præcepta moralia, quæ ipſam cõtinent rationẽ iuſtitiæ Papa diſpẽſare non poteſt, cum vt ſupra, ſint indiſpenſabilia, quo verò ad pręcepta cœremonialia, quæ per Chriſtũ ſunt ſublata, & iudicia, quæ per eundẽ ſunt mitigata, non eſt opus aliqua diſpenſatione, cum non obligent ad ſui obſeruantiã. vt dicit Aug de Anch.q.60. art.2. poteſt tamen Papa declarare dubia quæ ſunt de iure diuino, vel naturali, licet ius diuinũ, vel naturale mutare non poſſit, ita vt per authoritatem ſibi à Deo tributã poſſit determinare quæſtiones fidei, & morũ, quę ex iure diuino, vel naturali colligũtur, vt dicit D Anton. 3.p.tit.22.c.22.c.3.§.1. deſcendendo verò in particulari circa Dei pręcepta. & primò circa primũ præceptũ non poteſt diſpenſare cum dæmonũ conſultoribus, & inuocatoribus, quia eſt cõtra præceptũ, Non habebis Deos alienos, cum enim in Baptiſmo fidelis renũciarit diabolo ſi poſt præſtitũ iuramẽtum illũ inuocat proditor inuenitur, & probatur Deut.18.dicente non inueniatur in te qui cõſulat phitones, & diuinos, ſimiliter Papa nõ poteſt diſpẽſare cũ Aſtrologis, & Planetariis, vt dicit Aug 4.lib.confeſſ. nam aliud quam verũ Deum rectorẽ animarũ noſtrarũ conſtituũt, nã ſi corpora cœleſtia habẽt neceſſariã influentiã in animæ noſtræ operatione, vt ipſi dicunt, oportet vt habeant neceſſariã influentiã in eius perfectione, cum operatio ſequatur eſſe rei, & ſic corporibus cœleſtibus diuinus honor tribuatur, nec idem poteſt diſpenſare cum Sortilegis, & Maleficis, qui vnum Deum non colũt.c.ſortes.26.q.1.& ſequitur Aug.2.lib.de doct.Chr.dicẽs, eos peccare contra primum præceptum, vnum Deum adorabis, cum tales honorem latriæ Deo debitum creaturæ impendant, cum ſorti legia fiant per quaſdam oblationes, & ſacrificia, quæ ſoli Deo debentur, nec etiam poteſt diſpenſare cum Idolatris, qui vnum Deum non colunt, vt probatur. 1. Cor. 10 *Fugite ab idolorum cultura*, vt probat Auguſt. de

Anch.

Digitized by Google

Anch.de poteſt.eccleſiaſt.quæſt.48.art.1.2.3.& 4. Circa ſecundum præceptum, Papa non poteſt diſpenſare in iuramento, vt ſcilicet nomen Dei in vanum aſſumatur, & ſic formaliter, nec etiam in iuramento aſſertorio de præſenti, vel præterito, quia ſic diſpenſaret in mendacio, quod nullo modo licet, cum contineat intrinſecam rationem mali, & iniuſtitiæ, intelligẽdo etiam quòd neque diſpenſare poteſt, t nomẽ Dei blaſphemetur, nec falſum quis teſtificetur, nec t inutiliter, & non neceſſariò iuretur, nec vt iuſtitia, vel iuicium in iuramento non ſeruetur, cum nullo horum modorum iuramentum ſit diſpenſabile, cum diſpenſare non oſſit, vt ex aliquo modo prædicto nomen Dei in vanum ſumatur, intelligendo verò materialiter, vt ſcilicet id quòd ratur ſub iuramento non includatur. Papa poteſt diſpenre, vt habetur in c.venerabilem.extra de elect.poteſt enim le quid iurari quòd repugnet iuſtitiæ æquitati, vt ſi quis ret hominem occidere, vel adulterari, vel ſi ſit boni impetiuum, vt religionem non intrare, vel contra charitatem, l ſi repugnet iudicio diſcretionis, & deliberationis, vt & amenta dubia an ſint licita, vel non expedientia vel non penſantur, vel ſi repugnet teſtificandæ veritati, ad cuius ertionem iuramentũ inducitur, & ſic falſum iuramentum nullum, vel ſi repugnet poteſtati ſuperioris, ſic enim fam ſine eius conſenſu diſpenſabile eſt, vel ſi repugnet pucæ vtilitati, quæ priuatæ eſt anteferenda diſpenſabile eſt, ſic Papa poteſt diſpenſare, declarãdo potius, quàm diſpendo, iurantem ex mente Dei non teneri ad obſeruantiam amenti ex rationibus prædictis, quòd ipſi licet ex ſupes relatis, vt dicit idem Anch.q.49.art.1.cum iuramentum n debeat eſſe vinculum iniquitatis, nec maioris boni imlitiuum; diſpenſatio tamen iuramenti, quò ad diſpenſanem vniuerſalem ſoli Papę reſeruatur, licet in particulari ſit & Epiſcopus iuramentũ relaxare, idque cauſa cognita, n ſine cauſa nec Papa id poſſit. Abb. in c.ſignificaſti.cum nuni.de elect.ſimiliter Papa poteſt diſpẽſare in voto cõntiæ profeſſione ſolẽnizato, vel illud relaxare, nã viuere natrimonio vel extra, habere tẽporalia, vel non, nõ coniatur iuri diuino, vel naturali, vnde Papa ob bonũ Reilicæ poteſt diſpenſare, vt virgo ſolẽniter profeſſa, tradain matrimoniũ filio Regis, vt tota Reſpublica pace gaut, vel ob bonũ priuatæ perſonæ, vt ſcilicet virgo profeſſa

Diſpenſatio ferè pro legis declaratione ponitur.

detur

detur in matrimonium Regi infideli, vt ipſe, & eius populus ad fidem conuertatur, vt idem dicit art. 3. Bellarm. poſt Sot. lib. 1. de ſacr. matr. cap. 23. ſi verò iuretur per falſos Deos Papa non poteſt diſpenſare, vt per idola iuretur, nam iuratur ad confirmationem veritatis, quam non poteſt confirmare niſi Deus, qui nec fallit, nec fallitur, vnde in iuramento vel nominatur ſola creatura à Deo creata, & ſcriptura ab ipſo inſpirata, vel creator, vel ſimul creator, & creatura, vnde cum veritas confirmetur per iuramentum non poteſt Papa diſpenſare quod veritas firmetur, niſi per Deum verum, vel eius creaturam non reprobatam, & per eius ſcripturam ab eo inſpiratam, Idolum verò non eſt tale, quia licet diabolus in veritate fuerit creatus, in ea tamen non ſtetit, poteſt tamen Papa diſpenſare cum iurantibus per idola quantum ad vim iuramenti, vt ad veritatis aſſertionem, & promiſſionis obſeruationem quis vtatur fide illius, qui per idola iurat, vel per falſos Deos, vt ibi dicit art. 4.

Circa verò tertium præceptum Decalogi de Sabbati ſanctificatione, notandum, quòd in eo tria includebantur ſecundùm ſenſum literalem: primò, eius ſanctificatio, & ad cultum Dei deputatio Exod. 20. ſecundò, vacatio ab omni opere ſeruili Exod. 31. tertiò, determinatio temporis, vt eſſet die ſeptima hebdomadæ, ibidem; primum habuit rationem naturalem, quæ ſuadet, vt homo quandoque dimiſſis aliis curis vacet Dei ſeruitio, maximè cum ſit magis intellectus, quàm ſenſus Ethic. 9. Secundum, habuit rationem iudicialem, vt populus ille per pœnas comminatorias, cultui diuino applicaretur. Tertium, habuit tantum figuralem rationem, vnde dic ſabbati, quò ad eius ſanctificationem, & cultui diuino deputationem, ſemper eſt ſeruandus, nec in hoc Papa poteſt diſpenſare, obſeruare verò illum diem, quo ad cuiuſlibet operis vacationem neceſſe eſt, licet non ſic vniuerſaliter, nec ſic rigidè, vt tunc fiebat, ſed quò ad temporis determinationem ſeruandum non eſt, cum figuralia Chriſto veniente ceſſauerint; vnde conuenienter inſtituta eſt dies Dominica loco ſabbati fidelibus celebranda, nam melior requies animarum, & corporum futura eſt in octaua ætate, quam ſignificat dies Dominica, cum ſit octauus dies hebdomadæ, cum ſit requies animarum ſolum in ſeptima ætate in qua nunc ſumus, quam ſignificat dies ſabbati tranſlatus tamen in octauum, ratione dicta. Similiter opera

Relutae

Digitized by Google

Reſurrectionis Chriſti facta die Dominica, quàm opera ceſſationis à creando, quæ facta fuere die ſabbati, potiora ſunt, præterea melius eſt habere in re, quàm in ſpe, ſed ſabbatum ſignificat requiem futuram, dies verò Dominica requiem animarum in capite noſtro Chriſto inchoatam, vt licit Aug. de Anch. q. 50. art. 1. & 2. quo verò ad opera ſeruilia, ſi intelligatur per ſeruitutem culpæ in eis Papa diſpenſare non poteſt, quia eſſet concedere peccatum, ſi verò ſeruitus intelligatur de ſeruitute naturæ, quæ æget multis ad ſui conſeruationem. 1. Metaph. ſic in neceſſariis eſt diſpenſatum, vt cibum coquere, & præparare conceſſum eſt die Dominico, quod tamẽ in die ſabbati in lege veteri fieri non licebat, & ſic ſtrictius in lege veteri ſeruabatur ſanctificatio ſabbati, quàm hodie diei Dominicæ, nam Chriſtus excuſauit diſcipulos vellentes ſpicas die ſabbati ob neceſſitatẽ corporis. Matth. 12. ſimiliter ſanauit ægros die ſabbati, ibidem, tertiò, ob vtilitatẽ eccleſiæ. Matth. 12. vbi Chriſtus permittit opera neceſſaria ſacerdotibus die ſabbati pro eccleſiæ neceſſitate; quartum, mandatum ſuperioris iuſtum, & neceſſarium, & ſic his quatuor caſibus, ſcilicet ob corporis neceſſitatem, proximi ſanitatem curandam, operis pij executionem, iuſtũ ſuperioris mandatum, licet in die feſto opus aliquod ſeruile ſine peccato exercere; quæ verò ſunt de ſua natura opera ſeruilia peccati, vt fornicari, inebriari, & huiuſmodi; ſtrictius prohibentur fieri in lege euangelica, in die Dominica, quàm olim in die ſabbati, vt ibi dicit artic. 3. & . vnde etiam Papa poteſt diſpenſare conſideratis conditionibus temporis, perſonarum, negotiorum, & regionum, t fiat forum emptionis, & venditionis die Dominica, vt perſonæ illæ magnum detrimentum ſubirent, nec aliter prouidere poſſet victui, & veſtitui pro ſe, & aliis, quorum curam habent, audita tamen Miſſa, & aliqua hora deputata cultui diuino, ſicut & licet cibos coquere, vel præparare, vel vendere ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non tamen d licet facere cauſa cupiditatis; diſpenſare etiam poteſt vt imminente neceſſitate bellum fiat diebus feſtis, & piſces etiam, ac aues capiantur, Miſſa tamen, & diuinis auditis, ſi alia ſint, vt eo tempore decurſo amplius non caperentur, veluti alecia & ſimiles, idque ad ſuſtẽtationem capientium, & pauperum neceſſitatem. cap. licet. extra de feriis. non tamen cauſas audire licet, niſi matrimoniales ob periculum

In quatuor cauſis operari licet diebus feſtis.

B adulterij,

adulterij, & electiones facere ob periculum moræ. cap.fin. de fer.idem ibi art.4.& 5.

Circa quartum præceptum, Papa non poteſt diſpenſare, vt parentibus non ſubueniatur, cum ſubuentio parentum ſit de iure naturæ ſecundùm omnium ſtatum, quãtum ad præcepti obligationem, non tamen ad ipſius præcepti executionem, nam per impotentiam homo excuſatur ab executione, & maximè quando impotentia eſt temporalis, quæ ad actum quandoque reduci poteſt, vnde Papa diſpenſare poteſt quòd aliquis ingrediatur religionem, licet parentes eius opera egeant, cum multi caſus poſſint occurrere in quibus poteſt parentibus ſubuenire, vel de licentia ſuperioris, vel de proprio labore, vel per adminiſtrationem rerum communium; non enim per ingreſſum religionis abſoluitur homo à præcepti obligatione de ſubuentione parentum, ab executione tamen excuſatur, niſi poſſibilitas adſit, & ſi nec de proprio labore, nec alio modo poſſit ſubuenire, & habere licentiam à Prælato eis ſubueniendi non poteſt, ſic tamen non eſſet illi obediendum, & ſi pater eſſet in tanta neceſſitate, vt ſine filio viuere non poſſet ingreſſum religionis differre deberet, & etiam ad tempus illam de licẽtia ſuperioris egredi poſſet, vt illi ſubueniret, vt alibi dicetur; quòd ſi parentes ex ſe habent vnde poſſint ſibi ſubuenire, vel facilè per ſeipſos acquirere poſſent, vel per alios eorum ſubuentio poſſet impleri, tunc poſſet Papa diſpenſare vt quis religionem ingrediatur, cum eo caſu cõſilium de ingreſſu religionis non contrarietur præcepto de ſubuentione parentum, ſi enim contrarietur, vt quia ſine illis parentes non poſſent viuere, dimittendum eſt conſilium ingreſſus religionis, vt ſubueniatur parentibus, aliàs ſic ingredi peccatum eſſet, & in eo Papa non poſſet diſpenſare, vt idem dicit q.51.art.1. & 2. ſic etiam non tenet votum offerendi Deo illa per quæ teneretur parẽtibus in neceſſariis ſubuenire, quia Deus non vult ſibi promitti, & minus obſeruari illud, per quod ſubtrahitur vita parentibus, vt dicit Auguſt.lib.de quæſtionib. euang. ſed quia præceptum de ſubuentione parentum eſt affirmatiuum, quod non obligat ad ſemper, ideò ſi aliquo tempore poteſt quis laborare ad ſubuentionem parentum, & alio tempore votum peregrinationis implere, non abſoluitur tunc à voto propter ſubuentionem parentum, ſed ſi parentibus non poſſit ſubuenire implendo votum peregri-

nationis

Digitized by Google

ationis ob longam viam, & huiuſmodi, pro illo tempore d votum peregrinationis implendum non teneretur, & in ıoc Papa poteſt diſpēſare, imò, & ſine diſpenſatione poſſet llud differre, etiam ſi ſit votum vltra marinum. c. non eſt. xtra de voto; ſic vt impeditus ad tempus poſſit illud differre, impeditus verò perpetuò illud redimere poſſit. c. quod ıper his. extra de voto. nec poteſt etiam Papa diſpenſare, uod homo præter honorem nullam aliam ſubuentionem npendere teneatur, nam filius à patre recipit eſſe per generationem, ſecundò, doctrinam, & exhortationem, tertiò, ıbſtentationem, vnde tria illis rependere debet, & primò ro eſſe honorem, & reuerētiam maiorem quàm dominis, quibus recipit bona temporalia, pro ſecundo debet eis bedientiam in his, quæ non ſunt contra Deum, pro tertio, ebet eis ſubuenire in ſenectute, in neceſſariis victus, & veitus, quæ omnia includuntur ſub præcepto Honorandi parentes, vt ibi dicit art. 4. non poteſt etiam diſpenſare, quòd ræter carnales parentes nullis aliis homo teneatur honom impendere, nam aliis etiam honor ex præcepto debe-r, primò, Apoſtolis, & Doctoribus, quorum doctrina illuinamur. 1. Cor. 4. ſecundò, Prælatis, & Paſtoribus, quorum gimine in moribus regulamur, & in vita ſpirituali regeramur: tertiò, Regibus, quorum potentia protegimur, ıartò, benefactoribus, quorum beneficio ſuſtentamur, clesiaſt. 4. quintò, ſenibus, quorum geſtis informamur. uit. 19. *coram cano capite conſurge, & honora perſonam nis*, quibus omnibus vigore præcepti honor paternus eſt ibendus. Circa quintum præceptum non poteſt Papa dienſare, vt aliquis alium occidat, nec ſeipſum, cum ſit cōtra uinum præceptum, & iuſtitiam naturalem, niſi quis Deo rmittente bellum iuſtum gerens hoſtes interficiat. §. item on occides. 23. quæſt. 5. vel ſi Dei iuſſu id fiat, vt Abraham cere voluit, modo ſupra expoſito, vel ſi iudex publica auoritate reum neci tradat, vel ſi id fiat occulta inſpiratione iritus ſancti, vt fecit Sanſon, & Iepte, & in his caſibus teſt Papa diſpenſare in homicidio, etiam quò ad ordines ſcipiendos; Epiſcopus verò non poteſt ſi ſit voluntarium, us ſi ad neceſſariam defenſionem, ſic etiam Papa poteſt ſpenſare, vt homo occidens alium ne occidatur ab eo, exſetur ab homicidio, etiam quò ad irregularitatem incurndam, vt habetur in clem. 1. de homic. vt not. idem Anch.

Quos præter parentes honorare debemus.

Quando liceat occidere.

q.52.art.1. 2. 3. & licet aliqui dicant peccare eum qui occidet ſe inuadentem ad neceſſariam quoq; defenſionem,cum debeat plus diligere animam proximi, quàm corpus proprium, quæ eſt in ſtatu peccati ex eo quòd iniuſtè aggreditur,tamen contrarium puto verius,vt nullo modo peccet,vt habetur in d.clem.& ego probaui in tract.de homic.de Caſib.reſeru.non poteſt etiam Papa diſpenſare, vt occidens ſeipſum non peccet, nam homo tenetur ſemper ſeruare ſalutem animæ,ne auferatur ſiue ab alio, ſiue à ſe, ſalutem verò corporis tenetur homo ſeruare ne auferatur à ſe, non tamen tenetur ſeruare, ne auferatur ab alio, ſi expedit ſaluti animæ,vnde nec propter malorũ vltionem, vt fecit Sanſon, nec propter vitationem peccatorum aliorum, vt virgines timentes deflorari, nec propter peccatorum præteritorum deſperationem ſicut Iudas,nec propter melioris vitæ acquiſitionem,vt multi hæretici faciunt,licitum eſt ſeipſum occidere,vt ibi dicit art.4.ex Auguſt.1.de ciuit.Dei,remota Dei inſpiratione; non poteſt etiam Papa diſpenſare,vt pater occidens filiam in adulterio deprehenſam non incurrat culpam homicidij,cum minus malum ſemper ſit admittẽdum, ad euitationem maioris. c.nerui.13. diſt. ſed minus malum eſt adulterium, quàm homicidium, vt ibi dicit art.5. ergo.

Nunquã licet ſeipſum occidere.

Circa ſextum præceptum,non poteſt Papa diſpenſare,quòd homo habeat plures vxores, nam id eſt contra diuinam inſtitutionem.Geneſ.2. erunt duo in carne vna, at qui habent plures vxores diuidunt carnes ſuas, ergo. Præterea id eſt contra naturam, & diuinam ordinationem, nam in matrimonio alter alteri tradit poteſtatem ſui corporis, ergo non poteſt illud alteri dare,id eſt etiam contra præcepti obligationem.Matth.5.vt dicit Anch.q.53.art.1.& habetur latè in Tomo IIII. in tract.ſacram.matr.quòd nunquam niſi Dei authoritate diſpenſatum fuit in pluralitate vxorum ob diuini cultus ampliationem, & ſanctorum Patrum deuotionem,nam in ſucceſſione ſanguinis erat ſucceſſio religionis, & ſancti Patres nõ libidinẽ ducti, ſed pietate vxoribus coniungebantur,vt ibi dicit art.2. & latè examinatur hæc quæſtio in d. tract. de ſacr. Matr. & in hoc Papa non poteſt diſpenſare,& minus quòd vna mulier poſſit eſſe vxor plurium virorum,cum in nulla lege id vnquam ſit factum,vt probatur in d. tract. nam ſi id permitteretur auferetur naturalis ſubiectio, qua mulier viro ſubjicitur, Geneſ. 2. & amicitia inter

Nũquam licuit vxorib. plures habere,viros.

Digitized by Google

inter virum,& vxorem,& affectio ad prolem ſuſcipiendam, & educendam,ob incertitudinem prolis,ergo indiſpenſabile eſt,quòd vna mulier ſit vxor plurium virorum. Similiter Papa diſpenſare non poteſt, quòd ſimplex fornicatio non ſit peccatum mortale, cum Epheſ. 5. habeatur fornicatium non habere hæreditatem in regno Chriſti, & Dei; Præterea id eſt contra præceptum legis naturæ,quod dictat nulli faciendum, quod nobis fieri nolimus, ergo ſicut quis nollet iuſtè hanc iniuriam inferri ſuæ coniunctæ, non debet etiam facere alteri,& corrumpit etiam domum,& templum Dei;poteſt tamen Papa diſpenſare in aliquibus gradibus conſanguinitatis, etiam in Leuitico prohibitis, dummodo non habeant naturalem irreuerentiam, vt dicitur in d.tract. ſic tamen, vt quis non ducat matrem, nec pater filiam,aut econuerſo,& alias perſonas,de quibus in dicto loco habetur.Circa ſeptimum præceptum non poteſt Papa diſpenſare,quòd furtum non ſit peccatum mortale, cum opponatur charitati per ſubtractionem indigentiæ proximi,& iuſtitiæ,per violentam retentionem eius ſubſtantiæ, & veritati per occultam fraudulentiam, vnde in eo authoritate humana diſpenſare non poteſt,vt dicit idẽ Anch.q.54.art.1. poteſt tamen diſpenſare, vt furtum non ſit peccatum ob ſubuentionem neceſſariam propriæ vitæ, cum ius naturale omni alij iuri præualeat.c.aduerſum. 8. diſt. & ſit immutabile apud omnes, ſed conſeruatio vitæ eſt de iure naturali, appropriatio verò rerum,& diſtinctio facta eſt per ius poſitiuum, vnde quando appropriatio rerum conſeruationi vitæ non obuiat ſeruanda eſt, vbi verò obuiat,ceſſat,ita quòd ſi neceſſitas vitæ aliter releuari poteſt,quàm per ſubtractionem rei alienæ,non eſt diſpenſabile, vt res illa ſubtrahatur pro vita conſeruanda,quia eo caſu ius poſitiuum, iuri naturali non obuiat,ſed ſi aliter releuari non poteſt diſpenſabile eſt, vt homo accipiat rem alteri appropriatam pro vita ſua conſeruanda, qui tamen abſtineat ſi poſſeſſor ſit in tali extrema neceſſitate,& aliundè accipiat,vbi talis neceſſitas non adeſt,cũ potior ſit conditio poſſidentis:ſecus tamen faciendo non peccat,cum cõſeruatio propriæ vitæ,alienæ ſit præponenda, & in tali caſu ius poſitiuum opponitur naturali, vnde ob imminentem neceſſitatem ceſſat rerum appropriatio,quæ eſt de iure gentium poſitiuo, & omnia fiunt communia,vt ibi dicit art.2. vnde ſi neceſſitas proximi nõ poteſt

Septimum præceptum.

Furtũ quando non ſit peccatum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

aliter releuari, niſi per acceptionem rei alteri appropriatæ, tunc licet rem alienam accipere, ſi verò aliter releuari poteſt non licet, nam ex ordine charitatis ſicut iure naturæ debet quilibet conſeruare vitam ſuam, ita & vitam proximi in eo caſu, vnde diſpenſari poteſt, vt homo accipiat rem alienam pro vita proximi conſeruanda; non poteſt tamen Papa diſpenſare, vt res alteri ſublata non reſtituatur, remota ſaltem neceſſitate, nam res alicui aufertur, vel cum Domini ignorantia, & ſic dicitur furtum, vel per violentiam, & dicitur rapina, per iniuſtitiam, & ſic dicitur latrocinium, vel per ſurreptionem rei ſacræ, & ſic dicitur ſacrilegium, vel per retentionem mercedis operariorum, in quibus caſibus non cadit diſpenſatio, cum omnia nomine furti prohibeantur, vt res ſublata non reſtituatur, niſi in caſu neceſſitatis, & pro reipublicæ bono fortè, vel fidei defenſione, vel pro illorum à quibus accipitur bonorum confiſcatione, vel ipſorum donatione, vel pro eorum, qui accipiunt indigentiæ releuatione, & impoſſibili redditione, vt ibi dicit. art. 4. Circa octauum præceptum, Papa non poteſt diſpenſare, vt falſum teſtimonium non ſit peccatum, nam tranſgreſſio diuini præcepti eſt peccatum mortale: ſed Papa non poteſt diſpenſare in diuinis præceptis, ergo. Præterea falſum teſtimonium eſt contra Dei iuſtitiam, & iuſtum iudicium, quod contingit, vel quando quis falſum profert in rebus; quæ ſunt fidei, de quo Iob 3. vel contra iuſtitiam proximi, vt ille damnum percipiat, vel contra ſeipſum, & iuſtitiam ſuam, vel ex nimia humilitate, vt cum in confeſſione dicit quod non fecit, vel ex aliqua commoditate, vt ex inde commodum percipiat, quibus caſibus falſum teſtimonium eſt peccatum mortale, nec in eo cadit diſpenſatio, vt dicit Anch. q. 55. art. 1. non poteſt etiam Papa diſpenſare, quòd mendacium non ſit peccatum, nam verbum exterius eſt ſignum interioris, & quò ad audientem, vt eius mens per ſigna ad veritatis cognitionem excitetur, ſed mentiens intendit ſignificare rem aliter quam ſit, & exprimere contrarium eius quod ſentit, & excitare ad falſum animum eius qui audit, & tamen verbum hominis non poteſt carere rei vera ſignificatione, & loquentis vera expreſſione, & audientis vera informatione ſine peccato, vnde omne mendacium eſt iniuſtum, & peccatum, nec in hoc cadit diſpẽſatio, vt ibi dicit art. 2. nec etiam diſpenſare poteſt quod liceat mentiri mendacio officioſo,

Falſi teſtimonij ſpecies.

vel

el iocoſo. Eccleſ. 2. vt per Aug. in Enchir. c. 24. nam quędam
ant mala ex genere operis propter indebitam materiam,
t hominem occidere; quædam propter indebitam circun-
ſtantiam, vt Miſſam celebrare poſt prandium; quædam ob
ndebitum finẽ, vt dare eleemoſynam ob vanam gloriam,
rimum genus poteſt quandoque ſine peccato fieri, quia
materiæ poteſt addi debita circunſtantia, vt bonum iuſti-
tiæ; ſecundum genus poteſt fieri quãdoque ſine peccato, quia
lla circunſtantia poteſt remoueri, ſed tertium genus, quan-
o importat prauam deordinationem in fine nõ poteſt fieri
ine peccato, quia actuali intentioni finis contraria ſimul
neſſe non poſſunt, cum ergo mendacium includat inten-
ionem fallendi, nunquam poteſt fieri bene, & nunquam di-
penſandum eſt, vt fiat; nec Abraham fuit mentitus ſecun-
lũm ſuam intentionem, quia Sara erat ſoror eius largè lo-
quendo, quia erat ſoror Loth filia Aram fratris Abrahæ, Ie- *An mentiti*
iu etiam commendatus eſt de fine, quem intendebat, non *ſint Abrahã*
e mendacio, nec obſtetrices remuneratæ ſunt pro menda- *Iehu & ob-*
io, ſed pro benignitate, vt ibi dicit art. 3. non poteſt etiam *ſtetrices.*
apa diſpenſare, quòd in iudicio in ferendo teſtimonium
on interueniat iuramentum, nam teſtimonium ibi indu-
itur ad tollendam controuerſiam inter homines, homines
erò per maiores ſuos iurant. Heb. 6. & iuramẽtum ſumitur
d confirmationem veritatis, vnde in omni teſtimonio ad-
ucto in iudicio debet interuenire iuramentum, diſpenſare
amen poteſt, vt aliquæ perſonæ inſignes, non iurent tactis
cripturis, ſed admota manu ad pectus, &c. vt dixi tract. de
iuram. ſi verò profertur extra iudicium aliquid non eſt iu-
amento confirmandum, vt ibi dicit art. 4.

Circa nonum præceptum, Papa non poteſt diſpenſare in
concupiſcentia rei alienæ authoritate legis Moſaicæ, pri-
mò, quia lex Moſayca poteſt intelligi prohibuiſſe concupi-
centiam rei alienæ dupliciter, primò, quò ad legiſlatoris in-
entionem, ſecundò, quò ad pœnæ taxationem, primo mo-
lo, lex illa prohibuit concupiſcentiam, nam data fuit à Deo
Exo. 20. qui plus diligit munditiã cordis, quàm operis, vt di-
cit Aug. lib. de decem chordis. ſecundò, nam illa præcepta
ã affirmatiua, quàm negatiua inducebant hominẽ ad ope-
ra virtuoſa, ſed nemo poteſt operari virtuosè, nec iuſtè ex
hoc ꝙ exteriùs iuſta operetur, niſi iuſtè, & animo iuſto in-
tẽdat, cũ bonũ ſit ex integra cauſa, vt dicit Dion. 4. de diuin.

Digitized by Google

nominib.& Philoſophus 2.Ethic. præterea id expreſsè prohibetur in illo præcepto. Non concupiſces rem, & domum proximi tui, quia ibi prohibetur omne bonum vtile, vel delectabile, vt dicit Aug. loco prædicto, non tamen impoſuit pœnam externam concupiſcentiæ, quia lex vetus cohibebat manum non animum, vt dicit Auch. q. 56. art. 1. minus verò Papa diſpenſare poteſt in concupiſcentia authoritate legis Euangelicæ, primò, quia hic confertur gratia iuuans ad vitandam ipſam, ſic ſecundò, quia hic taxatur pœna pro interiori ira, & rancore. Matth. 5. Præterea lex illa ſolum bona temporalia promittebat obſeruatoribus eius: vnde & ſolum pœnam taxabat externis tranſgreſſoribus, lex verò noua promittit ſpiritualia, & æterna obſeruatoribus eius: vnde conuenienter taxat pœnam interiori concupiſcentiæ inordinatæ, ſcilicet peccati mortalis, modo tamen alibi explicato, ídque conuenienter cum ex praua concupiſcentia plura mala oriantur, ſcilicet appetitus inſatiabilitas, appetentis pœnalitas, rerum appetitarum inutilitas, iniuſtitiæ peruerſitas, charitatis ſuffocatio, & omnis denique iniuſtitia; cum concupiſcentia ſit radix omnium malorum, vt ibi dicit art. 2. quo verò ad legem humanam poteſt Papa diſpenſare, vt pœna non imponatur intentioni, & concupiſcentiæ interiori, imò, nec eam imponere poteſt, vt habetur in c. erubeſcant. 32. diſt. vbi glo. imò Papa non poteſt punire cogitationes cum ſint ſoli Deo cognitæ, nec poteſt punire, niſi legitimè conſtet, ergo pro cogitatione pœnam non imponit, vt ibi dicit art. 3. quæ quidem concupiſcentia quatuor modis accipi poteſt, primò, vt eſt nobis innata, ſecundò, vt rationabiliter ordinata, tertiò, vt eſt in proximi detrimentum, quartò, vt eſt opere conſummata; primo modo, concupiſcentia non eſt peccatum mortale, quia nobis nolentibus caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, cum enim ſenſibilia, vel delectabilia, audita, vel viſa, vel imaginata ſemper ſe offerant nobis ad cogitandum, & imaginandum de eis, caro ſubito ſurgit, vt talia delectabilia, cogitata, & imaginata, audita, vel viſa concupiſcat, non expectato rationis iudicio, & deliberatione voluntatis, ideò talis concupiſcentia non poteſt eſſe peccatum mortale, cum non ſit voluntaria, nam ſi adſit rationis iudicium, & deliberatio voluntatis mortale eſt in materia mortali, poteſt etiam concupiſcentia rationabiliter ordinari cum quis cõcupiſcit rem aliquam viſam,

1. Timot. c. 6.

Cõcupiſcentia quando ſit peccatum mortale.

vtilem,

Digitized by Google

vtilem, vel delectabilem ſecundum permiſſionem Dei, & ob bonum, & virtuoſum finem, & iuſto titulo non in nocumentum alterius, & ſic non eſt peccatum mortale, ſed forſè veniale, cum eo ipſo quòd animus implicatur in cogitatione temporalium, retardetur à feruore ſpiritualium bonorum: tertio verò, & quarto modo, ſi concupiſcentia ſit in detrimentum proximi notabile, vel contra Dei mandatum eſt peccatum mortale, vt ibi dicit art. 4.

Circa decimum præceptum, non poteſt Papa diſpenſare authoritate alicuius legis, vt concupiſcentia non ſit peccatum, nam ſi ſit initiata, & non prohibetur ne progreſſum faciat, & ne iudicium rationis peruertat, eſt peccatum veniale, enim ſit tantum inchoata, quæ ſurgat ex ſurreptione non eſt peccatum, cùm initietur ſine noſtra voluntate; ſi verò concupiſcentia per conſenſum rationis eſt deliberata, ſic prohibetur lege diuina, & eſt peccatũ mortale, ſi ſit de materia mortali, vel etiam ſi conſenſus ſit in ſolam delectationem peccati, licèt ibi non adſit explicitus conſenſus, ſed interpretatiuus; concupiſcentia verò exterioris operis conſummata eſt lege punienda, quia poteſt eſſe mota iudicio humano, nec in hoc Papa poteſt diſpenſare, vt idem dicit Anch. q. 57. art. 1. licèt in modo pœnæ diſpenſare poſſit, vel etiam in ipſa pœna ex cauſa, quæ quidẽ concupiſcentia poſt peccatum primorum parentũ in omnibus fuit præter Chriſtum, & Matrem, vt dicit Aug. lib. de bapt. paruul. poſſet tamen Deus per gratiam cooperante libero arbitrio illam auferre, id tamen Deus non permittit ob repreſſionem humanæ ſuperbiæ, & ſic conſeruationem diuinæ gratiæ, vt ibi dicit art. 2. nec ſanctus Ioannes Baptiſta, nec alij ſancti, quibus ſit remiſſum peccatũ de Papa diſpenſare non poteſt, quòd conſenſus in concupiſcentiam carnalem non ſit peccatum mortale, quando conſenſus eſt completus, vel completa deliberatio, vel eſt conſenſus in delectationem carnalem, nam ſi ſit ſola ſuggeſtio, vel ſurgat aliqua delectatio abſque deliberatione præhabita, & conſenſu rationis, quæ ad id non aduertit, non eſt mortale, ſed veniale, vt ibi dicit art. 3. & in hac concupiſcentia Papa non poteſt diſpenſare, vt ibi dicit, & ſimiliter quòd moroſa cõcupiſcentia, ſi ſit moroſa conſenſu deliberationis, ita quòd tamdiu duret complacẽtia illa, donec ſibi conſentiatur plenè, & deliberatè, per rationis iudicium, & voluntatis imperium non ſit peccatum morta-

 le, nam

le, nam ſi ſit moroſa, ex ſola ſurreptione in carne non eſſet peccatum mortale etiam ſi diu duraret, & homo ſemper diſſentiret, vel complacentiam illam non acceptaret per rationis iudicium, vt ibi dicit art. 4. quòd ſi aduertat id eſſe contra præceptum Dei, nec repellat malã cogitationem valens, alio illam auertens, peccat mortaliter, ſi materia ſit de peccato mortali, quia ibi eſt conſenſus interpretatiuus, & dictum eſt plenè, ſuprà in tract. de paſſion. animæ, & tr. de peccato: non poteſt etiam Papa diſpenſare, vt concupiſcentia carnalis aliquibus remediis ex toto vitetur, quia licèt mitigari poſſit, auferri tamen non poteſt, vt dicit Damaſc. lib. 4. c. 17. & habetur Sapien. 7. *homo non poteſt eſſe continens, niſi Deus det*; inueniuntur tamen aliqua remedia ad eam mitigandam, & reprimendam, quæ Diuus Hieronymus ponit in epiſtola ad Euſtochium, primò, non figendo animum particulariter in cogitationibus operationum carnalium, quia cùm particularia deſideria multum moueant, ſtatim caro inflammatur, & ſenſualitas tota incenditur, qua incenſa trahit rationem, & voluntatem ad conſenſum, ſicut ſphera trahit ſpheram, volentem tamen: Secundò, cùm huiuſmodi cogitationes veniant in mentem ipſas interficere ad petram qui eſt Chriſtus: Tertiò, praua colloquia, conuerſationes, & conuiuia fugiendo: Quartò, otium vitando, & res mundi ex toto ſpernendo, quæ remedia, & ſimilia, de quibus dixi cap. de concupiſc. mitigant carnalem concupiſcentiam, non autem in toto auferunt, nec eam euitant, cùm id fieri poſſit ſolum auxilio diuinæ gratiæ.

Quomodo reprimatur concupiſcentia.

8 Circa legem Euangelicam, Papa non poteſt in ea diſpenſare, cùm diſpenſare non poſſit in eo, quòd Apoſtolus anathematizat, ſed ſic facit Apoſtolus Gal. 1. contra ſubuertentes Euangelium Chriſti, ergo. Prætereà lex patitur diſpenſationem, vel ob eius imperfectionem, vel inexplicationem, vel variationem negotiorum occurrentium, ob primum lex Moſayca recipit diſpenſationem, cùm nihil ad perfectum adduceret, Hebr. 2. propter ſecundum, lex naturæ, quæ cùm ſit vniuerſalis, per additionem, & ſubtractionẽ fuit particulariter explicanda: Tertio modo, lex humana ſic ſe habet, quæ ob variationem actuum humanorum variari debet, at lex euangelica eſt perfecta, clara Mat. 7. & ſtabilis Matt. 24. ergo nullo modo patitur diſpenſationẽ, vt dicit Anch. q. 60. art. 3. vnde circa ſacramenta nouæ legis Papa diſpenſare non poteſt,

Papa quid poſſit circa legem Euãgelicam, vel non.

Digitized by Google

poteſt, vt aliquod ſacramentum de nouo inſtituatur, cũ eorum inſtitutio non conueniat illi, nec alicui puro homini, ſed ſoli Chriſto, cùm ſit ſignum ſignificans, & efficiens gratiam, at nemo poteſt dare tale ſignum, niſi qui eſt author gratiæ, hic eſt ſolus Deus, vt habetur infrà de ſacram. in genere, ergo. Prætereà ſacramenta veteris legis authoritate diuina ſunt inſtituta, ergo magis ſacramenta nouæ legis, quæ maioris ſunt virtutis, vt dicit Aug. 6. de ciuit. Dei. c. 11. Prætereà illius eſt ſacramenta inſtituere, à quo virtus, & efficacia ipſorum emanat, ſed talis virtus à ſolo Chriſto emanauit, vt dicit Aug. in caput Ioan. 19. ergo ab ipſo ſolo ſacramẽta ſunt inſtituta, vt idem dicit Anch. q. 58. art. 1. Sic etiam Papa non poteſt diſpenſare, vt effectus ſacramenti conferatur ſine ſacramento, nam id pertinet ad poteſtatem excellentiæ, quã Chriſtus ſolus ſibi retinuit, vt quando dedit graiã Cornelio nõdum baptizato, & huiuſmodi illamq; Deus non conceſſit alicui homini puro. c. merito. de conſecr. diſt. .. & explicat Aug. lib. de conſenſu Euangeliſt. nõ poteſt etiã Papa diſpenſare in forma ſacramentorum, nam forma eſt .e eſſentia rei, ſed Papa non poteſt diſpenſare circa eſſenialia ſacramentorum, ergo nec in forma eorum; prætereà emiſſio peccatorum non fit niſi Chriſti authoritate. 2. Cor. ergo & formam inſtituere in quolibet ſacramento, per uod peccatum remittitur, ad ſolum Chriſtum pertinet, à uo ſacramenta ſunt inſtituta, vnde in formis ſacramenorum non cadit diſpenſatio, ſed eccleſia debet illis vti, uibus ipſe Chriſtus immediatè eſt vſus, vel Apoſtoli, qui b ipſo acceperunt eaſdem, vt ibi dicit art. 3. nõ poteſt etiam apa diſpenſare in materia ſacramentorum, cùm ſit de eoum eſſentia, ideò non cadit ibi diſpenſatio, nã vt in naturabus in his quæ differunt ſpecie, materia eſt diuerſa propter iuerſitatem formæ, vt dicit Commentator 1. de anima, in is verò quæ ſunt eiuſdem ſpeciei forma non eſt diuerſa, iſi propter diuerſitatem materiæ, ita quòd manet vnitas ormæ ſpecificæ, cum diuerſitate materiæ diuerſificatæ per uerſa accidentia, ſic in ſignis ſacramentalibus, oleum, & qua, & panis differunt ſacramentaliter propter diuerſitam formarum ſacramentorum, vnum tamen, & idẽ ſacraentum poteſt habere materiam diuerſam diuerſificatam er diuerſa accidẽtia, vt quòd aqua ſit dulcis, vel amara, non uerſificat ſpeciem ſacramenti Baptiſmi, & quòd panis ſit azymus,

azimus, vel fermentatus, non diuerſificat materiam ſacramenti Euchariſtiæ; in materia ergo ordinata eſſentialiter ad formam ſacramenti non cadit diſpenſatio, ſed in diuerſificatione materiæ iuxta diuerſa accidentia nō mutantia ipſius naturæ ſpeciem, vel entitatem diſpenſari poteſt, vt ibi dicit art. 4. non poteſt etiam Papa diſpenſare in numero ſacramentorum ſumendo ſacramenta propriè ſine quibus ſalus hominis haberi non poteſt, quia à Deo ſolo ſunt inſtituta, quo verò ad ſacramentalia, quæ non conferunt gratiam, ſed præparant ad eā, & excitant hominē ad deuotionē, vt aquæ benedictæ ſuſceptio, cineris, & huiuſmodi, ſine quibus ſalus hominis haberi poteſt, ſic Papa in eis poteſt diſpēſare, multiplicando, vel diminuendo, prout videt eccleſiæ vtilitati, & deuotioni fidelium expedire, vt ibi dicit art. 6. non poteſt etiam Papa diſpenſare in ſacramentorum iteratione, quæ imprimunt caracterem, & poteſtatem ſpiritualem, Baptiſmus ſcilicet aptitudinem ad recipiendum omnes perfectiones actuales, & ſpirituales; Confirmatio, ad faciliùs reſiſtendum aduerſario; Ordinatio, ad agendum, & adminiſtrādum alia ſacramenta, nam cùm character ſit poteſtas ſpiritualis, in his ſacramentis à Chriſto imprimitur indebiliter, à quo ſacramenta ſunt inſtituta; ſicut Papa non poteſt diſpenſare in charactere, ex dictæ poteſtatis impreſſione, vel expulſionę, cum animo imprimatur, & ideò nec per ſuſpenſionem, vel degradationem auferri poſſit, imò manent in anima etiam ſeparata, vt dicit Aug. 1. lib. de ſymbolo. Sic non poteſt diſpenſare in dictorum ſacramentorum reiteratione, vt ibi dicit art. 7. non poteſt etiam Papa diſpenſare in ordinatione ſacramentorum, ſcilicet vt quis poſſit ſaluari ſine Baptiſmo. Ioan. 3. nec quòd ſacramentum Euchariſtiæ alia dignitate non excedat, cùm ibi contineatur Chriſtus non ſolum per gratiæ efficaciam, vt in aliis, ſed etiam per ſuam realem præſentiam, nec quòd matrimoniū alia tempore non præcedat, cùm fuerit in ſtatu innocētiæ, nec quòd ſacramentū ordinis non ſit prius aliis, quò ad adminiſtrandi poteſtatem, vt ibi dicit art. 8. poteſt tamen Papa diſpenſare in ritu ſacramentorum, nam Iacobus, & Baſilius Miſſæ celebrationem, quam tamen prius Chriſtus inſtituit, adduxerunt. c. Iacobus. de conſecr. diſt. 1. quò ad ritus. & Aug. 1. ad Cor. 11. dicit, quòd licet Chriſtus poſt cœnam ſuum corpus dederit diſcipulis, & tradiderit eius materiā, & formam,

quo

Digitized by Google

quo tamen ritu, vel ordine poſtea ſumendum eſſet,& ſacrificium peragendum Apoſtolis reliquit docendum, & ſucceſſoribus Petri ordinandum, nam Papa poteſt diuerſos gradus, vel ordines prælatorum ordinare, & ordinatos tollere pro rerum diuerſitate, & tempore, ſic tamen vt omnes non tollat, nec Epiſcoporum, aut miniſtrorum ordinationes immediat, quod facere non poteſt, & idem etiã poteſt diuerſos ritus in adminiſtratione ſacramentorum inſtituere, ſeruatis ſemper illis quæ ad eſſentiam, vel ſubſtantiam ſacramentorum faciunt, vt ibi dicit art. 5.

Circa articulos fidei, poteſt Papa diſponere de noua ſymboli editione, nam quoties regula fidei ventilatur, ad authoritatem Petri referenda eſt, vt dicit Auguſt. 1. lib. ſymb. vnde omnis ſymboli ordinandi authoritas in ſancta Dei eccleſia terminatur, cum fides Chriſtiana habeat vniuerſalitatem, vnitatem, & authoritatem, vnde in ſymbolo ponuntur illa, quæ vniuerſaliter pertinent ad fidem Chriſtianam, vnde ei incumbit authoritas condendi eiuſmodi ſymbolum, qui eſt caput fidei Chriſtianæ, & in quo, vt in capite omnia membra eccleſiæ vniuntur, & cuius authoritate omnia quæ ad fidem ſpectant firmantur, & roborantur, vt dicit idem Anch. q. 59. ar. 1. poteſt etiam Papa diſponere circa articulorum editionem, vel per eorum additionem, & multiplicationem, quia ſicut poteſt, nouum ſymbolum condere: ſic nouos articulos multiplicare, quia id non eſt addere aliquid ſcripturæ, ſed addere veritatem, quam continet, poteſt etiam articulos in ſymbolo poſitos per plures articulos explicare, cum dubia fidei ad Papam referantur; tertiò, quia ſub quolibet articulo poſſunt poni plura credibilia, & ad illos plura reduci poſſunt, ſic tamen vt nouum articulum, & nouum dogma non introducat, quod facere non poteſt, licet latentem veritatem poſſit per alios articulos explicare, tum ad tollendas aliquas hæreſes nouiter ortas, vt fecit quando addidit ſymbolo proceſſionem Spiritus ſancti à Patre, & Filio contra hæreſim Græcorum, tum quia eccleſia quotidie proficit à Deo illuſtrata in cognitione diuinorum, non poteſt tamen Papa diminuere articulos fidei, quantum ad ſubſtantiam credibilium, cum non poſſit deſtruere ea quæ ſunt fidei. 2. Cor. 10. poſſet tamen quò ad modum credendi, & explicandi, ad tollendos aliquos errores, alios modos credendi, & explicandi ordinare, quo verò ad eorũ coactionẽ Papa poteſt cogere

9 *Papa quid poſſit circa articulos fidei, vel non.*

cogere eos,qui fidem ſuſceperunt per baptiſmum,vt articulos fidei obſeruent,& fidem colant:infideles autem non poteſt cogere,nec dare effectum ipſis articulis, quia ſolius Dei eſt dare talem effectum ad finem vltimum conſequendum, vt ſcilicet ſine fide impoſſibile ſit placere Deo , hoc modo tam credentes , quàm non credentes includuntur , cum ſine fide nulli ſalui fieri poſſint.

Circa verò Epiſtolas Pauli, & dicta Apoſtoli,notandum, quòd Apoſtolus in ſua doctrina aliqua poſuit promulgans ius diuinum,vt vetans circunciſionem,& huiuſmodi. Gal.5. & in hoc Papa non poteſt diſpenſare , quia id ſibi à Chriſto fuit immediatè reuelatum. Gal. 1. quædam verò ſicut propria ſtatuit , vt 1. Corinth. 11. cætera cum venero diſponam , vt infrà cap.16. mandauit , vt collectæ,quæ fiunt in ſanctos , per vnam ſabbati fiant , quòd non pertinet ad ius diuinum , & ſimiliter quòd dicit de bigamo non promouendo , cum non ſit de iure diuino,& in his Papa poteſt diſpenſare,non poteſt tamen deſtruere ſcripturam canonicam Apoſtolorum , & Prophetarum , quæ eſt in eccleſia , nec etiam in his, quæ Apoſtolus docuit nomine Chriſti diſpenſare,vt Galat.2.vt dicit D.Tho.quodlib.4.art.14. Turre Cre. de authoritate Papæ q.63.vt de matrimonio non dimittẽdo.

Papa quid poſſit circa traditiones ſacras, vel non.

10 Circa traditiones verò dicendum eſt, quòd aliquæ traditiones ſunt de iure diuino à Chriſto ſine ſcripto doctæ , & in his Papa non poteſt diſpenſare , ſicut nec in iure diuino, aliquæ verò dicuntur apoſtolicę,& eæ etiam ſunt in duplici differentia, nam quaſdã Apoſtoli acceperunt à Chriſto per traditionem, & in his Papa ſimiliter non poteſt diſpenſare; aliquæ verò ſunt introductæ ab ipſis Apoſtolis,& in his Papa pro temporum locorum,& perſonarum, ac negotiorum diuerſitate poteſt diſpenſare , vnde Papa ex prædictis habet determinare ea,quæ ſunt fidei,cum ſit vna fides totius eccleſiæ,ergo ad illum pertinet determinare ea,quę ſunt fidei,qui eſt caput totius eccleſiæ,& hic eſt Papa,& qui etiam vt talis in quæſtionibus fidei determinandis errare non poteſt Luc. 22. *Ego pro te rogaui Petre , vt non deficiat fides tua* , & ad eundem etiam ſpectat determinare quid eſt hæreſis , nam cum ſit iudex eorum quæ ſunt fidei habet etiam contraria determinare,vt dicit idem Anch.quæſt.10.art.1.& 2 & cum ad eum pertineat ſymbolum ordinare , poteſt etiam dubia in rebus fidei emergentia interpretari , & terminare , &

ſimi

Digitized by Google

ſimiliter occulta, & implicita explicare, vnde & ſine mandato, vel conceſſione Papæ, qui eſt iudex vniuerſalis, nulli icet de hæreſi inquirere.c.per hoc,extra de hęret.vt ibi dicit rtic. 3. & 4. nec quiſquam, etiam ſine mandato Papæ hæreticos poteſt punire,vt ibi dicit art. 5.nec Principes poſſunt tiam hæreticos iudicare ſine mandato Papæ, vt ibi dicit rtic. 6. qua ratione ad Papam ſpectat ponere ſub articulo a,quæ nos beatos faciunt,& quę ab homine naturaliter cognoſci non poſſunt vt ſic per fidem homo Deo coniungatur. Oſeæ 2. & vt agendis rectè dirigatur & cùm ſit intellectualis in ratione perficitur, ſuperaddendo id quod homo aturaliter cognoſcere non poteſt & beatum illum reddat, aptiuando intellectum in obſequium fidei, vt idem dicit 11. art. 1.& conuenienter ponitur ſub articulo eſſe Deum, eſſe vnum Deum, creditur enim in Deum, vt omnium ouiſorem, ac creatorem, omnium actuum humanorum rectorem,omnium bonorum remuneratiorem, & malorum punitorem, ſecundùm quem modum Deum eſſe non t probatum humana ratione, & additur etiam vnum eum,ad arguendos eos,qui adorant plures Deos.Sap. 14. iinatores,& dæmonum conſultores,qui plures Deos adont, cum illis diuinum honorem tribuant, conuenienter am ponitur ſub articulo Deum eſſe creatorem omnium ntra Ariſtotelem,& alios,qui voluerunt mundum eſſe ab erno,vt ibi dicit art.2.& 3. ad Papam etiam ſpectat deternare modum credendi Trinitatem.cap.firmiter. extra de init.oportet enim,vt credatur eſſe vnus verus ſolus Deus e Deorum pluralitate, æternus ſine inceptione, immenſine menſuratione, incommutabilis ſine mutatione, nipotens ſine ſubiectione, ineffabilis inueſtigatione, e omnia ponit. Innocent. in dict. cap. firmiter. modus ò diſtinctionis perſonarum eſt, vt Pater ſit à nullo, us à Patre ſolo, ac Spiritus ſanctus ab vtroque; Pagenerans, Filius naſcens, Spiritus Sanctus procedens, quidem perſonæ, ſed tamen vna eſſentia, conſubitiales, coæquales, coomnipotentes, & coæternæ, vt n dicit in d.c.vbi ponit perſonarum diſtinctionem,dum t tres perſonæ,diſtinctionis cauſæ aſſignationem, dum t, Pater à nullo, Filius à Patre ſolo, Spiritus ſanctus ab oque, Pater generans, &c. nam inter perſonas diuinon poteſt eſſe diſtinctio, niſi per originem vnius ab altera,

Solius Papæ mandato hæretici puniri debent.

Digitized by Google

altera, vt idem dicit art. 4. & 5. ad Papam etam ſpectat determinare modum vnitatis trium perſonarum, nam eſſentia diuina eſt ſimpliciſſima, vnde in tribus perſonis non eſt plurificata, quia ſimplex non plurificatur, ideò ſumma quædam res eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus non habens partem, & partem, vnde totam dat Pater Filio, ſummam rem, & totam ſibi retinet, & Pater & Filius totam dant Spiritui ſancto, & totam ſibi retinét, eſt etiam diuina eſſentia communiſſima, vnde nec eſt genita, nec generans, quia cum eſſe genitum cõueniat Filio, & non Patri, ſi diuina eſſentia eſſet genita, Pater non eſſet diuina eſſentia, & ſi eſſet generans, cùm generare non conueniat filio, filius non eſſet diuina eſſentia, ſed bene eſt per generationem, & proceſſionem eadem eſſentia numero, tribus perſonis communicata, quod fatetur æqualitatem diuinarum perſonarum, & tria opera à tota Trinitate ſimul eſſe facta efficienter: ſcilicet creationem, redemptionem, & glorificationem, vnde ad Papam etiam ſpectat ponere ſub articulo Patrem eſſe omnipotentem, & ſic ea, quæ pertinent ad diſtinctionem perſonarum, nam Patri omnipotentia appropriatur, ſicut ſapientia Filio, bonitas Spiritui ſancto, nam & potentia ſine ſapientia genita, ſic Pater non recipit eſſe ab aliquo, Sapientia verò non poteſt eſſe ſine potentia, ideò ſapientia appropriatur Filio, qui etiam in eo quod Deus, non poteſt eſſe ſine Patre, cum totum ſuum eſſe à Patre recipiat, bonitas verò non poteſt eſſe ſine ſapientia, & potentia, quia bonitas eſt bene, & ſapienter velle, ideò appropriatur Spiritui ſancto, qui procedit à Patre, & Filio, iſta tamen tria ſapientia, potentia, & bonitas communia ſunt tribus perſonis, ad denotandum vnam eſſe omnium eſſentiam, licet approprientur illis modo prædicto, vt diſtinguãtur ipſæ perſonæ per propria earum, vt idem dicit q. 12. art. 1. Ad Papam etiam ſpectat determinare modum generationis Filij Dei, contra hæreticos, qui poſuerunt Chriſtum non eſſe Dei Filium, vnde in Symbolo dicitur contra hunc errorem, & in Ieſum Chriſtum Filium Dei Vnigenitum: contra verò dicentes eum non fuiſſe ante Virginem: additur, ex Patre natum ante omnia ſæcula, contra verò negantes non eſſe perſonã diſtinctam à Patre, & Spiritui ſancto additur, Deum de Deo, lumen de lumine, contra pariter dicentes eum non eſſe verum Deum, nec eiuſdem naturæ cum Patre additur,

Deum

Digitized by Google

Deum verum de Deo vero, contra verò dicentes Chriſtum eſſe creaturam in tempore factam, non æternum, additur genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Ad Papam etiam ſpectat modum procedendi Spiritum ſanctum à Patre, & Filio determinare, vt ſic præcludatur via omnibus contrarium opinandi, vt Græci fuere, qui tenuerunt eum procedere à Patre tantum, vel à Patre per Filium tanquam à duobus principiis, quod damnatur in c. fideli. de ſum. Trin. vbi deciditur Spiritũ ſanctum procedere à Patre, & Filio tanquam ex vno principio; poteſt etiã Papa plura de Spiritu ſancto ponere ſub articulo, quam ſolam proceſſionem à Patre, & Filio, ad tollendum varias hæreſes, & errores, nam contra ſentientes Spiritum ſanctum eſſe creaturam, & minorem Patre, & Filio, ponitur in Symbolo, *Credo in Spiritum ſanctum Dominum*: ad tollendum etiam errorem, quòd vita ſpiritualis animæ acquiri poſſit ex libero arbitrio ſine aliqua infuſione Spiritus ſancti, additum eſt, *& viuificantem*; contra pariter dicentes eum non procedere à Filio, additur, *qui ex Patre, Filióque procedit*: contra negantes eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre, & Filio, additur: *qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur*, ad tollendum etiam errorem quòd vetus teſtamentum non fuerit à Deo bono, nec Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt Prophetæ, additur, *qui loquutus eſt per Prophetas*. Ad Papam etiam ſpectat ponere ſub articulo ea quæ pertinent ad naturam humanam à Dei filio aſſumptam, & primum modum Conceptionis, & Incarnationis Chriſti, ad tollendos varios errores, & hæreſes, aliqui enim dixerunt Chriſtum eſſe incarnatum non ſolùm ob homines, ſed etiam ob dæmones damnatos ſaluandos, vnde dicitur in Symbolo, *& propter nos homines*: contra dicentes Chriſti incarnationem, & paſſionem non ſufficere ad ſalutem ſine legalium obſeruatione, additur, *& propter noſtram ſalutem*, contra negantes Chriſtum non deſcendiſſe ad terram, id eſt, ſe non humiliaſſe per carnis in vtero virginis aſſumptionẽ, & non fuiſſe purũ hominem, additur, *deſcendit de cælis*: contra dicentes eum per virile ſemen conceptum, & incarnatum, additur: *incarnatus eſt de Spiritu ſancto*, & in Symbolo Apoſtolorum, *conceptus eſt de Spiritu ſancto*: contra negantes Chriſti corpus fuiſſe verum, & eiuſdem naturæ, cũ corpore humano, additur: *natus ex Maria virgine*:

Digitized by Google

contra etiam negantes humanam naturam perſonaliter non fuiſſe vnitam Filio Dei, ſed eam tantum habitare, vt inhabitat ſanctos viros, additur: *Et Homo factus eſt*, vt dicit idem Anch. q. 13. art. 1. ad Papam etiam ſpectat ponere modum Paſſionis, & Sepulturæ Chriſti, nam homo per peccatum incurrit Dei offenſionem, animæ maculam, & eiectionem à Paradiſo, ad remouendam ergo Dei offenſionem, neceſſaria fuit mors Chriſti, & Paſſio, vt ſicut homo morte ſe damnauerat, morte redimeretur per iuſtitiam talionis, ad tollendam maculam animæ: Chriſtus in ſua Paſſione fecit quoddam balneum, quo animæ ab omni macula lauantur, nam cum lauantur in Baptiſmo, ſanguine Chriſti lauantur, cum Baptiſmus non ſine ſanguine Chriſti efficaciam habeat, ad tollendum exilium Paradiſi neceſſaria fuit Chriſti ſepelitio, vt ſic anima eius ſeparata à corpore ad infernum deſcenderet, & inde animas ſanctorum per peccatum primi parentis à Paradiſo expulſas ad cœleſtia reuocaret, ideò ponitur ſub articulo *crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, Paſſus, & ſepultus eſt*, vt ibi dicit artic. 2. ad Papam etiam ſpectat omnes articulos fidei explicare, nam ſalus humani generis facta eſt per manifeſtationem diuinitatis ſecundùm humanitatem aſſumptam, quæ diuinitas eſt manifeſtata nobis in ſacris literis; primò, quantum ad eſſentiæ vnitatem: ſecundò, quantum ad Patris poteſtatem: tertiò, quantum ad Filij proprietatem: quartò, quantum ad Spiritus ſancti ſanctitatem: quintò, quãtum ad eccleſiæ communitatem: ſextò: quãtum ad reſurrectionis veritatem diuina virtute fiendam, ſeptimò, quantum ad æternæ vitæ acquiſitionem, ob primum dicitur: *Credo in vnum Deum*, ob ſecundum, *Patrem omnipotẽtem*, ob tertium, *& in Ieſum Chriſtum Filium eius Vnigenitum*: ob quartum, in Symbolo Apoſtolorum, *& in Spiritum ſanctum Dominum*, ob quintum, *Sanctorum communionem*, ob ſextum, *Expecto reſurrectionem mortuorum*, ob ſeptimum, *& vitam venturi ſeculi*. Per humanitatem verò aſſumptam Dei filius ſeptem modis eſt operatus noſtram ſalutem: primò, per eius conceptionem, ſecundò, per eius natiuitatem, vel incarnationem, tertiò, per mortem, & paſſionem, quartò, per deſcenſionem ad inferos, quintò, per reſurrectionem, ſextò, per aſcenſionem in cœlum, ſeptimò, per eius in fine ſeculi iudiciariã dominationem; ob primum dicitur, *qui conceptus eſt de Spiritu ſancto*, ob ſecundum, *ex*

Maria

Digitized by Google

Iaria virgine, ob tertium, *crucifixus pro nobis ſub Pontio* *ilato*, ob quartum, *deſcendit ad inferos*, ob quintum, *tertia* *ie reſurrexit à mortuis*, ob ſextum, *aſcendit in cœlum, ſedet* *d dexteram Patris*, ob ſeptimum, *qui venturus eſt cum* *loria iudicare viuos & mortuos*. Ad Papam etiam ſpectat n Symbolo ponere omnia ſacramenta eccleſiæ, nam ſacra- nenta ſunt medicinæ peccatorum, quibus anima à defecti- us, & peccatis purgata efficitur capax receptionis ſeptifor- nis gratiæ Spiritus ſancti, nam in anima noſtra ſunt ſeptem efectus: primus, infectionis peccati originalis: ſecundus, npugnationis diaboli: tertius, perpetrationis culpæ actua s: quartus, debilitationis vitæ ſpiritualis: quintus, deturpa- onis per reliquias peccatorum: ſextus, per ignorantiæ ma- ım: ſeptimus, per carnalis concupiſcentiæ irrefrenationem; rimus tollitur per baptiſmum: ſecundus, per confirmatio- em: tertius, per pœnitentiam: quartus, per ſacramentũ Eu- ıariſtiæ: quintus, per extremam vnctionem: ſextus, per ſa- amentum ordinis: ſeptimus, per matrimonium. Ad Papam iam ſpectat determinare per quem modum corpus Chri- i eſt ſub ſacramento altaris, nam in hoſtia eſt totum cor- us Chriſti, vt cibus ſpiritualis animæ, non ſub quantitate opria, ſed ſub quantitate panis, & vini, per tranſubſtantia- onem ſubſtantiæ eius in ipſum, quem modum eſſendi de- rminat Papa in cap. firmiter. extra de ſum. Trin.

Septẽ ſacramenta ſunt remedia ſeptem animæ defectuum.

11

Papa quid poſſit, & debeat agere circa canonizationem ſanctorum.

Circa canonizationem ſanctorum, cum id ad finem redu- itur, ad ſolum Papam pertinet ſanctos canonizare, vel ıòd aliquis in ſanctos referatur, & pro ſancto honoretur, pro eo ſolemne officium fiat, probatur in c. 1. de reliquiis, vener. ſanct. præterea ad ſancti canonizationem tria præ- puè requiruntur, primò, approbatio eius ſanctitatis, ſecun-), veneratio eiuſdem à toto populo Chriſtiano, tertiò, fidei clesiaſticæ beneficio illius ſancti gratias à Deo poſcentis nfirmatio, quæ ad ſolum Papam pertinent, qui eſt caput cleſiæ, nam vt ſolus Chriſtus ſanctificat, & Deus, Leuit. 21. ſolius Papæ eſt qui eſt Vicarius Chriſti omnem ſanctita- m manifeſtare, & approbare, vt dicit Anch. q. 14. art. 1. vn- : Epiſcopus non poteſt in ſua diœceſi aliquem pro ſancto nerari ſine Papæ authoritate d. c. 1. nam ad illum pertinet nonizatio ſanctorum, in quo vniuntur omnia membra cleſiæ, qui ſolus eſt Papa; ne ſint ſchiſmata in eis, idq; po- ſt Papa facere ſine collegio Cardinalium, cum collegium

Digitized by Google

non aſſiſtat Papæ per modum determinationis, vel limitationis eius poteſtatis, ſed magis, per modum miniſterij, & conſilij, conueniens tamen eſt, vt requiratur eius conſilium ad vitãdas fraudes, & in hac canonizatione ſanctorum probabile eſt, quòd Papa errare non poſſit, quia licet ibi ſit actus humanus, ſcilicet informatio per teſtes, tamen honor, quem ſanctis exhibemus, eſt quædam proteſtatio fidei, & redundat in fidei augmentum, vnde credendum eſt, quòd eius iudicium errare in hoc nõ poſſit, vt dicit D. Tho. quodlib. 8. art. vlt. & Turre Cr. de poteſt. Papæ, q. 81. vnde non poteſt officium celebrari de eo, qui nõ eſt canonizatus per Papam. d. c. 1. nam licet ſacrificium nõ offeratur ſancto, ſed vni Deo, quia tamẽ in locis aliquibus vbi offertur ſacrificium fit memoria ſancti, non debet ſolemnitas talis memoriæ celebrari, niſi ab illo qui eſt caput totius eccleſiæ ſit canonizatus, & in ſanctitate comprobatus, licet oratione priuata poſſit quis honorare illum, quem credit ſanctum, non poteſt tamen Papa aliquem canonizare ob ſolam ſcientiam: nam is ſolum debet canonizari, qui eſt bonus vniuerſaliter, & ſimpliciter, ſed qui habet bonitatem ſecundùm intellectũ tantum, abſque voluntatis bonitate, nõ dicitur bonus ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, ergo ob ſcientiam ſolam nõ debet quis canonizari, vt idem dicit q. 15. art. 1. debet tamen ob ſanctitatem vitæ eum canonizare, arg. c. miramur. 41. diſt. vbi ſi ad honores mundi non aſſumuntur iuſtè, niſi boni, minus ad tantum honorem, & dignitatem, quæ quidem ſanctitas declaratur per fidem conſtantem, per obedientiam eccleſiæ, per charitatem erga Deum, & proximum, per vitationem peccati omni conatu, per auditionem delectabilem Dei verbi, ac non quærendo ex operibus bonis gloriam mundi, & requiritur etiam bona fama canonizandi, vt eius fama ſemper fuerit laudabilis, aliàs ſequeretur contemptus, & populi perturbatio, licet de per ſe non ſufficiat, requiritur etiam quòd canonizandus faciat miracula virtute Dei, in teſtimonium ſanctitatis, & poteſtatis collatæ à Deo, quòd non pertinet niſi ad ſanctos viros, & amicos Dei, vel in vita, vel in morte, nã ſi alio modo fierent miracula, cum id concedatur etiam malis, non eſſet argumentum ſanctitatis, propter donum verò prophetiæ ſimpliciter, & præciſè nõ debet aliquis canonizari, niſi ſint alia ſigna teſtificãtia eius ſanctitatem, & bonitatem; cum etiam mali homines dæmonum inuoca

Quinam debent canonizari & inter Diuos referri.

Digitized by Google

nuocatione poſſint futura prædicere, vt ibi dicit; quo verò
ıd modum, primò mouere debet frequens denunciatio fa-
:ta Papæ, vt aliquis pro ſancto in veneratione habeatur: ſe-
:undò, ſequi debet commiſſio Papæ de inquirendo de eius
ſanctitate, & miraculis: tertiò, commiſſionis inquiſitio: quar-
ò, relatio inquiſitionis factæ quintò, diligens examinatio
elationis factæ: ſextò, diſcuſſio examinationis factæ per
Conſiſtorium: ſeptimò, ſecreta definitio, & terminatio: octa-
ò, manifeſta publicatio: nonò, aſſignatio diei canonizatio-
is: decimò, Papæ & omnium aſſiſtentium genuflexio, &
ratio, ne Deus permittat ſuam eccleſiam decipi: vndecimò,
:citatio miraculorum, & opera miſericordiæ ſancti, & ip-
us in catalogo ſanctorum conſcriptio: duodecimò, Miſſæ
ı honorem ſancti celebratio, & cantici ſpiritualis decanta-
o, vt idem dicit q. 16. art. 1. non debet tamen ſtatim Papa
liquem ſanctum ſibi denunciatum canonizare: primò, ob
aritatem miraculorum, quæ fiunt in eccleſia nunc, ne ficta
ngantur: ſecundò, ob operis arduitatem: tertiò, propter fi-
ei firmitatem, vnde eſt expectanda frequens operatio mi-
aculorum, & diuulgatio famæ, opera miſericordiæ alicuius
ntequam canonizetur, vt fides Dei ſanctitate in córdibus
Chriſtiani populi firmetur, & roboretur, non tamen ille or-
o ſeruandus eſt in canonizatione Martyris, vt Cõfeſſoris,
am in Martyre cauſa martyrij finaliter eſt defenſio, & con-
:ſſio veritatis fidei Chriſtianæ, & eorum, quæ annectun-
ır fidei, tamen conſtare debet, ꝙ pro tali veritate mortuus
t: quo tamen ad modum examinandi, & procedendi, idem
rdo ſeruari debet: non poteſt tamen Papa canonizare ali-
uem ad ordinem Apoſtolorum, nam Apoſtoli ſpecialiter à
Chriſto fuerunt illuminati. 1. Cor. 2. ſecundò, *fuerunt ad
poſtolatum immediatè per Chriſtum vocati, & Apoſtoli di-
ti*. Matt. 4. tertiò, fuerunt in certis ſedibus per ipſum locati,
ibidem, & ſuper totum orbem iudices, & principes ordinati,
uæ aliis non fuerunt communicata, & hoc modo nullus in
orum numerum poteſt canonizari, nec officium, nec ſo-
:mnitas pro eis debita pro ipſis cantari. Quantum tamen
d ſanctitatis eorum meritum, poteſt aliquis eis comparari,
uò ad martyrij coronam: non debet tamen Papa omnes
anonizare, quos conſtat eſſe in vita æterna, quia cum ſit ca-
ut eccleſiæ. 1. Epheſ. 1. illos debet venerari pro ſanctis, quo-
um vita, & doctrina eccleſia fuit promota, & moribus, &

Digitized by Google

exemplis informata, dum viuerent; quod omnibus qui ſunt in beatitudine non conuenit, vt idem dicit quæſt.12. art. 1. *non debet etiam Papa canonizare Patres veteris teſtamenti, quia ſanctorum canonizatio requirit tempus plenitudinis gratiæ, quæ per Christum eſt facta.* Ioan.1. ergo, ſecũdò, quia licet eſſent ſancti, claritas tamẽ diuinæ viſionis eis fuit clauſa, vnde nõ debent pro ſanctis canonizari, vt ibi dicit art.2. non poteſt etiam aliquis pro ſancto venerari ſine Papæ authoritate, nam in dubiis Chriſtianæ religionis authoritas ſanctæ eccleſiæ eſt expectanda, vnde ſi eccleſia Romana dicit aliquem ſanctum eſſe in aliqua eccleſia, alibi eum venerari non licet, quod ſi non conſtat ſine peccato piè venerari poſſunt à fidelibus, vbi creditur probabiliter eſſe, vt ibi dicit art.3. probabile eſt etiam quòd in ſanctos relati ſint certò in vita æterna, vt ſupra eſt dictum, licet per certitudinem cauſæ id certo ſciri non poſſit, *cum nemo ſciat, vtrũ quis ſit dignus amore, vel odio.* Eccl. 9. *ob tamen aſſiſtentiam Spiritus ſancti in hoc negotio piè credendum eſt, & tenendum, eccleſiam non errare.* Non licet etiam corpora ſanctorum canonizata extrahere ex locis vbi ſunt ſine Papæ authoritate, ſine peccato. c. placuit. de conſecr. diſt. 1. primò, quia ibi committitur ſacrilegium, auferendo ſacrum de ſacro. c. ſi quis. 17. q. 3. & Papa etiam læditur, quia eius præceptum contemnitur, quia id prohibet in cap. corpora ſanctorum. de conſecr. diſt. 1. *non poſſunt etiam reliquiæ ſanctorum emi, vel vendi, ſiue Papæ authoritate.* c. audiuimus. de reliq. & vener. ſanct. nam ſimonia eſt emptio rei ſpiritualis, vel illi annexæ: ſed aliquid annectitur inſtrumentaliter rei ſpirituali, vt corpus animæ, vnde ſicut corpus non viuit ſine anima, ſic reliquiæ ſanctorum ſine re ſpirituali cui annectuntur nec vendi, nec emi poſſunt. d. c. audiuimus. & c. ſi quis. 1. q. 3. vt ibi dicit art.6. & de hac materia dixi latè tract. de cultu ſanct. & de ſim.

12 *Papa quid poſſit circa confeſſionem ſacramentalem.*

Circa confeſſionem peccatorum faciendam, poteſt Papa concedere, ꝙ Chriſtianus confiteatur ſemel in anno alteri, quàm proprio ſacerdoti, nam cũ Epiſcopus id poſſit in ſua diœceſi, c. inter cætera. de offic. ordin. multo magis Papa in toto orbe, qui cum ſit vniuerſalis paſtor eccleſiæ, qui confitetur illi, vel alteri de ſuo mandato, confitetur proprio ſacerdoti, cum nec curatus ſit proprius ſacerdos, niſi de mandato ſuo, nullus enim ſacerdos ſecularis, vel religioſus habet

iuriſ

Digitized by Google

iuriſdictionem ſuper aliquos niſi de iure poſitiuo Papę, quia poteſtas iuriſdictionis non fuit deriuata à Chriſto in Apoſtolos, niſi mediante Petro, nec in Epiſcopos, & presbyteros debet deriuari, niſi mediante Papa, licet ſecus ſit de poteſtate ordinis, vt dicit Anch.q. 65. art. 1. ſic Papa poteſt concedere, vt religioſi in qualibet parochia audiant confeſſiones, ſicut proprij ſacerdotes, nã poteſtate ordinaria, ſic ſunt ſoli ſacerdotes parochiales per Epiſcopos ordinati, ſed poteſtate diſpenſatoria, vel delegata, ſic ſunt religioſi per Papam priuilegiati, *nam & Apollo erat presbyter Corinthiorum.* 1. Cor. 4. & tamen Paulus in eorum eccleſia iuriſdictionem exercebat. 1. Cor. 5. & ad eos deſtinaui Timotheum, & alios; eſt etiam valdè neceſſarium dari religioſos idoneos in qualibet parochia coadiutores Epiſcoporum in prædicationibus faciendis, & confeſſionibus audiendis. d.c. inter cætera. præter ſacerdotes parochiales, primò, ob parochorum ſæpè ignorantiam, ſecundò, ob confitentium pluralitatem, tertiò, ob ſacerdotum familiaritatem, quæ quandoque parit erubeſcentiam, circa aliquos, quandoque contemptum, & quandoque rancorem; non poteſt tamen Papa facere quòd peccata ſemel confeſſa quis teneatur ex præcepto iterum confiteri, primò, ex parte ſacramenti, nam confeſſio eſt ſacramentum ſubiacens diuino mandato immediatè, nõ humano, vnde ſicut Papa non poſſet diſpenſare, quòd homo peccator non teneatur confiteri, ita non poteſt diſpenſare, quòd confeſſio eiuſdem peccati neceſſariò reiteretur: ex parte etiam confitẽtium non poteſt cogi aliquis per Papam ad illud, quod eſt conſilij, non præcepti, at confiteri vltra ſemel non eſt præcepti, ſed conſilij, ergo Papa ad id nõ compellit, niſi nouum adderet pręceptum, quo pluries in anno, id fiendum mãdaret, de qua tamẽ quæſtione latè habetur in tract. de Pœnit. non poteſt etiam Papa facere quòd confeſſio eorundem peccatorum habeat efficaciam vltra ſemel, loquẽdo de confeſſione completa, & ſacramẽtali, quia ſicut Papa non poteſt relaxare actum confeſſionis, nec effectum ſacramenti conferre ſine ſacramento, ſic non poteſt addere reiterationem ſuper actus ſacramentales confeſſionis, & effectus illius, ſi verò confeſſio ſit incompleta, & imperfecta neceſſariò fieri debet pluſquam ſemel eorundem peccatorum, vt ſi dubitat quis an aliqua peccata ſit confeſſus, vel ſi confeſsionem non integrãm fecit, aut confeſſus nõ habenti authoritatem,

tatem,& huiuſmodi,de quibus in d.tract.tunc enim confeſſio eſt iteranda:non negatur tamen quin peccata aliàs confeſſa poſſint iterum ſubjici confeſſioni ſacramentali, & ſuper illis abſolutio impendi, vt habetur in d. tract. poteſt etiam Papa concedere, vt quis differat confeſſionem vſque ad annũ ſine peccato. cap. *omnis vtriuſque ſexus*. de pœnit. & remiſſion.quia licet confeſſio ſit in præcepto,tamen quia eſt præceptum affirmatiuum obligat ſemper, ſed non ad ſemper,ſed ſecundùm locum,& tempus;quod ad Papã pertinet determinare,niſi immineat articulus mortis,vel ſuſcipiendi Euchariſtiam,& huiuſmodi,de quibus in d.tract. tũc enim tenetur pluſquam ſemel in anno confiteri, vt ibi habetur; optimum tamen eſt pluries confiteri, quia in ſacramento pœnitẽtiæ gratia confertur,quæ hominẽ reddit magis firmum ad reſiſtendum peccato, & in periculis ſuperuenientibus reddit ipſum magis ſecurum;ex quibus colligitur etiam quòd in foro pœnitentiæ, & conſcientiæ credendum eſt dicenti ſe eſſe cõfeſſum religioſo habenti authoritatem, niſi ſit in eo impedimentum, quò ad Euchariſtiã ſuſcipiendam, quod pertineat ad forum iudiciale, vt ſi ſcit eum eſſe excommunicatum,tunc enim non tenetur illi credere, niſi de abſolutione conſtet,ſi verò ſit in eo impedimentum pertinens ad forum pœnitentiæ, vt peccatum occultum, tenetur illi credere, & iniuſtè agit ſacerdos denegando illi Euchariſtiam, ex eo quòd eſt abſolutus ab eo qui abſoluere potuit, vel authoritate Papæ, vel authoritate Epiſcopi. Et hæc de ſecundo.

Papa quid poſſit circa ius canonicum, & vt in eo, & quib.caſibus diſpenſet.

13 Quò ad tertium,& primò,quò ad ius canonicum, *Papa non ligatur conſtitutione ſui prædeceſſoris, cum par in parem non habeat imperium.* c.propoſuit.de conceſſ. præb. & ideò legẽ ſui prædeceſſoris poteſt immutare,& tollere, ſic etiam non ſubjicitur ſtatutis Conciliorum:vt dicit D. Tho. 1.2.q. 96.art.6. quo ſcilicet ad vim coactiuam,quia illis cogi non poteſt,licet ſecus ſit quò advim directiuam,cum æquum ſit principem ſecundùm legem viuere, qui & poteſt diſpenſare circa ius humanum ab Apoſtolis traditum. Couar. in 4. decr.c. 6. §. 9. num. 6. cum communi; ſic etiam Papa non ſubjicitur ſtatutis ſanctorum Patrum in Conciliis vniuerſalibus factis,vt dicit D.Th.in tract.contra impug. relig. quo ſcilicet ad illa quæ ſancti Patres determinarunt de iure poſitiuo, ſecus ſi decreuerunt eſſe de iure diuino, quia ſic non

Digitized by Google

non poteſt illa immutare, vel tollere, & quod dicitur de ſtatutis Conciliorum, intelligi poteſt etiam de dictis ſanctorum Patrum, vt ſi omnes Patres aliquid definiant concorditer eſſe de fide, tunc enim probabile eſt, quòd Papa in illo diſpenſare non poteſt, vt dictum eſt ſuprà de author. ſanct. Patr. qui & à nemine iudicatur. c. cuncta per mundum. 1. 9. q. 3. *cùm non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerat in terris.* c. quanto. de tranſlat. præl. c. fundamenta. de elect. in 6. modo vt infrà, & vbi is manus apponit, ceſſat aliorum facultas. c. vt noſtrum. de appel. & leges mutari quandoque expedit, tum ex natura humana, ob quam leges conduntur, quæ ex imperfecto ad perfectum tendit, vt habetur 1. Phiſic. & 1. de anima, tum etiam ex noſtrarum actionum conditione, quæ & regionum diuerſitati, & temporum ſubiecta eſt, vnde & leges variari quandoque expedit, & ea ratione, in lege etiam humana diſpenſatio cadit, vt dicit Auguſt. libr. 1. de libero arbi. & etiam ob ſolutionem omnium negotiorum, & quæſtionum, cùm lex humana in communi poſita non poſſit comprehendere omnes cauſas ſingulares, & euenire poſſit, vt quod in communi congruens eſt, in perſona certa, & caſu deficiat, vt quia eius obſeruantia ſit obſtaculum meliori bono, & alicuius mali occaſio, & Papa abſolutè poteſt diſpẽſare in omni lege humana canonica, quò ad poteſtatẽ etiam ſine cauſa, vt habetur in tract. Matr. ſub cap. de diſpenſat. non tamen rationi conſentaneum eſt, vt lex mutetur ob quãcunque cauſam, niſi id neceſſarium ſit, quia cùm lex plurimum roboris accipiat ab vſu, qui ſæpè leges mutat, tollit illis vſum, & ſic robur, vt inquit D. Th. 1. 2. q. 97. art. 1. Vnde ſi non occurrit rationi cauſa conſentanea peccaret Papa pro ſuo libito in lege diſpenſando, vt latè probat Sotus de iuſt. & iur. lib. 1. q. 7. art. 1. & 3. not. Abb. in cap. per venerabilem. qui filij ſint leg. in c. cùm ad monaſteriũ. de ſtatu monach. in c. 1. de conſt. in c. propoſuit. de cõceſſ. præb. & ibi alij Doctores, nec etiã Papa poteſt ſine peccato diſpenſare contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, & contra ſtatuta Concilij ſi ſtatuendo contrariũ, quia decoloraretur ſtatus eccleſiæ, vt dicit Abb. in c. ſignificaſti. 3. col. de elect. & non pręſumitur in Papa cauſa rationabilis ſi vult venire contra ſtatũ vniuerſalem eccleſiæ, ſed oportet quòd cauſa ſit aliis nota. ***Et quãdo Papa vellet fortè, quod non eſt credibile, attentare aliquid contra ſtatum bonũ vniuerſalem eccleſia ſine cauſa rationabili,***

eccleſia poteſt, & debet ei reſiſtere, dicit Abb. in c. quanto. extra de conſuet.

Quò ad ius ciuile, nõ poteſt Papa, vt Papa ordinariè condere legem ciuilem, vel cõfirmare, aut infirmare leges Principum, cùm non ſit actu Princeps vniuerſalis politicus, poteſt tamen omnia illa facere, ſi aliqua lex ciuilis ſit neceſſaria ad ſalutem animarum, & tamẽ Reges nollent eam condere, vel ſi alia ſit noxia animarum ſaluti, & tamen Reges non velint eam abrogare, vnde optima eſt regula Gloſſæ in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. quòd quando de eadem re contrariæ inueniuntur leges Imperatorię, & Pontificiæ, ſi materia legis eſt lex animarum periculum concernens, abrogatur lex Imperatoria per Pontificiam, veluti lex ciuilis, quæ permittit præſcriptionẽ cum mala fide, abrogata in c. fin. de pręſcript. quia lex illa non poterat ſeruari ſine peccato mortali, & ſic poteſt tollere ius ciuile in cõcernentibus animam, vel peccatũ. c. nouit. extra de iud. not. Bart. in l. priuilegium. C. de ſacr ſan. eccl. Abb. in d. c. fin. de præſcript. qui verò ſint caſus, quibus lex ciuilis per canonicam abrogatur, habetur ſup. in tract. de Lege.

Lex Papalis Imperatoriã corrigere poteſt.

Quò ad caſus verò Papę reſeruatos, quos ipſe ſolus poteſt expedire, nec in alium tranſeunt etiam generali mandato, ſed requiritur ſpeciale mandatum ipſius. c. huic ſedi. diſt. 17. c. licet. de tranſl. ita vt nec dicatur diſpenſare, licèt diſſimulet, niſi & ſcribat quod diſſimulat, non autem cum tantum conniuet. Couar. in 4. decret. c. 6. §. 9. nu. 12. cum communi. & §. 10. nu. 15. vt & eius diſpenſatio ſtrictè eſt interpretanda. Soc. Iun. conſ. 48. nu. 27. volum. 4. Dec. conſ. 476. cum communi. Primus eſt quæſtio fidei, vel ſacramentorũ, cuius determinatio ad Papam ſpectat. c. quoties. 24. q. 1. Secundus, tranſlatio Epiſcopi electi, & cõfirmati. c. inter corporalia. de tranſl. c. 3. de offic. leg. & idem eſt de tranſlatione Abbatum exemptorum. Tertius, eſt depoſitio Epiſcoporum. c. quamuis. & c. dudum. 3. q. 6. & idem de Abbate exempto. Quartus, acceptio renunciationis Epiſcoporum, vel electorum confirmatorum, vel Abbatum, qui immediatè ſubſunt ſedi Apoſtolicæ. c. denique. 6. q. 3. d. c. inter corporalia. & cap. licet. de regul. Quintus, exemptio Epiſcoporum, quòd non ſubſint Archiepiſcopis. c. frater. 16. q. 1. & idem de quibuſcunque religioſis, vel clericis, quòd non ſubſint iuriſdictioni diœceſani. Sextus, reſtitutio depoſitorũ ab ordine. c. ideò. 1. & 2. 2. q. 6. quod

Caſus Papæ reſeruati ab eo ſolo diſpõſandi qui ſint.

Digitized by Google

q.6.quod intelligitur de depoſito actualiter, id eſt degradato,nam ſi verbaliter tantum ſit depoſitus, Epiſcopus poteſt reſtituere.vt notatur in cap.at ſi clerici.de iud. Septimus,iudicialis interpretatio ſuorum priuilegiorum. c. cùm veniſſent.extra de iud. & idem ſi dubitetur de reſcripto apoſtolico.c.2.de offic.leg.vel tractetur de interpretatione ſtatuti facti per legatum, cuius iuriſdictio finita eſt, nec alius ei ſucceſſit, & idem de diſpenſatione in caſibus, qui per eadem ſtatuta Papæ reſeruantur. Octauus, mutatio ſedis Epiſcopalis.c.temporis. 7.q. 1. vel mutatio conuentuum mendicantium. Nonus, conſtitutio alicubi de nouo circa ſedem Epiſcopalem.c.temporis. cum ibi not. 7. q. 1. & inſtituere nouam religionem,vel aſſumere de nouo conuentus ab ordinibus mendicantibus. Decimus, ſubjicere vnum Epiſcopatum alteri, vel vnum Epiſcopatum diuidere in duos, vel duos in vnum vnire.c.tẽporis.7.q.1.c. quod tranſlationem. de offic. leg. & idem de eccleſiis, vel monaſteriis exemptis. Vndecimus, commutatio voti Ieroſolymitani. c. de multa. extra de voto. & idem de voto ad ſanctum Iacobum, vel ad limina Apoſtolorum Petri,& Pauli. Duodecimus de voto perpetuo continentiæ, etiam ſimplici, & magis in voto religionis,& eo maximè ſi ſit ſolemnizatum per ſuſceptionem ſacri ordinis,vel per profeſſionẽ emiſſam in religione approbata, quibus tamen duobus vltimis caſibus, non niſi ex grauiſſima cauſa Papa diſpenſat, vt notatur in c. cùm ad monaſterium de ſtatu monach. Tertius decimus,quòd aliquis veniat contra iuramentum licitum.c.veniẽtes.de iuretur.vel dubium.c.venerabilẽ.de elect.quod tamẽ facere non debet ſine cauſa, & in arduis tantum ſibi reſeruatur, aliàs Epiſcopus diſpenſare poteſt ex cauſa. Decimus quartus, diſpenſatio in aliquibus irregularitatibus, vt in criminibus maioribus adulterio,de quibus eſt confeſſus, vel conuictus in iudicio quis.c. at ſi clerici.de iud. vel ſi quis ſcienter permiſit ſe bis baptizari.c.eos.de conſecr. diſt.4. & cap. qui bis eodem. & idem ſi ignoranter, & ſciens ratum habuit, & idem de reconfirmato.c.dictum.de conſecr.diſt.5 vel ſi quis bis recipit eundem ordinem. c. ſaluberrimum. 1. q. 7.vel ſi quis ſe fecit ordinari ad hæreticis, ad ſubuerſionem fidei.c. conuenientibus.1.q.7.& ſimiliter in ſuſpenſione cõtracta ex ordinatione ſimoniaca ex parte ordinatoris,& ordinati.c.ab excommunicatis. 9. q. 1. c. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 1.vel in

reten

Digitized by Google

retẽtione beneficij ſimoniacè obtenti, de quo latius in tract. de ſimonia; vel in bigamo, vt poſſit ordinari. c.nuper.c.fin. de bigam. vel in non ordinato miniſtrante in ordine ſacro, quem non habet, is enim ſine Papæ diſpenſatione non poteſt ad ſuperiorem ordinem promoueri, licèt certo modo in ſuſcepto poſſit per Epiſcopum tolerari. c.1.2. & 3. de clerico non ordinato, vel in corpore vitiatis, ſi vitium impediat executionem ordinis, vel notabilis ſit deformitas, extra, de corpore vitiatis, per totum, vel in homicidio, aut mutilatione alicuius membri voluntariè factis, etiam ſine peccato, vt ex iuſtitia iudicis.c.miror 50. diſt.& idem de dãtibus ad id conſilium, vel fauorem propinquum. c. ſi quis viduam. 50.diſt. vel in excommunicato maiori excõmunicatione recipiente ordines.c.cùm illorum.de ſent.excom.vel in apoſtata à religione recipiente ordines.c.fin.de apoſt. vel in excommunicato maiori excommunicatione, ſuſpenſo, vel interdicto miniſtrante in aliquo ordine ſacro; ſi crimen eſt publicum, nam ſi ſit occultum Epiſcopus tũc diſpenſare poteſt.c.liceat. ſeſſ.24.in Trid.Conc.vel ſi ſit illegitimè natus, quò ad ſuſceptionem ordinum maiorum, vel beneficij curati, & dignitatis.cap.his qui.de filiis presbyterorum.in 6.quæ tamen irregularitas tollitur per ingreſſum religionis, quò ad omnes ordines. 56.diſt. per totum. non tamen quò ad prælaturam. Decimus quintus, quòd vnus habeat duo beneficia curata, niſi ſint vnita.c.de multa.de præb.vel quòd vni eccleſię duo pariter præſint.c.in apibus.7.q.1. Decimus ſextus, quòd non habens trigeſimum annum completum obtineat Epiſcopatum.c.cùm in cunctis.de elect. vel eccleſias parochiales, aut dignitates curatas ante vigeſimum quintum. d. c.§.inferiora.c.licet canon. de elect.in 6. circa dignitates verò non curatas ante vigeſimum annum Papa diſpenſat. Decimus ſeptimus, in ætate ordinandorum ſolus Papa diſpenſat, vt dictum eſt ſub c.de elect. & eo magis ſi miniſtrauerit in ordine ex conſtitutione Pij II. incip. Cùm ex ſacrorum. Decimus octauus, celebratio Cõcilij generalis.15.diſt.per totum, & conditio Canonis generalis. §. ſi ergo. 25.q.1. Decimus nonus, quòd ſolus Papa poteſt perſonam eccleſiaſticam iure ſuo priuare.c.per principalem.9.q.3. c.in memoriam. 19. diſt.c.cùm ſit graue.de exceſſibus præl.quod intelligitur ſine cauſa, vt etiam poteſt tollere aliquid vni eccleſiæ, & dare alteri, vt not. Abb. in c. duo. de offic. ordin.& in c.nobis.de

decim.

Digitized by Google

lecim. in cap. cum ſit graue. de exceſſibus præl. nam ex cauſa poteſt Epiſcopus aliquem priuare iure ſuo, in dubio tamen non præſumitur Papa velle derogare iuri tertij niſi concurrentibus his de quibus per Abb. in conſ. 99. in 8. col. & ſolus poteſt præbendam, vel eccleſiam non vacantem concedere. cap. nulli. de conceſſ. præb. cap. cum te. de reſcript. quod non poteſt legatus, & in quibuſcunque perſonatibus debet quis per electionem aſſumi. cap. de liberatione. de offic. leg. in 6 Vigeſimus, quòd ſolus excommunicatum à ſe nominatim poteſt abſoluere. cap. venerabilem. de elect. & idem de participante cum eo in crimine, vel etiam ſi eum admittit ad diuina quando is fuit excommunicatus nomine proprio, & iudicialiter à Papa, & quòd ſit clericus, nam eo caſu ſciens eum eſſe excommunicatum nullo metu cum eo communicans in diuinis eandem excommunicationem incurrit, vt dicit Couar. in cap. alma. 1. p. §. 2. & 3. de ſentent. excom. in 6. Vigeſimus primus, quia ſolus abſoluit excommunicatum à ſuo legato, qui nolebat obedire ſuæ ſententiæ diffinitiuæ ſi ſteterit in excommunicatione per annum. c. quærenti. de offic. leg. & idem in excommunicato à legato, vel delegato cuius iuriſdictio expirauit, nec alter ei in officio ſucceſſit. d. cap. quærenti & cap. paſtoralis. de offic. ordin. Vigeſimus ſecundus, quia ſolus cognoſcit in cauſis appellatione remota. cap. cuncta. 9. quæſt. 3. & cap. aliorum. eodem; & idem de cauſis per appellationem, vel relationem ad ipſum delatis. cap. licet. de offic. leg. & ad ipſum appellatur omiſſis mediis. cap. 2. & ſeq. 1. quæſt. 6. quod etiã legatus, videtur poſſe facere. Vigeſimus tertius, quia ſolus ordinat illum ad Diaconatum, & presbyteratum, quem ordinauit ad ſubdiaconatum, & ſolus poteſt conferre ſubdiaconatum, diebus Dominicis, & feſtis præcipuis. cap. cum in his tribuendis. de temp. ordin. & cap. 1. eodem. & cap. eo. eod. Vigeſimus quartus, quòd ſolus ſemper, & vbique pallió vtitur ad denotandum plenitudinem ſuę poteſtatis. cap. ad honorem. de vſu pal. & pallium aliis cõcedit. Vigeſimus quintus, quòd ſolus diſpenſat cum eo, qui non eſt in ſacris vel aliàs eſt indignus de iure promoueri in Epiſcopum. cap. dudum. §. fin. de elect. Vigeſimus ſextus, quia ſolus Imperatorem electum confirmat, vel caſſat, vel etiam Imperatorem deponit. cap. venerabilem. de elect. cap. ad apoſtolicam. de re iudic. in 6. & quando Princeps ſecularis fuerit inutilis circa Regni guberna

bernationem,& iuſtitiam, per eum deponi poteſt. c. ſi quis deinceps.1.q.4.c.nullus. 11. q. 1.c.præceptum. 32.q.5.c.alius. 15.q.6.cap.Adrianus.63. diſt. quibus iuribus ponuntur etiam exempla,vbi Papa Imperatores depoſuit, modo vt ibi not. Vigeſimus ſeptimus, quia ſolus abſoluit à ſententia excommunicationis,ſuſpenſionis,vel interdicti, Papæ reſeruatis in iure,de quibus tract. de excom. niſi excommunicatio fuerit occulta, quia Epiſcopus abſoluere poteſt,c.liceat.ſeſſ.24.in Trid.Conc.vt dixi in tr. excom. vbi & alios caſus,quibus id Epiſcopus poteſt,retuli modo ibi expreſſo.Vigeſimus octauus,quia electionem nondum factam pronunciat nullam ſi fiat.c.innotuit.de elect. Vigeſimus nonus, quia ſolus poteſt ſanctos canonizare.cap.1.de reliq.& dictum eſt ſupr. Trigeſimus,quia ſolus diſpenſat,vt quis habeat plures dignitates, vel perſonatus, etiam curatas, & in eadem eccleſia. cap. de multa.de præb.c.1.de conſuet.in 6.Trigeſimus primus, quia quòd valet facit non valere,& èconuerſo,quò ad ius poſitiuum,non diuinum.c.tanta.de conceſſ. præl. Trigeſimus ſecundus,quia poteſt monachum contra eius voluntatem,vel Abbatis extrahere de monaſterio,& alicui prælato,vel Principi in ſocium conſignare,aut ſecum tenere. c.fi.9.q.3.c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Trigeſimus tertius, quia ſententia eius facit ius.c.in cauſis.de ſent.& re iud.Trigeſimus quartus,quia ea die ordinat qua cõſecratur.c.quod ſicut.§.præterea de elect. Trigeſimus quintus, quia diſpenſat in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis prohibitis,quò ad matrimonium contrahendum.c.literas.de reſtit. ſpol.c.non debet. de conſang. non tamen in prohibitis iure naturali, vt dixi tr.de ſacram. Matr. Trigeſimus ſextus, quia poteſt tollere leges ciuiles, quò ad vtrumque forum,in his,in quibus animę periculum vertitur,vt in materia præſcriptionis ſine bona fide, vſurarum,& huiuſmodi.c.fin.de præſcript.c.nouit.de iudic.c.pen. de ſecundis nupt.c.fi. de foro compet.in 6.vbi verò tale periculum non vertitur,non poteſt eas tollere in locis vbi non habet iuriſdictionem temporalem quò ad forum ciuile, cum vtræque ſint ſeruandæ in foro ſuo,vt dixi tract.de author.iur.cano.& ciuilis.c.duo. c. cum ad verum.96.diſtinct. ſaltem de honeſtate. Trigeſimus ſeptimus, qua concedere poteſt indulgentias generales in certis locis, & perſonis, & eas extendere etiam ad exiſtentes in purgatorio, vt habetur in tract.de Indulg. Trigeſimus octauus, quia poteſt legitimare

Digitized by Google

mare quaſcunque perſonas,quò ad ſpiritualia vbique, quò ad temporalia verò,vt honores,dignitates,& ſucceſſiones in terris eccleſiæ, in aliis autem locis de aſſenſu dominorum ipſorum, vt dicit Butr. Abb. & alij in cap.per venerabilem. qui fil.ſint leg.& habetur in ſacram.Ordin.ſub cap.qui poſſint ordinari, vel non idque ſaltem de honeſtate. Trigeſimus nonus, quia ſolus poteſt inſtituere nouas religiones,& earum regulas approbare,& reprobare,& diſpenſare,& cœremonias earum immutare. Quadrageſimus,quia poteſt in omnibus eccleſiæ præceptis diſpenſare, licet ſine cauſa rationabili id facere non debeat. Quadrageſimus primus, quia hominem poteſt abſoluere ab obligatione,qua homini tenetur ſecundùm plenitudinem poteſtatis. cap.per principalem. 9. q. 3.quod intelligerem dummodo ipſi in aliquo non ſit debitor. Quadrageſimus ſecundus, quia de nullo crimine condemnari, vel accuſari poteſt,niſi hæreſis. cap.ſi Papa 40 diſtin. idque ſi eſſet incorrigibilis,quia ſi errorem vellet deponere,priuari non poſſet,vt ibi dicit Gloſſ. Quadrageſimus tertius, quia ſolutus eſt à legibus, quo ad vim coactiuam,vt dictum eſt ſupra, & nullam cenſuram incurrere poteſt,licet culpam ſic. Quadrageſimus quartus,quia poteſt ſimplici ſacerdoti committere,vt conferat ſacramentum Confirmationis,& minores ordines,& conſecrationem eccleſiarum, ac virginum, non autem ordines maiores, vt notatur in c.quanto.de conſuet. §.verum. 32. diſt. & poteſt etiam laico authoritatem conferre iudicandi in ſpiritualibus,& excommunicandi.d.§.verum.& diſpenſare in matrimonio contracto per verba de præſenti non conſummato per ingreſſum religionis,alias non, ſecundùm Theologos, vt dicit D.Anton.3.p.tit.22.cap.7. Quadrageſimus quintus, ſolus diſpenſat cum non ordinato miniſtrante cum ſolemni apparatu.c.1.de cler. non ordinato, ſecus ſi ſine ſolemnitate,vel vbi eſt conſuetudo, vt non ſubdiaconus ſine manipulo cantet Epiſtolam, hic enim nullam incurrit cenſuram, vt dixi in tract.Irregul.& tradit.D.Tho.4.diſt.24.& Nauar. cap.27.num.242.verſ.7.cum tali tamen non ordinato miniſtrante Epiſcopus diſpenſat in ordine ſuſcepto, non autem vt aſcendat ad maiores, & etiam circa beneficium, vt dicit Innoc.in d.cap.1.Quadrageſimus ſextus,in clerico promoto per ſaltum ſi ſcienter miniſtrauit in ordine non ſuſcepto, quò ad illius ſuſceptionem, & ſuperiorum, nam in vſu

ſuſce

ſuſcepti,& beneficio poteſt Epiſcopus diſpenſare,omiſſo tamen prius ſuſcepto,ſi crimen ſit occultum. c. vnico.de cler. per ſaltum promoto. Quadrageſimus ſeptimus, in eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit, vt ſibi ſit prohibitum ſub anathemate,ne ſuſciperet, quia poſt ſatisfactionem Epiſcopus diſpenſat,vt miniſtret in ordine non furtiuè ſuſcepto,& etiam in ſuſcipiendis ſi ingreditur religionem poſtquam ibi aliquandiu laudabiliter vixerit, ſed ſi non fuit ſic prohibitus, diſpenſat cum eo Epiſcopus poſt ſatisfactionem, etiam eo manente in ſeculo,& etiã in ſuſcipiendis.d. cap.1. de eo qui furtiuè,& generaliter in prædictis ſi crimen ſit occultum,ex d.c.liceat.ſeſſ.24.in Trid.Conc.Quadrageſimus octauus,cũ ordinato extra tempora ante ætatem legitimã,vel ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſoriis proprij,ſi ante abſolutionem à ſuſpenſione miniſtret, ex dicta conſtitutione Pij II. ſi tamen crimen ſit occultum cum eo Epiſcopus diſpẽſat, quò ad ordines ſuſceptos.d.cap.liceat.& cap.conſultationi de tempor. ordin. Quadrageſimus nonus,in excommunicato ordines ſuſcipiente cap.cum illorum de ſent.excom.& idem in apoſtata à religione.c.ſi.de apoſt.quò ad ordines ſacros,nã quò ad ordines minores Epiſcopus diſpenſat,niſi dimiſerit habitum,& fuerit excommunicatus, quia cum eo ſolus Papa diſpẽſat.Quinquageſimus, ſolus abſoluit hæreticos reuertentes.c.quotiens.24.q.1.Quinquageſimus primus,Concilium generale ſolus conuocat,vt dictum eſt ſupra tract. de Rom. Pont. & de Conc. Quinquageſimus ſecundus,ſolus indulgẽtias plenarias dare poteſt,vt not.in c.cum ex eo de priuil. Quinquageſimus tertius,ſolus canones generales condit,& mutat ſtatuta præceſſorum.cap.ideò.§.ſi ergo.25. q.1.Quinquageſimus quartus,ſolus cum Epiſcopis,& aliis Prælatis in quocunque crimine diſpenſat, maximè ſi ſedi Apoſtolicæ immediatè ſunt ſubiecti, & eorum reſignationes admittit, ac electiones Epiſcoporum perperam factas ſanat. cap. quamuis.3.quæſt.6.cap.inter corporalia.cap.licet.de regul. Quinquageſimus quintus, ſolus abſoluit quos Concilium damnauit.9.quæſt.3.per totum. & vno verbo poteſt quemlibet à quocunque crimine abſoluere, vt dicit Spec. tit. de accuſ.§.2.& ſe etiam,ac ab ombi voto,& iuramento, vt dicit Fel. in cap. 2. de ſponſ. committendo vices ſuas alteri in his caſibus ſuper ſeipſum. Pariſ. de reſ.ben. lib.3.quæſt. 18. ad fin.licet teneatur confiteri propria ſua peccata, cum opus

fuerit,

Digitized by Google

fuerit,& eo caſu ſubjiciatur ſuo confeſſori, vt dicit Abb.in c. omnis vtriuſque de pœnit.& remiſſ. Quinquageſimus ſextus, poteſt ſolus concedere, vt ſimplex ſacerdos pollutum cœmiterium,vel eccleſiam reconciliet,aquá tamen prius ab Epiſcopo benedicta. cap. aqua.de conſecr.eccl.& quòd corrupta poſſit fieri abbatiſſa, vt dicit Card. & Imo.in clem.attendentes de ſtatu monach. Quinquageſimus ſeptimus, ſolus poteſt dare facultatem regulari, vt egrediatur clauſtra abſolutè,ad ſeruiendum Prælato,vel Principi,vt ſupra.c.qui reſiſtit.9.q.3. & quòd nouitius eligatur abbas. cap. officij.de elect.& quòd ſimplex ſacerdos ſacramentum cõfirmationis conferat,vt ſupra,vt dicit Couar.lib.1.c.10.var.reſol.& quòd laicus excommunicet,& omnes ſolus ſine literis dimiſſoriis ex toto orbe ordinat,& beneficia cõfert.c.cuncta.c.per principalem. 9. q. 3. Quinquageſimus octauus, ſolus priuilegia perſonis eccleſiaſticis poteſt adimere etiam ſi quis percutiatur ſine excommunicatione,vt dicit Card. in clem. perpendimus. de ſent. excom. & etiam ſolus dat coadiutores Epiſcopis cum futura ſucceſſione. ex Conc.Trid. ſeſſ. 25.c.7.de reform.Nec ſine eo aliquid nouum in miraculis,& in eccleſia inuſitatum introduci debet, ex eodem Conc. ſeſſ. 25. de inuocat.ſanct. in fin. & ſolus etiam penſiones ſuper beneficiis imponit,vt dixit loco ſuo.

Quò ad quartum dicendum eſt Papam habere ſummam, & ſupremã poteſtatem ad eccleſiam regendam:ita quòd eius poteſtatis plenitudo nullius iuris poſitiui ſubiecta ſit regulis: vt dicit Bald.in l.2.q.43.C.de ſeruitut.& aqua. Abb. in cap. vnico. vt eccleſiaſtica beneficia, text.in clem.1. in fin.vt lite pendente in cap.propoſuit.de conceſſ.præb.in tantum quòd contra ſupremam eius poteſtatem non currit præſcriptio, vt dicit Innoc.in c.bonæ.2.de poſtulat prælat. Abb. in c.ex geſtis. de cler. non reſid. nam & eius poteſtas excedit Angeli poteſtatem in iuriſdictione;nam triplex eſt regimen,Morale,Paternale, & Politicum, primum reſpicit curam cuiuſque hominis per virtutum regulationem : ſecundum, regimen domus,& familiæ : tertium,regimen prouinciarũ,& regnorum;primum commiſſum eſt Angelis per cuſtodiam cuiuſque:ſecundum,Archangelis, quorum eſt ciuitates dirigere, & gubernare:tertium,cõuenit principibus,quorum eſt prouincias & regni diſponere, & nullus Angelus præponitur curæ totius orbis,vt Papa, *maior eſt etiam in ſacramentorum*

15 *Papa quid poſſit circa regimen eccleſiæ, & ad quæ ſe extẽdat eius poteſtas, & quod maior eſt Angelorũ poteſtate in iuriſdictione.*

Digitized by Google

adminiſtratione, cum non adminiſtrentur per Angelum, licet id fieri poſſet mandato Dei; *eſt etiam maior Angelo in dominatione aliquo modo,* licet enim natura ſit ſuperior Angelus, miniſterio tamen Papa eſt maior, quia poſſet Papa Angelum malum excommunicare diuina virtute, & etiam aliquo modo in cognitione, quia Angeli habuerũt aliquam cognitionem de miſterio Incarnationis Chriſti,& prædicationum Apoſtolorum,quorum caput fuit Petrus,cuius Papa eſt ſucceſſor, & eccleſiæ proponit quomodo credibilia ſint credenda,vt ſupra eſt dictum,& etiam aliquo modo in præmio, quò ad aliquos Angelos, nam aliqui fortè aſcendunt ad ſupremam Hierarchiam Angelorum, & credibile ita eſt de Apoſtolis, quorum caput fuit Petrus, vt dicit Anch.q.18. art.1.2.3.4.& 5.vnde eſt etiam in perfectiori ſtatu quam aliquis Epiſcoporum, quia eſt tanquam perficiens Epiſcopos, & omnes oues Chriſti, & eius ſtatus requirit maiorem charitatem intenſiuè, & permanſiuè, *& eſt etiam in perfectiori ſtatu quam aliquis religioſus, cum illi in perſona Petri commiſſæ ſint oues, vt eas paſcat*, Ioan.vlt. nec diminuitur eius perfectio, licet ipſe in perſona ſua fortè ſit imperfectus,quia non diminuitur perfectio ſucceſſionis quam ipſe tenet, nec etiam diminuitur de eius perfectione ob diuitias, quas poſſidet,& huiuſmodi,cum illud poſſidere licitè poſſit,ob reuerentiam ſacerdotij, & honorem Chriſti, & vt ſubditi facilius ei obediant, & reprimat malorum malitiam,nec etiam adminiſtratio temporalium diminuit de eius perfectionis ſtatu, ſi ea adminiſtrat pro ſalute proximorũ, nec etiam determinatio cauſarũ, cum id faciat ad iuſtitiam manutenendam,nec etiam habere dominium,& vſum rerum,dummodo illis bene vtatur, nec nimium amorem in illis ponat, vt dicit Anch.q.101.art.1. cum ſequentib.vnde & ipſe eſt ſponſus eccleſiæ totius ſolus, quia ſibi ſoli Chriſtus deſponſauit eccleſiam.Eph. 5.cuius ſolus Papa eſt Vicarius,vt idem dicit q.19.artic.1. *& etiam eſt caput totius eccleſiæ*, cum habeat eminentiam ſuper omnes, & influat in omnes poteſtatem, & habeat alios, vt membra perficere, vt ibi dicit art.2. qua ratione Papæ ſummus honor exhiberi debet, non tamen tantus, vt debetur Chriſto, vt Deo, cum ſic honoretur vno honore cũ Patre,& Filio, & Spiritu ſancto; nec tãtus etiam, vt debetur Chriſto ſecũdùm quòd homo,cum is honor debeatur perſonæ, & ſic ſuppoſito quod eſt diuinum, debetur tamen

Digitized by Google

tamen ſibi honor, qui debetur ſanctis, ratione ſanctitatis, & doctrinæ veritatis ob poteſtatem ſibi tributam à Deo, vt habetur Lucæ 10. vt dicit Anch. q. 9. art. 1. 2. & 3. & hic honor debetur Papæ etiam fortè apertè malo, vt dicit Glo. 1. Pet. 3. Papæ enim honor exhibetur, vel in teſtimoniũ virtutis ſuæ, vel gratia Chriſti, cuius eſt Vicarius. 1. ad Cor. 5. vnde dum eſt eius Vicarius, ſaltem ob virtutem Chriſti, cuius eſt Vicarius, eſt honore afficiendus, vt ibi dicit art. vlt. qua ratione, Chriſtiani omnes tenentur Papæ obedire, dummodo non præcipiat aliquid quod ſit cõtra Deũ, vt fornicari, furari, &c. Act. 4. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. c. vnam ſanctã. de maior. & obed. Hoſtien. in cap. ſignificauit. de offi. ord. & ibi Abb. Innoc. in c. inquiſitionis. de ſent. excom. principalius tamen obedientiæ Papæ ſubjiciuntur magis clerici, quàm laici, vnde magis eſt obediendum à laicis Chriſtianis Papæ, quàm Regi, cum ſit obediendum magis domino vniuerſorum, quàm particulari, cuius Papa eſt Vicarius, & habetur Rom. 13. & in d. c. qui reſiſtit. vnde ſi Papa aliquod mandet, & Imperator contrarium, Papæ eſt magis obediendum, dictis iuribus, remota verò hac contrarietate, cum omnis poteſtas ſit à Deo. Rom. 13. curare debet Papa, vt ſubditi obediant Principibus ſuis, vt dicit Anch. q. 22. art. 1. 2. & 3. ſerui etiam Chriſtianorum, quò ad religionis Chriſtianæ conſeruationem tenentur magis obedire Papæ, quàm proprio domino, ſed quò ad corporis adminiſtrationem, magis tenentur domino, vt ibi dicit art. 4. nec Papa ſeruum alicuius eximit à domini ſeruitute, vt ibi dicit artic. 5. niſi certis caſibus, de quibus alibi in ſacram. Matrim. & poteſt etiam Chriſtianos liberos iuſtè ad ſeruitutes damnare, vt ibi dicit art. 6. ſi rebelles ſunt, vt ibi dicit artic. 6. nec etiam Papa eximit Chriſtianos exiſtentes ſub dominio infidelium ab eorum dominio, vt ibi dicit art. 7. modo, vt tractat. de Infidelitate dixi.

Ex qua quidem ſuprema Papæ poteſtate plura colliguntur: primò, *eius poteſtatem ſe extendere etiam ad inferos per largitionem indulgentiæ, quò ad eos, qui ſunt in Purgatorio,* vt habetur infra cap. de Indulg. vt docet Anchon. q. 32. per totum. quæ tamen communicatio indulgentiæ non communicatur pueris nõ baptizatis, cum indulgentia non communicetur niſi habenti gratiam, ſed pueri tales non habuerunt gratiã perſonalem, cum non habuerint vſum liberi arbitrij, nec gratiam ſacramẽtalem cum caruerint baptiſmo, 16

Papa quid poſſit circa eos qui in Purgatorio exiſtunt.

Digitized by Google

ergo, vt nec etiam illis dabatur, qui in lege veteri nō fuerant circunciſi, quia indulgentia non communicatur ei, qui non eſt in populo Dei, ſed incircunciſi non erant tales. Geneſ. 12. ergo, prætereа indulgentia non communicatur niſi ei qui eſt in gratia, ſed circunciſio gratiam afferebat ex Dei pactione, ex opere ſcilicet operantis, & non ex opere operato, quia ſacramenta tantum nouæ legis conferunt gratiam ex eorum virtute, qua peccatum originale remittebatur, non poteſt etiam Papa per indulgentiam limbum puerorum expoliare, quia locus ille remanebit intactus æternaliter, vt dicit Auguſt. 12. ſuper Geneſi; & etiam pueri non baptizati; & non circunciſi ibi remanebunt, cum caruerinnt gratia, vt ſupra eſt dictum, vt dicit Anch. q. 33. art. 1. 2. 3. & 4. *non poteſt etiam Papa communicare indulgentias illis qui ſunt in inferno, poteſt tamen præcipere, vt homo teneatur magis eligere damnari ad infernum, quàm peccare mortaliter.* Et poteſt etiam iuſtè aliquos ad pœnam inferni cōdemnare, quia licet ipſe non poſſit tradere animam inferno; facit tamen vt Deus illam illûc tradat ex eo quòd non obedit iuſtis ſuis mandatis; & poteſt etiam Papa facere per communicationem indulgentiæ, quòd damnati non gaudeant de pœnis inimicorum ſuorum, cum ſic per communicationem ſuffragiorum, & indulgentiæ multi retrahantur à malo, vt non damnentur, & ſic poteſt impedire gaudium damnatorum, ſicut poteſt impedire damnationē peccatorum per modum exhortantis, & ſacramenta exhibentis, de quorum ſocietate damnati gaudent, vt dicit idem Anch. q. 34. art. 1. 2. 3. & 4. eo modo quo in eis gaudium cadere poteſt, quatenus ſcilicet dæmones ob eorum malitiam cupiunt alios damnati.

17 *Papa quid poſſit circa Paganos.*

II. Poteſtas Papæ aliquo modo ſe extendit ad Paganos, & Infideles, cum ſint ſerui Chriſti, qui habet iuriſdictionem in omnes. Non poteſt tamen ab eis auferre Dominia, ſi qua iuſtè tenent, cum per infidelitatem non amittat quis dominium rerum ſuarū, quod habet iure humano, vel iure gentium, ne eccleſia puniat infidelitatem in his, qui nunquam fidem ſuſceperunt, vt dicit D. Thom. 2. 2. q. 12. Card. à Turr. Cre. in cap. diſpar. 23. quæſt. 8. quod intelligitur niſi adſit iuſta cauſa, ſicut ex eadem poteſt eis bellum indicere, vt quia detineant prouincias, quæ olim ad Chriſtianorum Principum iuriſdictionem pertinebant, vel peccent contra legem naturæ in manifeſtis, vel Chriſtianos perſequātur, & offendant,

Digitized by Google

offendant, vel impediãt Euangelij promulgationem in eorum prouinciis,& ſic infidelium conuerſionem , vel fideles ad infidelitatem pertrahunt, vel ſint ſubditi Chriſtianorum Principum,vt dixi in tract.de Rom. Pont. de eius poteſtate temporali.2.dicto,& ſupra cap.de Infidelit.non poteſt etiam eos cogere ad relinquendum ſuos ritus , etiam quò ad matrimonia,vel ad recipiendum & ſeruãdos noſtros : ſicut nec ad fidem, ſi tamen ſint ſubditi Principis Chriſtiani tenentur viuere ſecundùm eius legem politicam , arg. c. contra morem.diſt.8.& Papa etiam poteſt eos punire , ſi quid faciant in ſua ſuperſtitione, quod vergat in irreuerentiam fidei noſtræ.clem.vnica.de Iudæis,& Saracenis,& etiam poteſt prohibere Chriſtianis ne cum illis verſentur, ſi inde periculum fidei,vel moribus immineat,vt dicit D.Ant.tit.22.3.p.c.5.§.9.Anch.q.23.per totum.

III. *Papæ poteſtas extenditur ad Iudæos, quò ad aliqua.* 18
Nam poteſt prohibere eis , ne habeant officia publica inter Chriſtianos,nec aliquam dignitatem,vel miniſterium. cap. nulla.diſt.54.c.conſtituit.17.q.4.c.cum ſit. & c.penult.de Iudæis.l.fi.C.eodem.& ſi ſuſceperint,debet eis denegari commercium Chriſtianorũ donec officium dimiſerint , & quod acceperint per diœceſanum in vſum pauperum conuerti debet, licet ad vitandum ſcandalum ſi ſint magnæ virtutis , & proſint Chriſtianis,etiam quò ad ſpiritualia , in eis tolerari poſſint,vt dicit D.Th.2.2.q.10.art.10. Secundò, prohibetur Iudæis,& Paganis omne commerciũ per quod grauamen Chriſtianis inferri poſſit, vnde licet vendatur eis reditus regalis,& illi poſſint emere , tamen collectio non debet fieri per ipſos,ſed per Chriſtianos, vt dicit Abb.in c.ſpeciali.eod. Tertiò; nec doctorari poſſunt,vt dicit Bart.in l. fi. C. de Iudæis,nec intrare ſcholas cum Chriſtianis ne eos corrumpãt, vt dicit Abb.in c.1.eodem , quod tamen de ſcholis Theologorum eis prohiberi non debet. Quartò,prohiberi poſſunt, *ne in publico procedant ſine ſigno diſtincto à Chriſtianis patenti.*cap. in nonnullis. eod. Quintò, *prohibendi ſunt ne nouas erigant ſynagogas.* c. conſuluit. & c. Iudæis. eod. antiquas tamen reficere poſſunt,ſic tamen vt non amittãt ſuam formam.d.c.conſuluit.& ſi ex toto corruunt eas reædificare non poſſunt , vt dicit ibi Abb.aliàs puniũtur in libris quinquaginta auri.l.hac victura.C. de Iudæis. Sextò, *prohibentur diebus Dominicæ Paſſionis prodire in publicum.* cap. in

Papa quid poſſit circa Iudæos,& de ÿs ſanxerit.

Digitized by Google

nonnullis. eod. & idem ſi pro aliquo infortunio eccleſia lamentaretur. Et die Paraſceues non debent tenere oſtia, vel feneſtras apertas c. quia ſuper his. eodem. Septimò, prohibentur ne exigant vſuras, ſed exactas reſtituant. c. poſt miſerabilem de vſu. & compelli poſſunt ad hoc per Principes, vel Iudicem eccleſiaſticum cenſura eccleſiaſtica, & Principes mortaliter peccãt ad id non cogẽdo, & Chriſtiani commercium cum eis poſt monitionem habentes, vt notat in d. c. poſt miſerabilem. & in c. quanto. & c. poſtulaſti. de Iudæis. Octauò, *prohibentur ne aliquem non exiſtentem de ſua natione, vel ſecta circuncidant, etiam ſi ſit ſeruus eorum ſub pœna capitali.* l. vnica. C. ne Chriſtianum mancipium. Nonò, *prohibentur ne accipiant in vxorem Chriſtianam,* aliter pœna adulterij puniuntur. l. ne quis. C. eodem. Decimò, cogendi ſunt per Papam, & Principes, quibus ſubſunt, laborare manibus, ne turpe lucrum acquirant, aliàs domini peccant. Vndecimò, *prohibentur ne fidem catholicam impugnent dogmate peruerſo ſub pœna ſanguinis.* d. l. hac victura. nec aliquid deteſtabile in religionem Chriſtianam attentant. cap. Iudæos. eod. Duodecimò, *Iudæus non poteſt habere ſeruum Chriſtianum* c. multorum. eod. l. Deo nobis. §. his ita. C. de epiſc. & cler. & ſi habuerint, liberi fiunt. d. l. & c. fraternitatem. diſt. 54. nec fit ſeruus, licet dominus poſtea baptizetur. d. l. & ſi emat ſeruum Chriſtianum, quod ei prohibetur. c. 1. eod. ſtatim nullo pretio dato efficitur liber. c. mãcipia. diſt. 54. & ſi ſeruũ non Chriſtianum emat cauſa ſui ſeruitij, qui velit effici Chriſtianus, ſtatim nullo dato pretio liber fit. d. c. fraternitatem. & ſi cauſa mercimonij, & intra tres menſes eum non exponit venditioni, ſtatim liberatur pretio nullo dato c. fin. eod. quia præſumitur ad ſuum ſeruitium emiſſe, ſed ſi eum exponit venditioni, pro bono ſeruo dantur ſolidi duodecim. d. c. fraternitatem. & c. 1. 2. & vlt. de Iudæis. ſi verò non ſit ita bonus minuetur pretium, vt ibi dicit Abb. ſi verò velit eum circuncidere, quia dicat ſe velle fieri Chriſtianum, ſine pretio liberabitur. c. nulla. diſt. 53. qui menſes currunt à die emptionis, vt dicit Hoſtien. in d. c. fin. vel à die quo petit fidem noſtram, vt dicit Abb. in d. c. 1. & illi ſolidi intelliguntur vſualis monetæ, aurei tamen, quòd ſi ſeruus ille exponatur venditioni, & nullus Chriſtianus eum redimat, nec habeat pretium, liberabitur tamen, & oſtiatim pretium quæret, quod ſi habere non poterit, per quinquennium ei ſeruiet.

c. &

c.& raptoribus.36.q.1.l. ſi. C. de captiuis. & ſi redimatur ab aliquo erit liber, & reſtituet ei pretium, quòd ſi non habet quæret oſtiatim, & ſi habere non poteſt, ſeruiet ei tantum quod cum pretio ſeruitium compenſetur. d.l. vnica. & d. c. de raptorib.& poſtea quo vult eat, & ſi plures emptores appareant. Epiſcopus loci eliget magis idoneum. arg. c. cum autem.de iurepatr.niſi pietatis cauſa fuerit redemptus, quia tunc nec pretium reddere,nec ſeruire tenetur. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & idem intelligitur de ſeruis Saracenorum, & etiam ſeruis Hæreticorum,*qui impunè poſſunt relinquere dominos ſuos, & ad eccleſiam confugere.* Tertiodecimò, *è cõuerſo Chriſtiani prohibentur nimiam familiaritatem cum Iudæis habere.*c.ad hæc.& c.fin.eod. niſi ex huiuſmodi conuerſatione ſperetur eorum conuerſio, vt dicit D.Th. d. art. 10. vnde cum Iudæis comedere, nec habitare debent, nec eos ad conuiuia recipere.c.nullus.28.q.1.& c.omnes.eod. & eo magis ſi cibos diſcernant, cum ſic participetur in eorum ritibus, & idem intelligitur etiam de Saracenis, & Gentilibus.d.c.omnes.niſi conuerſatio ſit ad eorum conuerſionem, vnde nec azima Iudæorum licitum eſt Chriſtiano comedere.d.cap.nullus.aliàs laicus excommunicari, clericus deponi debet.d.c.nullus quod tamen licet prædicanti eis,ſi alij cibi non habeantur, vt ibi dicit Glo. nec Chriſtiani poſſunt in ſuis infirmitatibus vocare Iudæos, & ab eis recipere medicinas præparatas.d.c.nullus. & c. omnes. niſi adſit neceſſitas, vt quòd non inueniatur alius medicus, vel non habeatur pretium medicinæ; non licet etiam Chriſtiano ſe cum Iudæo in balneo lauare.d.cap.nullus.nec teſtamento ei,vel Pagano aliquid relinquere, aliter etiam poſt mortem iudicatur anathema.c.ſanè.2.14.q.2.c. ſi quis. de hæret.niſi ratione multum arctæ, vel extremæ neceſſitatis, quia ſic ius naturale de ſubueniendo proximo præualet iuri poſitiuo; non peccant tamen Chriſtiani communicando cum Iudæis in mercimoniis, vt dicit Abb. in c. miſerabilem. de vſur. quia tantum nimia familiaritas cum eis prohibetur. d. c. nullus.28.q.2.c.ad hæc.extra eod.& conuerſans cum eis nimis familiariter peccat mortaliter. Nõ licet etiã mulieribus Chriſtianis nutrire filios Iudæorũ:vt dicit Abb. in c. ad hæc eod. etiam extra domũ ſi inde ſequitur nimia familiaritas. d.c.nullus.& d.c. ad hæc. nec Epiſcopus, diſpenſare in hoc poteſt, vt Iudæi in domo ſua habeant nutrices Chriſtianas,

cum iſta prohibitio ſit in honorem fidei : vt dicit Abb. & Card.in d.c.ad hæc. Non licet etiam Chriſtiano ſeruire Iudæo, vel Saraceno, vt eius mancipium in domibus ipſius. c. Iudæi.eod.etiã extra domũ, vt dicit Abb. hîc in d.c.ad hæc. ob nimiam familiaritatem, licet tamen Chriſtiano locare operas Iudæo in domo & extra, ſi abſint inde Iudæi, vt colendo agros eorum.c.multorũ.eod. vel ſi fabricet ædificium, cum ibi ceſſet nimia familiaritas, & ſic Chriſtianus poteſt eſſe colonus adſcriptitius Iudæi non autem ſeruus.d.c. multorum, quòd ſi Iudæi peccent contra prædicta, Papa poteſt eos coercere pœna ſpirituali indirectè, vt excommunicãdo Principes qui eis id permittunt, non autem directè cum foris ſint.cap.gaudemus, de diu.ſed pœna pecuniaria, & corporali.c.ſæpè.28.q.1.qui & compelli debent per Epiſcopos, & poteſtates ſeculares, vt in ciuitatibus, & oppidis, loco à Chriſtianis ſemoto, & ab eccleſiis quàm longius fieri poteſt, habitent, vt ſic nimia eorum familiaritas euitetur. ex Conc. Baſilienſi.ſeſſ.19.§.ſacroſancta.in fi.

Ex prædictis verò prohibitionib.conuerſationis cum Iudæis Chriſtianorum, Iudæi in aliquo non releuantur, *vnde tenentur ſoluere decimas prædiales, & alia onera quæ Chriſtiani ſoluunt de bonis, quæ eis vendunt*.c de terra.de decim. c.quanto.de vſur.non autẽ decimas perſonales, vel oblationes eccleſię cum non recipiant ſacramenta. Tenentur etiam recipere teſtes Chriſtianos cõtra ſe, ſed contra Chriſtianum teſtimonium ferre non poſſunt c.Iudæi. de teſtib. & etiam repelluntur ab omnibus actibus legitimis.c.alieni.2.q.7. in crimine tamen hæreſis in teſtes admittuntur contra Chriſtianos.c.contra. de hæret. in 6. prohibetur etiam agere & conuenire apud ſeniores eorum, & tamen eis id licet apud iudices noſtros, poſſunt tamen arbitrum Iudæum cõſtituere in cauſa ciuili.l.Iudæi.C.eod.

Quo verò ad fidem ſuſcipiendam, *non ſunt cogendi violenter ad fidem noſtram ſuſcipiendam.* c. ſicut. eod. pecunia tamen & aliis blanditiis ipſi, & alij infideles ad fidem allici poſſunt, vt dicit Gloſſ.in cap.debet homo.13. q. 4. & ſub tali conditione poteſt Chriſtianus aliquam ducere in vxorem, vt fiat Chriſtiana.c.caue.8.q.1.ſummi Pontificis authoritate accedente, de quo latius dixi tr.de Simo.*non debent etiam Iudæi offendi in perſona, vel bonis ſine iudicio terrenæ poteſtatis.* d. c. ſicut nec impediri debent quin obſeruent ſuas conſue

conſuetudines in ſuis feſtiuitatibus, dummodo nil faciant in opprobrium Chriſtianorum. c. qui ſincera. 45. diſ. & d. c. ſicut. nam eccleſia tolerat aliqua mala, ne maiora committantur, & ad aliquod bonum inde eliciendum, vt ſic cum eorum ritibus veritatem fidei noſtræ figurarent, & ideò tolerantur cùm ex hoc teſtimonium habeamus ab hoſtibus, ritus verò infidelium, quia nil vtilitatis afferunt non ſunt tolerandi, niſi ad vitandum maius malum, vel ſcandalũ, vel diſſidium, vel impedimentum ſalutis eorum, qui paulatim tolerati conuertuntur; non debent etiam ab eis exigi coacta ſeruitia, quæ facere non conſueuerunt. d. c. ſicut. nec eorum ſepulchra effodi, & eorum corpora extumulari. d. c. aliter clerici beneficio, & officio priuari debent, laici excommunicandi. eod. non debent etiam in ſabbatis ſuis trahi ad iudicium. d. c. & l. die ſabbati. C. eod. nec impediri ſua vendere prout melius poterunt. l. nemo. C. eod. nec ſpoliari debent bonis iuſtè acquiſitis ſi conuertantur ad fidem, nec debita ſucceſſione. c. Iudęi. 2. eodem. nec prohiberi debent ad fidem conuerti, licèt ſint ſerui Chriſtianorum. c. duę ſunt. 12. q. 2. remanent tamen ſerui vt prius ſi erant ſerui Chriſtiani. c. & ſi quos. 12. q 2. ſed dulcius ſunt tractandi, quàm alij ſerui. arg. c. per tuas. de maiorit. & obed. poſſunt etiam Iudæi à dominis temporalibus vexari in exactionibus nõ conſuetis, quod tamen fieri non debet, ne nomen domini blaſphemetur, nec ita, vt neceſſaria vitæ eis ſubtrahãtur, nec quòd illa ſint collecta ex vſuris, cùm ſic à dominis accipi non poſſint, ſi Iudęi ab illis extorſerint, vel ſuis maioribus, extorta verò ab aliis debent reſtitui illis, ſi inueniũtur, aliter in pios vſus conuerti, vt dicit D. Th. in ep. ad Duciſſam Barbantiæ, & poteſt dominus ab eis exigere aliquid ſecundùm conſuetudinem præceſſorum, hac intentione, vt in pios vſus expendatur, & etiam Iudęi cùm ſerui ſint, per dominos ſuos vendi poſſunt. l. 1. & 2. C. ſi ſeruus. vnde poſſunt eis auferre bona eorum, ex cauſa; cum ea non habeant niſi vt peculium. c. Iudæi. 2. & c. ſi quid Iudæi. eod. quo verò ad accipientes à Iudæis, ſi ex iuſta cauſa illa acquiſiuere, poteſt accipi ab eis, ſi verò nil habent præter vſuras, ſi agitur de damno vitando accipi poteſt, dummodo pro damno non accipiantur in ſpecie, res alienæ, dona verò, & eleemoſynæ accipiendæ non ſunt ab vſurariis, quando per hoc efficerentur non ſoluendo, niſi ea intentione, vt reſtituantur creditoribus eorum, & idem ſi

Digitized by Google

quocunque alio titulo oneroſo, vel lucratiuo bona huiuſmodi acceptentur, ſi verò ſunt ſoluendo accipi poſſunt, vt dicit Silu. Iudæi. per totum.

19 *Papa quid poſſit circa hæreticos.*

IIII. *Poteſtas Papæ extenditur ad hæreticos, & ſchiſmaticos*, quia poteſt eos excommunicare, deponere, bonis priuare, & iudici ſæculari tradere vltimo ſupplicio afficiendos ſi incorrigibiles ſint. c. ad abolendam. de hæret. de quo latè habetur ſuprà in tract. de Hæreſi, poteſt etiam ſchiſmaticos priuare poteſtate iuriſdictionis in ſubditos, & poteſtate ordinis, & conſecrationis, quãtum ad executionem impediendi eis vſum ordinũ ſuorum, de quo latè ſuprà tract. de Schiſmat. & tradit Anch. q. 23. & 28. poteſtas etiam Papæ ſe extendit ad excommunicatos, vt dicit idem q. 27. & habetur latè in tract. de Excommun.

20 *Papa qui poſſit circa Imperatorẽ, & alios Principes.*

V. Poteſtas Papæ ſe extendit ad Imperatorem, nam Papa eſt maior dignitate Imperatore, ſicut aurum plumbo, & Sol Luna. cap. duo ſunt. 96. diſt. c. ſolitæ. de maiorit. & obed. vnde poteſt eligere Imperatorem per ſeipſum immediatè, ſi velit, & ex cauſa rationabili, *cùm Imperator ſit miniſter Dei.* Rom. 13. & eo ipſo ſit miniſter Papæ, quia Dei Papa eſt Vicarius, ad Papam etiam pertinet eligere Electores Imperatoris, & mutare eos ex cauſa, & electum Imperatorem confirmare. c. venerabilem. de elect. & confirmatum conſecrare, & conſecratũ coronare. c. cùm veniſſent de ſacra vnct. & d. c. venerabilem, & in coronatione iuramentum fidelitatis accipere. c. tibi domino. 66. diſt. & dignum excommunicatione excõmunicare c. duo. diſt. 96. & dignum depoſitione deponere, vt ſæpius fecit, vt dixi in tr. de Rom. Põt. & ex cauſa bellum contra illum conuocare, & ab eius fidelitate vaſſallos abſoluere. c. nos ſanctorum. 15. q. 6. vt & potuit à Cõſtantino recipere temporalem adminiſtrationem Imperij Occidentalis. c. videntes. 12. q. 1. c. Conſtantinus. diſt. 47. quæ donatio non poteſt per ſucceſſores reuocari, tum quià ſemel Deo dicatum reuocari non poteſt. c. de rebus. 12. q. 2 c. ligna. de conſecr. diſt. 1. tũ quia Cõſtantinus id dedit Papæ, quod ipſe prius habitu habebat, cũ Papa habitu ſaltẽ dominus ſit totius orbis Chriſtiani, vt dictũ eſt in d. tract. in ordine ſaltem ad ſpiritualia. Erga verò alios Reges, & Principes Chriſtianos, omnes ei tenentur obedire, ſicut Chriſto, cuius vices gerit, & in omnes habet iuriſdictionem vniuerſalem, licèt non accipiat adminiſtrationem temporalium, niſi è

regio

Digitized by Google

regionibus Occidẽtalibus, vnde ex cauſa poteſt Reges corrigere.c.ſcelus.2.q.1.&ex rationabili cauſa deponere.c.alius. 15.q.7.vt dicit idem Anch. q. 35.cum ſequentib. ad Papam etiam ſpectat punire tyrannos,etiam bellum contra eos excitando,vt dicit idem Anch.q.26.

VI. Poteſt dare poteſtatem Principi ſæculari, vt iudicet inter clericos ex cauſa rationabili, vt dicit Abb.in c. propoſuit.de conceſſ.præben.aliàs non,vt ibi dicit,quia ſic decoloraretur ſtatus eccleſiæ. Vnde & poteſt aliquos eximere à iuriſdictione ſuorum ſuperiorum, cùm Papæ maiora reſeruentur.arg.Exod.18.& c. maiores. de bapt. vnde poteſt maiora collegia,& maiores perſonas ſuæ correctioni,& viſitationi immediatè reſeruare, nam vt in Hierarchia cœleſti aliqui Angeli illuminationes immediatè recipiũt à Deo, ſic in terreſtri,quæ cœleſtem imitatur, aliqui debent exempti eſſe immediatè recipientes viſitationẽ, illuminationem, & correctionẽ à Papa, qui non poteſt aliquẽ eximere à ſeipſo in ſpiritualibus, cũ omnis poteſtas ſpiritualis includatur in poteſtate clauium,quæ non niſi Petro eſt conceſſa. Matt.16. vnde in tali poteſtate nullus poteſt eſſe exemptus à Papa, cum iis remittantur peccata quò ad culpam, vel pœnam ſecundùm ordinem à Chriſto inſtitutum, vel mediante ſacramento,& eius miniſtro, vel mediantibus Indulgentiis, & ſuffragiis, quæ haberi non poſſunt,niſi Papæ authoritate, à quo omnes miniſtri influxum,& poteſtatem recipiunt, & Indulgentiæ ab ipſo concedantur, nec etiam in temporalibus,cùm ſit Vicarius Chriſti,& facere nõ poſſit,quòd membrum non ſit membrum;eſt tamen conueniens,vt Papa aliquas exemptiones faciat, cùm Papa de eis ſpecialem curam habeat,& multi ſint paſtores, qui curam ouium non habẽt. Ezech.34.vel ſi inter ſubditum, & Epiſcopũ ſit lis, vel Epiſcopus ſit ſæuus.Caſſ.dec.vlt.de priu.ideò conueniens eſt,vt Papa aliquas perſonas, & collegia ſibi ſubjiciat,vt magis ad bonum in Dei ſeruitio promoueantur,& peccantes puniuntur, & etiam conueniens eſt, vt aliquos religioſos eximat à iuriſdictione ſuorum Prælatorum, cùm quieti & pacifici correctioni ſuorum Prælatorum debeant relinqui,indomiti verò ſuæ per habitus priuationem; vt dicit Anch. q. 61. per 6.art. qui tamen exempti in multis caſibus ſubjiciuntur Epiſcopis, vti delegatis ſedis Apoſtolicæ; de quibus ſeſſ. 5.c. 2. ſeſſ. 6. c. 3. ſeſſ. 14. c. 4. 7. ſeſſ. 7. c. 13. 14. ſeſſ. 21. c. 8.

21 *Papa poteſt exemptiones dare.*

Digitized by Google

c.8.ſeſſ.21.c.8.10.ſeſſ.24.c.2.4.9.11.20.ſeſſ.25. de regul. c.5. 12,13.ſeſſ.23.c.15. ſeſſ. 5. c.2. in Trid. Conc. quorum cauſæ etiam in prima inſtantia ab ordinariis in ciuilibus cognoſcendæ ſunt à duc.xxv.infrà, & in criminalibus in viſitatione ab Epiſcopo corrigi poſſunt.ex Conc.Trid.ſeſſ.24.ca.10. & extra,ſi monitis ſuperioribus, vt eos intra competentem terminum corrigant,etiam per Edictum,id non egerint,ordinarij id poterunt,ex Bulla octaua Leonis Decimi.

22 *Papa quid poſſit circa prædicationẽ.*

VII. *Poteſtas Papæ ſe extendit ad prædicationem, quæ in ipſo eſt poteſtas iuriſdictionis.* Cùm non ordinatus electus in Papam poſſit prædicare, & aliis id diſpenſare, nec Epiſcopi ſine eius authoritate poſſunt prædicare, cùm poteſtas iuriſdictionis deriuetur à Papa in Epiſcopos, vnde ſine eius authoritate prædicare non poſſunt, & poteſt etiam religioſos ad officium prædicationis aſſumere, nam cùm id Epiſcopi in ſua diœceſi poſſint. c. inter cætera. de offic. ordin. magis ipſe poteſt id etiam concedere petentibus, qui tamẽ ſit prædicent in eccleſiis alienis ab Epiſcopo licẽtiam accipere debent,ſi in ſuis benedictionem tantum.ex Conc. Trid.ſeſſ.5. c.2.& magiſtri in Theologia authoritate Papę poſſunt prędicare vbique,modo tamen prædicto, ſcilicet petita licentia, vel benedictione ab Epiſcopis, & ipſi Epiſcopi ex iuris diſpoſitione poſſunt prædicare vbique in toto orbe, niſi id ſibi ab ordinario loci prohibeatur, vt habetur in c. in nouo 21.diſt.Anchon.q.64.per totum.

23 *Papa poteſt priuilegia cedere.*

VIII. *Papa concedere poteſt priuilegia, quæ ſunt quædam priuatæ leges.* c. priuilegia. diſt. 3. quia in priuato feruntur,& ſingulari conceduntur,vel perſonæ,vel congregationi,& eſt conueniens Papam aliquos priuilegiare, vt habetur in c.valet.25.q.1.ob ſpecialia beneficia,& etiam ob variationem actuum humanorum,qui non omnes vna regula regulari poſſunt,& ob caſus ſuperuenientes,& ſi Epiſcopi id dant in ſua diœceſi, id eſt, tamen authoritate Papæ. c. viſis. 16. q.d.vnde ad Papam principaliter pertinet priuilegia cõcedere,quæ tamen poſſunt à ſucceſſore reuocari. c. ſancta. 25.q.2.quæ etiam priuilegia Papæ ſolus ipſe poteſt interpretari.c.ipſi.25.q.1.vt & ſolus poteſt ſacram ſcripturam iudicialiter interpretari.c.quotiens.24.q. 1. & etiam poteſt ius ciuile interpretari, & legem naturæ, qui tamen dubiæ in meliorem partem debet interpretari:vt dicit Anch. q. 66. & 67.per tot.

IX. quò

Digitized by Google

IX. *quò ad beneficia, poteſt ſine omni cauſa transferre Epiſcopos, & permutare, iuxta communem.* Imola in c. propoſuit. de conceſſ. præb. in cap. exhibita. de rerum permut. vbi tamen ſine culpa aliquem priuat beneficio, debet ei prouidere de æquali. Card. in clem. 1. quæſt. 3. de rerum permut. Marſil. ſing. 634. & poteſt diſpenſare in pluralitate beneficiorum etiam cum cura, nec alius poteſt ſine eo plura curata obtinere. cap. de multa. vbi Abb. de præb. cap. propoſuit de conceſſ. præb. Epiſcopus verò diſpenſat in pluribus ſimplicibus, vel vno ſimplici, & alio curato, idque ex cauſa, & ob eccleſiæ neceſſitatem, vel egeſtatem, aliàs diſpenſatus non eſt tutus quò ad Deum, niſi id exprimat, & niſi id ſit ob prærogatiuam meritorum, & literarum, vel eccleſię vtilitatem, & neceſſitatem, vt ibi dicit Abb. in d. cap. de multa. num. 18. & 19. & licet ibi dicat, quòd Epiſcopus poteſt diſpenſare in duobus curatis ſi ſint in eadem eccleſia, & adſit eccleſiæ vtilitas, & neceſſitas, ſecus tamen hodie eſt, maximè ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 17. vbi expreſsè prohibetur pluralitas beneficiorum, & de ſtilo Epiſcopus in hoc non diſpenſat hodie, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare in pluralitate beneficiorum, niſi in caſibus expreſſis, qui exprimuntur in c. dudum de elect. vt ſi vna parochialis pendeat ex alia, vel vna ſit commendata, alia in titulum data. d. c. dudum. & cap. qui plures. 21. q. 1. nec collegium Cardinalium in pluralitate beneficiorum diſpenſare poteſt, cum ſede vacante ea conferre non poſſit; diſpenſatus verò ad plura eſt tutus in conſcientia ſi authoritate Papæ id fiat: vt dicit Anch. q. 68. per totum. quod intelligitur iuxta ſupra dicta, de quo per Abb. in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præb. & gloſſ. in d. cap. dudum. vbi ponit alios etiam caſus, videlicet, ob paupertatem eccleſiarum. c. vnio. 10. q. 4. & cap. eam te. de ætat. & qual. & olim ob penuriam clericorum. cap. 1. in fi. 21. q. 1. & ob diſpenſationem Papæ, & ſi ſint diuerſi Epiſcopatus requiritur diſpenſatio vtriuſque Epiſcopi: vt ibi dicit gl. vel niſi eccleſia parochialis ſit vnita præbendæ, vel dignitati, vt dicit Abb. in d. §. qui verò. qui licet ibi dicat, quòd eo caſu tenentur reſidere in dignitate, contrarium tamen eſt deciſum per Pium V. in eius Bulla 65. incip. Cupientes. hodie tamen ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4. & cap. cum eccleſiaſticus. ſeſſ. 25. de refor. cauetur vt vnum tantum beneficium vni conferatur, plura verò non etiam ratione vnionis ad vitam, vel commendæ, niſi Papa in

24 *Papa quid poſſit circa beneficia.*

Digitized by Google

in prædictis diſpenſet ex cauſa, vt in Germania ob hæreticorum frequentiam, ibi enim concedit etiam duos Epiſcopatus vni, qui ibi obtinent dominium temporale, & ſpirituale, vt Epiſcopi potentia hæreticos comprimant, & coerceant; Papa quoque in beneficiis habet liberam facultatem, ita vt dicatur à canoniſtis dominus beneficiorum. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. Archid. in c. fin. 16. q. 7. cum communi. Vnde confert beneficia per totum mundum, etiam in menſibus ordinariorum, quos eis conceſſit. Menoch. conſ. 83. nu. 9. vol. 1. & præueniendo præiudicat ordinariis, & eorum manus ligat, Menoch. ibi num. 12. & 13. qui & ſolus confert beneficia reſeruata. c. multum ſtupeo. 3. q. 6. Bellam. deciſ. 549. vt & ſolus confert reſignata in curia. c. fin. vbi Doct. de conſuet. in 5. Gem. conſ. 36. & 136. qui & vbique recipit reſignationes omnium beneficiorum. Pariſ. de reſign. benef. lib. 7. q. 11. qui & ſolus admittit reſignationes in fauorem, & cum reſeruationibus penſionum fructuum, &c. idem lib. 8. q. 7. nu. 11. & ſolus creat Epiſcopos ſolo verbo. idem d. lib. 8. q. 5. num. 34. qui & ſolus poteſt concedere beneficia ad tempus, & penſiones ad tempus. idem lib. 6. q. 5. num. 109. & lib. 4. q. 2. num. 47. qui poteſt derogare iuripatronatus. idem lib. 2. q. 4. num. 34. & regulæ de infirmis, idem lib. 12. q. 14. num. 39. & conſenſui. idem lib. 4. q. 9. num. 54. qui & poteſt regreſſus concedere. idem lib. 6. q. 5. num. 108. & poteſt reſeruare penſiones ſine conſenſu beneficiati, idem lib. 6. 4. 2. num. 131. & facultatem eas transferendi, idem d. lib. 6. quæſt. 4. num. 13. & concedit retentionem promotis ad Epiſcopatus. idem lib. 3. q. 1. num. 84. qui & poteſt beneficia vnire, & ex cauſa aliqua ex iis ſupprimere, & concedere etiam laicis, vt ad illa eligãt; qui tamen, quòd attinet ad eorum diſpenſationem, non poteſt conferre tuta conſcientia beneficium conſanguineo, qua ratione conſanguineus eſt, non habita ratione bonitatis, & doctrinæ, licet in paritate poſſit talem aliis præferre, & magis ſi beneficium non ſit curatum, ſic enim poteſt id conſanguineo conferre, etiam omiſſo digniori: vt not. in c. tuam de ætat. & qual. vt nec ei licet in foro conſcientiæ ad prælaturam eligere diuitem, dimiſſo paupere, rationem habendo ad ſolas diuitias, & non aliud, nec etiam nobilem, & potentem ratione qua nobilis & potens eſt, nam, cæteris paribus, præferendus eſt bonus, bonitate intrinſeca ſcientiæ, & charitatis, nobili, & diuiti, nec etiam ad petitionem Principum poteſt ſine acceptione perſonarum ad prælaturam

Digitized by Google

turam ſine cauſa aſſumere,ea ſola ratione.Card.Paleottus de ſacro Conciſt.p.4.q.1.col.2.Vnde quando acceptio perſonarum in his repugnat iuſtitiæ & æquitati, eſt peccatum mortale,vt ſi indignus præferatur bono,eo ſolo quod cõſanguineus eſt vel potens, vt nec licitum eſt conferre prælaturam ambiẽti ſi eſt curata,ſi verò ſit ſine cura licet id petere, ſi dignus ſit,& eget,periculoſum quoq; eſt appetere magiſteriũ, vel gradum Doctoratus, ob honorem ei annexum: vt dicit Anch. q.47.per totum.Et Papa nõ dicitur propriè dominus rei eccleſiaſticæ abſolutè,ſed ſupremus adminiſtrator,vnde non poteſt eam alienare ſine cauſa.Abb.in c.cõſtitutus.n.9. de reſcript.in c.cum veniſſent.de inſtit. in c.dudum.2.num. 27. de elect. & hodie ex Bulla 39. Pij V. incip. Admonet, vetatur ne loca, & ciuitates ſanctæ Romanæ Eccleſiæ infeudentur, & eſt peccatum mortale dare bona eccleſiæ, ſcilicet reditus beneficiorum, conſanguineis ad eos ditandos. Abb. in cap. conſtitutus. num. 16. 17. de relig. dom. & ex Conc.Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 1. vt & ſi Papa pecuniam reciperet ex beneficiis, vel eorum titulis, ſimonia eſſet, etiam ſi pecunia in vſus pios conuerteretur. Abb. in cap.extirpandæ. §. qui verò.num. 53.& 58.de præb. qui tamen non incurreret, ſi fortè Papa eſſet, quod non eſt credibile, excommunicationem, vel alias pœnas, qui tamen quando quid facit præſumitur facere cum cauſa.Abb.in cap. dilectus,de relig.dom. qui & ſi confert beneficium inhabili, cẽſetur cum eo diſpenſare,ſi id ſcit,inferior verò non:vt dicit Abb.in c diuerſis fallaciis.de cleric. coniug.ſecus ſi ſit indignus ob morum turpitudinem, & huiuſmodi,vt dictum eſt tract.de Iur.Patr.vbi facta eſt hæc diſtinctio indigni, & minus idonei,& idem ſi Papa reſcribat pro inhabili ex certa ſcientia, alias ſecus: vt dicit Abb.in c.eam te.de æt.& qual.

X.Quò ad Iudicia,*non debet Papa ſe immiſcere in cauſis temporalibus exiſtentibus inter laicos, ſi ei temporaliter non ſint ſubiecti, niſi ex cauſa*: vt dicit Abb.in cap.venerabilem. de elect. poteſt tamen & debet ex cauſa id facere, vt in concernentibus decorem fidei, ſic enim habet iuriſdictionem in laicos: vt dicit Abb. in cap. quorundam de Iudæis. & decorem Chriſtianæ religionis, vt idem dicit in cap.Iudæi.num.1.de teſtib. vel vbi id habes conſuetudo, vt Papa adeatur in cauſis laicorum. cap. ſi duobus. de appellat. vel in terris eccleſiæ, quò ad temporalẽ iuriſdictionẽ.d.c.& cap.

25 *Papa quid poſſit circa Iudicia.*

inter vniuerſas.num.7.de elect. & ſic non directè,ſed caſualiter exercet iuriſdictionem in terris alienis, vt dicit Abb.in cap.per venerabilem. qui fil. *A Papa verò ſententia appellari non poteſt etiam ad Deum in præſenti vita, nec à Papa præſenti ad futurum, nec ad collegium Cardinalium, nec ad Concilium generale.* Et hoc vltimum eſt reſeruatũ in Bulla Cœnæ,nec Papa poteſt ſtatuere, vt ab eius ſententia appelletur,& error eſt dicere à Papa appellari poſſe ad hominem, vel Deum,vt probat Anch.q.6.per tot.

XI. Quò ad ſtudia, & conſeruationes religionum, ac earum ordinationes,ac prælationes, ad Papam ſpectat ordinatio ſtudiorum,nam in c.quia nonnulli.de magiſtris.ordinatur, vt in qualibet cathedrali habeatur vnus magiſter, & in Metropolitana vnus Theologus,& ex Conc. Trid.ſeſſ.5. c.1.ſtatuitur, vt in cathedrali, & collegiatis exiſtentibus in locis inſignibus adſit vnus Theologus cui præbẽda aſſignetur,qui ſacram ſcripturam legat, & in cap.ſuper Specula. ne cler.vel monach.cupitur,vt Theologiæ ſtudium amplietur, cum Chriſtiana religio iuuetur per prædicta, primò, in errorum vitatione, ſecundò, in vitiorum curatione, tertiò, in iudiciorum terminatione, quartò, in regnorum & populorum gubernatione, vt dicit Anch.q.71.art.1. ad Papã etiam ſpectat ordinatio officiorum, qui ſunt in eccleſia cap. perlectis.25.diſt.quorũ principalis diſtributor eſt Chriſtus Epheſ. 4.executor verò Papa,qui vice Chriſti aliquos ordinat loco Apoſtolorum,per quos doctrina Chriſti ſit teſtificãda, alios loco Prophetarum,per quos ſit exponenda,alios loco Euangeliſtarum,per quos ſit ſcribenda,alios loco Doctorum,per quos ſit prædicanda,alios loco paſtorum per quos ſit executioni mandanda. Ad Papam etiam ſpectat ordinatio religionum. c.nimia. de relig. dom. quia cum Papa ſupremum locum teneat in eccleſia, habet ordinare ea quæ ad perfectionem,& diuinum cultum tendunt,ad quæ religiones ordinantur.Ad eundem etiam ſpectat ordinatio prælationum. c.cleros.21.diſt. quia vt omnis poteſtas ordinatur à Deo,ſic omnis prælatio, idque quò ad eorũ tranſlationem:ſecundò, quò ad eorum depoſitionem,tertiò,quò ad ipſorum confirmationem, quartò, quò ad exemptionem, quintò, quò ad depoſitorum reſtitutionem,ſextò,quò ad nouorum cõſtructionem,ſeptimò, quò ad duorum in vnum vnionem, quia poteſt plures in vnum vnire, & vnũ Epiſcopatum in plures

26 *Papa quid poſſit circa ſtudia & ordinationem religionum.*

Digitized by Google

diuidere, octauò, quò ad dignitatum collationem, nonò, quò ad Imperatorum, & Principum inſtitutionem, & depoſitionem. Ad Papam etiam ſpectat conſeruatores religionibus dare, cum ad eum ſpectet omnes in iure ſuo conſeruare ob iuſtitiæ æquitatem. & habetur in c. ſtatuimus. de offi. deleg. ad obuiandum diaboli fraudibus, qui conſeruatores nõ poſſunt eſſe alij, quàm Prælati, vt habetur ex Bulla Greg. XIII. vel alij idonei, & deſcribi debent in curia Epiſcopali, nec poſſunt de aliis ſe intromittere, quam de manifeſtis iniuriis. c. ad illa. de offi. ordi. vnde ad ea quæ iudicialem indaginem exigunt ſuam iuriſdictionem extendere non poſſunt. ſeſſ. 7. cap. 14. in Tr. Conc. qui ſi non deputentur poteſt Epiſcopus pro miſerabilibus perſonis, iuſtitia miniſtrare, vt in d. cap. cauetur. de quo alibi latius.

XII. *Circa particularia negotia, Papa interrumpit præſcriptionem, etiam per interpellationem extra iudicialem, cum non habeat ſuperiorem coram quo querelam exponat,* vt dicit Abb. in c. 2. num. 9. de præſcript. ſecundò, ſi Papa aliquid facit de plenitudine poteſtatis, nõ præſcribit quis contra id, vt idem dicit in c. bonæ. 2. de poſtul. prælat. non poteſt tamen tollere obligationẽ, vel contractum initum inter partes ſuper iure priuato, poteſt tamen ad libitum tollere obligationem initam ſuper iure eccleſiaſtico, vt idem dicit in cap. ex multiplici. de decim. Tertiò, Papa poteſt conferre beneficium iuris patronatus laicorum, dum tamen in literis fiat mentio, quòd ſit iuris patronatus laicorum, aliàs collatio eſſet ſurreptitia, legatus verò Papæ id non poteſt, vt idem dicit in c. dilectus filius. de præb. Quartò, poteſt dare licentiam clerico pugnandi in bello iuſto ſine metu irregularitatis, vt idem dicit in cap. 2. de vita, & hon. cler. Non poteſt verò pronunciare contra partem non citatam, vt idem dicit in cap. 1. num. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Quintò, poteſt reſtituere famæ laicos, & clericos ſibi ſubiectos, alios non, vt idem dicit in c. cum te. de iud. Sextò, cum reſcribit ex certa ſcientia idem videtur ac de plenitudine poteſtatis, vt idem dicit in c. inter. nu. 8. de except. Septimò, licet non poſſit facere fortè, niſi ex cauſa, quin clerici dicant officium, poteſt tamen dare facultatem mutandi officium, vt dicit in c. 1. de celebr. Miſſ. & Silu. verbo horæ. q. 8. dicit Papam in totum liberare clericos, vt nõ dicant horas, tutior eſt tamen prima opinio. Octauò, licet non poſſit facere, quòd decimæ in totum

27 *Papa quid poſſit in caſibus particularibus in multis.*

Digitized by Google

totum non ſoluantur, poteſt tamen aliquibus perſonis eas remittere, vel minuere, vt idem dicit in c.nobis tuam. de decim. in c. venerabilis. nu. 5. de confirm. vt. Nonò, poteſt laicos facere capaces ſpiritualium, vt dicit in c.fin. de conſuet. Decimò, cum ſua præſentia ſupplet omnẽ defectum, vt dicit in c.tua. nu.20. vt lit. non cont. & communicando cum excommunicatis non incurrit excommunicationem, licet ſic communicando ſine cauſa, minùs rectè faciat, vt idem dicit in c.ſi aliquando. de ſent.excom. Et etiam poteſt diſpenſare ſuper ſimonia vetita iure humano, cum ſic ſit prohibita tantum iure poſitiuo, vt idem dicit in c.mãdato.nu.6. de ſim.& etiam concedere vt ſimoniacus non reſtituat, licet id facere non debeat: vt dicit Anch.q.62.art.5. vt & diſpenſare poteſt in pœnis ſimoniæ, & in culpa, vbi eſt prohibita iure humano, vt in renunciatione ad fauorem, ſecus vbi eſt vetita iure diuino; non tamen ſuper vſuris eas concedendo, vt habetur in meo tr. de Vſuris, poteſt tamen vſuras relaxare ſi acceptæ ſunt de bonis clericorum, & eccleſiarũ, vel donare vſurario, & ſimiliter ſi acceptæ ſunt de bonis laicorum Papæ temporaliter ſubiectorum, vel in quos temporalem iuriſdictionem poteſt exercere, de potentia ſaltem abſoluta, ſi verò prædicta non concurrant, debet requirere dominos illarum, qui ſi renuant eas relaxare, ipſe id facere non debet: vt dicit Anch. quæſt.72.art.1. Vndecimò, poteſt abſoluere habentem rem alienam poſt annos præſcriptionis, ſi tamen adſit bona fides, & iuſtus titulus. cap.1. de præſcript. in 6. non tamen ſine bona fide. cap.fin. extra eod. Duodecimò, Papa poteſt concedere decimas clericorum alicui Principi, & ſibi etiam retinere, & etiam decimas laicorum alij concedere, vt dicit Anch.quæſt.73. per totum. Tertiodecimò, poteſt officium Papale, quò ad iuriſdictionem committere ſimplici clerico, vel laico, non autem quò ad plenam, vel immediatam adminiſtrationem: vt dicit Anch. quæſt.74. art. 1. nec totum officium Epiſcopale ſimplici ſacerdoti, quò ad ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, niſi in aliquibus caſibus, vt collatio ordinum minorũ, conſecratio virginum, & huiuſmodi, de quibus ſupra, ſed bene quæ ſunt iuriſdictionis, vt ibi dicit art.2. non enim poteſt dare facultatem non ſacerdoti conficiendi corpus Chriſti, vt dicit Abb. in c.aqua. de conſecr. eccl. & poteſt etiam ſimplici laico committere officium clericale, quò ad ea quæ ſunt iuriſdictionis, non ordinis, vt ibi dicit. art. 3.

Digitized by Google

Quartodecimò, Papa ſolus poteſt vltra contenta in libello pronſiciare: vt dicit Abb. in c. ex conquæſtione. de reſtit. ſpol. num. 15. & litigantes ſuper beneficiis compellere ad compoſitionem, vt idem dicit in c. cum inter. num. 1. & 7. de elect. & poteſt etiam cognoſcere de cauſa propria, etiam ſi criminaliter agatur, vt dicit Abb. in c. ſi quis nu. 21. de foro compet. ídque ex poteſtate abſoluta non ordinaria, vt dicit Butr. in c. cum veniſſent. de iudic. ſi tamen ſubditus ei nõ ſit temporaliter litigans, poteſt recuſari, & ſi cauſa ſit grauis, Concilium iudicabit, ſi in arbitrum aſſumatur, vt idẽ dicit Hoſt. Ioan. Andr. in c. ex parte. de verb. ſign. Quintodecimò, Papa poteſt facere, vt quis non incurrat excõmunicationem, licet participet excommunicato, vt dicit Abb. in cap. nulli de ſent. excom. Decimoſextò, licet generaliter ſtatuere non poſſit, vt dicto vnius ſtetur, cum ad dictum vnius nemo condemnetur iure diuino. Num. 35. c. indicas. 3. q. 9. nec quod duo teſtes in omni cauſa non ſufficiant, vt habetur Ioan. 8. c. in nomine. de teſtib. poteſt tamen cõtrarium in aliquibus cauſis ſtatuere, quos recenſet Spec. de teſte. §. reſtat de numero. Decimoſeptimò, licet generaliter non poſſit matrimonia dirimere, ex cauſa tamen quandoque id facere poteſt. c. gaudemus. de diuort. quibus tamen caſibus matrimonium ibi verè non extitit, vt in frigidis, vt dicam infra in tract. Matr. poteſt etiam legata ad pias cauſas facta in alium vſum vertere, etiã ſine neceſſitate, quia eo caſu, & Epiſcopus id poſſet. clem. quia contingit, vbi glo. Card. & Imol. de relig. dom. Decimooctauò, poteſt etiam dare licẽtiam monacho, vt ad tempus cauſa prolis ſuſcipiendæ exeat clauſtrum, & vxorem ducat, vt dicit Ioan. And. in reg. ſemel Deo. de reg. iur. in 6. & melius dicendum eſt, vt in perpetuum id concedat, vt dicit Abb. in c. ex publico, de conu. coniug. cum matrimonium ad tempus contrahi non poſſit, nec poſſet eſſe monachus, niſi ſeruet continentiam, & careat proprio: vt dicit Felin. in c. ſi quando. de reſcript. niſi, vt ſupra, Papa diſpenſet. Decimonono, Papa ſolus poteſt diſpenſare ſuper non reſidentia in perpetuum in beneficio, ad tempus verò Epiſcopo id licet, vt dicit Abb. in c. extirpandæ. §, qui verò. de præb. quod qualiter ſit intelligendum, habetur in tract. de Reſidentia. Vigeſimò, poteſt diſpenſare cum ſubdiacono, vt matrimonium contrahat, cum iure poſitiuo ſacer ſit ordo ei annexus, vt dicit Innoc. & alij in c. cum ad monaſterium. de ſtatu relig. & etiam

monacho,

monacho,& ſacerdoti ex cauſa magna,vt ibi notatur,& eſt dictum ſupra,& habetur latè in tract. Ord.& tr.Matr. Vigeſimoprimò,ab Imperatore ad Papam appellatur in ſpectantibus ad ſalutem animæ , vt dicit Berous in reg. de conſtit. nu.39. Vigeſimoſecundò,ei ſoli creditur de ſuo facto teſtãti, vbi de gratia eius,vel diſpoſitione agitur.clem.1.de probat. Card.in conſ.128.& dare poteſt facultatem laico, vt cũ clericis eligat in eccleſia collegiata,vt dicit gl.& Doct. in c.nobis.de iure patr. Vigeſimotertiò, licet poſſit diſpenſare ſuper homicidio voluntario,non ſolet tamen diſpenſare,niſi rarò, & ex magna cauſa , quò ad ordinis executionem , vt dicit Couarr.in clem.ſi furioſus.2.p.§.3. nu.3. ver.hinc planè, niſi cum religioſo,vel qui velit eſſe de genere mendicantium, vt ibi dicit.Hoſt.& Abb.in c.ſicut dignum. de homic. Borgaſ.de Irregul.p.3.concl.2. ſicut & cum difficultate diſpẽſat cum ordinem ſuſceptum bis recipiente.c.ſaluberrimam.1.q. vlt.& ſimiliter cũ bis baptizato.c.eos.c.ſi bis.de conſec. diſt. 4.& qui ab hæreticis eſt ordinatus catholicis omiſſis , quorum copiam habebat.c.conuenientibus. 1.q.7. & qui per ſimoniam eſt ordinatus.9.q.1.& 2.per totum.& tradit Borgaſ. loco cit. & poteſt dare facultatem clericis teſtandi de bonis eccleſiæ,vt not. in c.cum eſſes de teſtam. & conferre poteſt beneficia vacantia in menſibus ordinariorum,etiam abſque derogatione, & maiora beneficia ad eum ſpectat conferre, de quibus loco ſuo.Flam.Pariſ.de reſig.ben.lib.7.q.11. quæ ibi recenſet,& dixi tract.de collatione. Vigeſimoquartò , vt omnia vno verbo concludam , cum diſputare de Papæ poteſtate,vt ſacrilegium habeatur.c.nemini.1.q. 4. Papa omnia poteſt in his, quæ ſunt iuris poſitiui claue non errante, vt not. in c. propoſuit.de conceſſ. præb. licet quò ad Deum non debeat tollere ius poſitiuum, quando eſt fundatũ ſuper bono & æquo: vt dicit Abb.in d.c.extirpandæ.§.qui verò.de præb.Idque ex plenitudine poteſtatis quam habet ſuper ius poſitiuum,& vniuerſam eccleſiam , qui tamen non videtur vti plenitudine poteſtatis , niſi expreſsè dicat, vt dicit Abb. in c.fi.de matr.contr.vel niſi dicat ex certa ſcientia, vel non obſtante , vt dictum eſt ſupra , cum regulariter non debeat vti plenitudine poteſtatis ſine cauſa, vt not. in c. illa quotidiana, de elect. dicitur verò claue non errante , quia poteſt decipi in facto , ita vt ab eo ligatus ſit abſolutus apud Deũ, & è conuerſo , vt not. in c. à nobis. 2. de ſent. excom.

Digitized by Google

Vigeſimoquintò, Papa poteſt in præiudicium ordinariorum omnia beneficia ritè conferre. Ioan. de Selua. tract. de Benef. p. 3. q. 60. in fi. & eos poteſt præuenire in conferendo etiam ſi ij ad actum conferendi deuenerint. Menoch. conſ. 83. nu. 9. cum ſeq. lib. 1. cum ſit creator beneficiorum, & licet inferioribus liberam dederit facultatem conferendi beneficia, maiorem tamen penes ſe retinuit. Cald. conſ. 3. tit. de præb. & etiam nulla data negligentia ordinariorum poteſt omnia beneficia mundi cuicunque & quandocunque cōferre. Abb. in c. quia diuerſitatem. 5. not. de conceſſ. præb. & expectatiuas ad omnes menſes concedere, & collationem omnium beneficiorum orbis ſibi reſeruare. Gomeſ. tract. de grat. expect. nu. 12. & expectatiuas concedere non obſtante Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 19. & etiam penſiones imponere ſine cōſenſu beneficiati. Gig. de pēſ. q. 6. Caputaquen. deciſ. 316. part. 2. qui & duos in Epiſcopatu vno conſtituere poteſt. Lamb. de iure patron. lib. 2. 1. par. q. 9. princip. art. 17. nec vllo tempore limitato reſtringitur ad conferendum. idem d. lib. 2. part. 3. q. 9. princ. art. 8. nu. 9. & dare Epiſcopatum alicui ea lege ne vacet beneficium, quod ante habebat. idem d. lib. 2. 3. p. q. 9. princ. art. 19. nu. 3. & concedere laicis ius conferendi, & eligendi. idem lib. 1. part. 1. q. 10. princ. art. 2. nu. 2. & poteſt concedere vt quis eligat ſibi ſucceſſorem in beneficio. idem lib. 1. par. 1. q. 9. princ. art. 3. & poteſt conferre beneficium nulla facta mentione expectantis: vt dicit Mandoſ. in reg. 3. q. 13. num. 5. & in cauſis fidei, non Concilio, ſed Deo ſubmittitur. Germon. de ſacr. imm. lib. 3. c. 11. num. 10. cum ſeq. & poteſt committere cauſas ſpirituales laicis. Abb. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. d. tamen Abb. in c. literas. de reſtit. ſpol. eum nō poſſe dare facultatem Principibus ſecularibus condemnandi clericos, generaliter ſcilicet & poteſt indicere religioſis ſtrictiorem vitam, iuxta ordinum ſuorum ſtatuta, vt quòd non exeant domum. Abb. in cap. ſuper eo. de regul. & poteſt prælatis ſecularibus impedire ingreſſum religionis, & aliquibus aliis particularibus. Abb in c. licet. eod. tit. Idem etiam merè temporalia, & prophana coercet, ſi animarum ſalus id poſcat: vt dicit Tertul. lib. 1. ad vxorē. & poteſt quemcunque in quocunque loco in ius vocare. Bart. in tract. ad reprimendam. verbo. per edictum. & Imperiū ab eo pendet. Card. Albanus tract. de poteſt. Papæ 2. p nu. 16. cum ſeq. Aret. cōſ. 59. Abb. conſ. 28. lib. 1. & proinde ſubditos Imperio

Digitized by Google

perio à iuramẽto fidelitatis abſoluere poteſt, & Imperium transferre quocũque voluerit, & Imperatorem ex cauſa deponere. Germ. de ſacr. immu. lib. 3. in procem. num. 5. 10. & eod. lib. 3. c. 13. nu. 38. ac alios Principes, vt ibi dicit, & de fœcere violato inter Principes cognoſcit idem d. c. num. 57. & de præcedentia inter Principes cognoſcit. Germ. d. lib. 3. de ſacr. immu. c. 13. nu. 61. & Papa vacante principatu non recognoſcente ſuperiorem ſuccedit in iuſtitia exequenda. Felin. in c. licet ex ſuſcepto. de foro compet.

Et in ſumma, *Papa omnia poteſt in his quæ ſunt iuris humani poſitiui, & interpretari, ac declarare ius diuinũ in aliquo caſu particulari non habere locum*, vt ſupra eſt dictum, ita quòd de eius poteſtate contendere, ſit ponere os in cœlum, & quædam ſpecies ſacrilegij. Lamber. de iure patron. lib. 1. par. 1. q. 8. princ. art. 4. num. 1. cum ſit, & dicatur Chriſti Vicarius, & quaſi Deus in terris, maior quouis homine, vt dicit Germ. lib. 3. de ſacr. immun. c. 11. nu. 9. cum ſeq. & quod ipſe facit, non humanus Princeps, ſed Deus ipſe facere videtur, cuius vicem gerit in terris c. 2. & 3. de tranſl. ep. Germ. d. lib. 3. c. 15. nu 73. & contra eius ſupremam poteſtatem non cadit præſcriptio. c. cum nobis. de præſcript. niſi in caſibus, de quibus ibi Felin. nu. 3. & in omni iuramento eius poteſtas excipitur. gl. in c. ſignificaſti. de elect. Vnde & dicitur iudicum maximus. D. Aug. lib. 2. de bapt con. Don. c. 1. c. puto. 2. q. 7. & monarcha ſpiritualis, vt dicit Dec. conſ. 494 circa fin. ordinarius omnium ordinariorum Caput aquen. deciſ. 282. nu. 3. part. 1. & orbis Epiſcopus, Princeps, ac Rector. Germ. de Ind. §. Epiſcopus. nu. 24. & 32. & aliis nominibus inſignitus ob eius ſupremam poteſtatem, de quibus ſupra eſt dictum, & latius tract. de Rom. Pont. lib. tract. Theolog. & etiam maiorem poteſtatem dicitur habere in terris, quàm habeant ſancti, quòd ad regimen eccleſiæ attinet. Paulus de Citad. de iure patr. 3. par. nu. 8. & idem Tribunal facit, cum Chriſto cum ſit eius Vicarius. Cardin. Paleot. de ſacro Conſiſt. memb. 5. cui & ineſt ſumma perfectio, & ſapientia, idem d. lib. 2. p. q. 2.

28 *Papa eminẽs poteſtas.*

29 *Papa nomina eminentia.*

Ei tamen non licet peccare contra legem naturalem, aut diuinam in ſe tranſgrediendo Decalogi præcepta, nec tollere ius diuinum, aut articulos fidei, vt ſupra eſt dictum, niſi declarando & interpretando, vt ſupra. Is etiam tenetur ſtare promiſſis. Germ. de Indult. §. alioquin. nu. 12. & 13. nec po-

30 *Papa quæ non liceant.*

teſt ſe Concilio ſubjicere. Germ. deciſ. 11. lib. 3. de ſacr. immu. num. 48. nec poteſt ſubditos à ſua iuriſdictione abdicare, nec adminiſtrationem ſuæ iuriſdictionis, etiam iuramento vel voto accedente omittere, idem ibi, num. 90. & licet homo ſit, humanitatis tamen paſſiones exuere debet. Phil. 3. Germ. de Indult. §. ſextus. num. 9. & iure quodam naturali ſuadetur ad ſeruandam ſuam legem. l. digna vox. C. de leg. Germ. de Indult. §. alioquin. num. 28. & Lamb. de iure patr. lib. 1. 2. p. q. 11. princ. art. 8. num. 3. dicit, eum nõ poſſe præiudicare iuri tertij, niſi ex cauſa, licet de plenitudine poteſtatis poſſit nuda voluntate aliquem beneficio priuare. Imol. in c. 2. de præb. in 6. non tamen re patrimoniali. Butr. Innoc. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. nec poteſt ſibi eligere ſucceſſorem. Abb. in rubr. de teſtam. qui & etiam dicit, in c. 1. num. 3. de celeb. Miſſ. quòd non poteſt dare licentiam clericis, quòd non dicant officium, ſed tantum quòd mutent, idem non diſpenſat contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ. Abb. in c. propoſuit. de conceſſ. præb. nec in aliis caſibus ibi enumeratis, vt nec alienat bona eccleſiæ ſine cauſa. Abb. in c. cum veniſſent. de iudic. nec diſpenſat ſi decoloraretur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ. idem in cap. ſignificaſti. de elect. & confiteri decet confeſſori eum à ſe electo frequẽter, licet is non ſubjiciatur canoni, omnis vtriuſque ſex. de pœnit. & remiſſ.

31 *Papa quæ nõ ſoleat agere.* Non ſolet tamen Papa derogare indultis ordinariis. Puteus deciſ. 422. lib. 2. arg. cap. ſi à ſede. de præb. in 6. & præfertur primò prouiſus, vt ibi habetur, imò, & ſi Papa beneficia vacantia in curia non conferat intra menſem, illi ad quos collatio illa pertinebat, illa conferent. cap. ſtatutum. eo. in 6. quaſi ea nõ curet, nec præiudicare iuri tertio quæſito. Lamb. de iure patr. lib. 3. 8. q. princip. art. 2. num. 6. Nec Papa habet iuriſdictionem, quò ad temporalia in terris regis. c. per venerabilem. cum communi. §. rationibus. qui fi. ſint leg. niſi in caſibus exceptis, vt vacante Imperio, &c. vnde ſibi non ſubditum, quò ad temporalia legitimare non poteſt. Iaſ. cõſ. 70. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 91. nu. 22. vol. 4. cum cõmuni. qui nec iuxta Theologos poteſt diſpenſare in matrimonio carnali copula non conſummato. Couar. in epit. 4. decr. §. 4. num. 13. niſi per ingreſſum religionis, & hæc opinio eſt tutior, licet Curt. contrariũ ſenſerit conſ. 170. qui & licet cauſas eccleſiaſticas poſſit laicis delegare, non poteſt tamen eis concedere iuriſdi

iuriſdictionem ordinariam in clericos. Clar. q.40.ver. quid dicendum.& q.41.§.fi.ver.ſed quid.cum communi.

Idem non intendit præiudicare iuri tertio quęſito. Lamb. de iure patro.lib.2.3.p.1.q.princip.art.9. nec præiudicare iuri patronatus laicorum, niſi conſtet de certa ſcientia Papæ; idem d.lib. 2.3.p.q.9. princ. art. 15. vnde eius conceſſiones intelliguntur cum iuſtitia, & ſaluo iure alterius.c. ſi quando.de reſcript.l.authoritatem.l.meminimus. C.vnde vi. nec dando licentiam clericis teſtandi, id agit ſine cauſa, licèt & ſine cauſa valeat.Germ.de ind.§.quod in Romanam.nu.24. cum ſeq. nec præſumitur velle mutare naturam beneficij. Cald.conſ.26.Comez.tr.de grat.expect.nu.94. & ſi habili ad canonicatum concedit præbendam canonicalem, etiam canonicatum ei aſſignare, vel conferre cenſetur. glo.in c.propoſuit.de conceſſ. præben. qui & ſi diſpenſat crimen remittens,inquiſitionem,& accuſationem tollit. Dec. conſil. 136. Soarez verbo,diſpenſatio,cum communi;qui & ſententiam nulliter latam, confirmare poteſt.Bened.Capr.reg.54.num. 33.cum communi. Non tamen ſtatur verbis narratiuis Papæ in probando delictum, nec vbi agitur de confiſcatione bonorum. Hier. Gabr. conſ.79. num.5.cum magis communi. qui & vbi cauſam auocat,acta poſt per iudicem etiam auocationis inſcium,irrita ſunt,quod fit dum Papa de cauſa cognoſcere incipit,modo fiat motu proprio,& non ad inſtantiam partis. Ripa cum communi.in c.cum M. cũ aliis. num. 56.96.97.196.de conſtit.qui & poteſt dare facultatẽ teſtandi de bonis quæſitis intuitu eccleſiæ. Dec.cum communi,in conſ. 157. & de plenitudine poteſtatis poteſt committere cauſam ſuſpecto,abſque poteſtate recuſandi. Abb. in c.hoc. de teſtib.in fi. vt & poteſt committere cauſam appellationis iudici à quo eſt appellatũ. Ant. de Trem.in addit.ad Bonac. in pract.excom.in rub. quæ contra reſcript. nu. 8. verbo,libellum, cum communi, qui tamen, niſi ex cauſa, non poteſt tollere priuilegium canonis, ſi quis ſuadente diabolo. Soc.in c. peruenit. num. 395. de ſenten. excomm. vt ibi dicit;abſolutè tamen crederem id poſſe,cùm id ſit diſpoſitio humana,quam Papa tollere poteſt.c. propoſuit.de conceſſ. præb. 32 *Papa quæ non intendat agere.*

Ad ardua etiam explicanda, & nouam legẽ condendam, debet Papa vt conſilio Cardinalium: vt dicit Abb.in c. 2. de his quæ fiunt; cùm Cardinales ſint in quaſi poſſeſſione tali, 33 *Papa in quibus vti*

deceat Cardinaliũ conſilio, & quomodo.

vt idem dicit in c.ex geſtis.de cler.non reſid.ſed quia contra ſupremam poteſtatem Papæ non currit præſcriptio,& Cardinales aſſiſtunt Papæ per modum tantum conſilij , & miniſterij, & non additionis poteſtatis ad ipſum, vt ſuprà eſt dictum; ideò dicendum eſt Papam ſolum etiam ardua poſſe explicare,& Reges,ac Imperatorem,& Cardinales poſſe deponere ſine Concilio,vel conſilio Cardinaliũ. Dec.cũ communi,in rubr.de conſtitut.licèt quò ad opinionẽ hominum, magis præiudicium facere videatur ſi eorum conſilio vtatur,vt not.in d.c. qui & prudenter conſulere debet Theologos Iuriſtas , & viros doctos in quæſtionibus definiendis, vtendo authoritate ſacræ ſcripturæ , Conciliorum, traditionum,Canonum,ſanctorum Patrum,Scholaſticorum,Hiſtoricorum,&c. Valent.2.2.diſput.1.q.1.punct.7.

34 *Papa reſidẽtia vbi ſit, & an ſedẽ trãſferre poſſit.*

Circa verò Papæ reſidentiam , videtur mihi quòd Papa ſedem mutare non poſſit.c.rogamus. 24. q.1.not.Innoc. in cap.expoſuit.de dilat.Abb.in c.cum cura.de crim.falſi; ſicut nec aliam eccleſiam Romana maiorem facere poteſt ; nam cùm Petrus Domino iubente Romę ſit mortuus,& Epiſcopus ibi fuerit vſq; ad mortem;ex hoc facto Petri , effectum eſt,vt Romanus Epiſcopus ſit eius ſucceſſor,& ſic ibi ſedem figat vbi tenuit ipſe Petrus. Idem probatur ex Anacl. ep. 3. Pio I.ep.ad omnes eccleſias,& Marco ad Athanaſiũ,Marcello ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ,Lucio ep.ad cõſulta Epiſcoporum Galliarum,&c. Iulio epiſt. ad Epiſcopos congregatos Antiochię,Innoc.III.in c.vnam.de maior.& obed. in extr.communi.Innoc.IIII. in c.pro humani.de homic.in 6.qui Pontifices dicunt , eccleſiam Romanam eſſe caput totius orbis Domino iubente. Ex ex Concil.Niceno, vt teſtatur Iulius loco cit.c.18.& 19 & Conc.Flor. vt dicit Bann.2. 2.q.1.art.10.licèt ibi contrarium ſentiat , & ideò licèt Papa ob bella,vel huiuſmodi,aliò curiam transferat, adhuc dicetur Epiſcopus Romanus,& ſic Romanus Pontifex,& Eccleſia Romana,caput totius orbis;non eſt tamen de fide, quòd Papa ſedem mutare non poſſit,imò probabile eſt,vt ex cauſa poſſit curiam transferre , vt ſi Romana deſtrueretur , vt ſentit Sot.4.diſt 24.Bannes loco cit. Abb. in c.per venerabilem.qui filij ſint leg.Card.Alex.in c.nolite.11.diſt.quo tamen caſu adhuc is dicetur ſucceſſor Petri,& Chriſti Vicarius , & caput vniuerſæ Eccleſiæ , & Romanus Pontifex, cùm iure diuino Romanus Epiſcopus ſit Petri ſucceſſor , vt dicit Valent.

Digitized by Google

ſent.2.2.diſput.1.q.1.princ.punct. 7. ver. vtrum diuino, te-
ſtans de communi; qui & idem licèt ex cauſa poſſit alibi de-
gere,conuenientius tamen eſt, vt Romæ degat: primò ob
corpora Beatorum Petri & Pauli,quæ ibi quieſcunt. c.beati.
2.q.7.nec alibi poteſt viuere in tanta libertate Chriſtiana,
nec tantum fructum afferre,vt Romæ, in patrimonio Beati
Petri,nam ſi ſub aliquo domino terreno viueret, prædicta
non ita bene euenirent:vt dicit Anch. q.21. art.1. Nec debet
reſidere in patria propria, tum quia ob familiaritatem non
eſſet tantæ venerationis,& ob cognatos ſi non eſſet inſignis
ſanguine non ſic honore afficeretur, & ob vitiationem in-
uidiæ,vt ibi dicit art.2.Nec etiam debet diſcurrere per mun-
dum,ſed quieſcere Romæ,vbi Petrus quieuit, debet tamen
per miniſtros ſuos mundum viſitare, vt ibi dicit artic. 3. &
etiam tempore perſecutionis Antichriſti probabiliter ſedes
Papæ erit Romę,vt ibi dicit artic.4.& glo.2.Theſſal.2.quod
tamen Dei iudicio relinquitur.

Circa autem modum regendi Eccleſiã,licèt temerarium 35
fortè videatur illum velle edocere, qui ſupremũ habet Do- *Papa regimẽ*
ctorem, ſcilicet Spiritum ſanctum, à quo diuinitus in rebus *quale.*
agendis edocetur, & illuminatur: attamen dicendo, quod
probabile eſt,cùm eius finis ſit immediatè exaltatio hono-
ris Dei,& ſalus æterna animarum, curare omni conatu de-
bet,vt id omni ratione perficiatur, procurando, vt infideles
ad fidem conuertantur, hæretici ad vnitatem Eccleſiæ, &
ſchiſmatici redeant,errores in fide extantes auferantur, ec-
cleſiæ de prælatis dignis prouideatur, & vt eius miniſteria
rectè peragant curare,Reges & Principes eccleſiã adiuuent,
& eam fide incorrupta amplificẽt,praui denique mores,tum
cleri,tum populi Chriſtiani,bonis inſitis, euellantur, cultúſ-
que diuinus amplificetur,quæ licèt quacunque ratione fiãt,
ſatis videri poſſit, attamen cùm eius finis immediatus ſit,
æterna beatitudo, ad quam non niſi amore,& volũtate per-
uenitur,optimum erit in huiuſmodi regimine manſuetudi-
ne vti, ſic enim & animi facilius vincuntur,& diutius in bo-
no permanẽt,quod ſi nõ ſufficit,ad pœnas eſt deueniẽdum,
cùm & ipſę ſint medicinales, & homo eas expertus à noxiis
retrahatur;vt habetur infrà cap. de Satisfactione, in Sacra-
mẽto Pœnitẽtiæ in princ. vt & ſic quacunque ratione diui-
nus honor exaltetur,errores & vitia euellãtur,virtutes plan-
tentur, & omnes ad æternam ſalutem perueniant, quod
&

Digitized by Google

& ſentire videtur Origenes de Epiſcopis loquendo tr. 12. in Matt.c.20. & præ ſe ferre videntur Papæ inſignia, quæ ſunt inter cætera, frænum, & calcaria, vt ſic præ ſe feratur eum quandoque manſuetudine, quandoque rigore vti debere, quod & Dominus in parabola infirmi ſuper eius vulnus vinum, & oleum imponi iubens, edocuit. Lucæ 10. & præcipuè in præcepto dato Petro de modo peccatorem corrigendi. Mat. 18. & Greg. in paſtorali, vbi dicit, Eccleſiam quaſi quinque modis ſe habere in vitiorum correctione, primò, per diſſimulationem, ſecundò, per maturam tolerationem, tertiò, per ſubtilem inueſtigationem, quartò, per duram increpationem, quintò, per omnimodã exterminationem, in hoc Dei iudicium imitando, qui multa mala in præſenti diſſimulat, multa eorum tolerat, multa ſubtili indagatione ad lucem deducit, multa flagellis fortiter increpat, & multa omnino exterminat; & alia etiã remedia adhibere poterit, quæ traduntur in tr. de ſtatu Epiſcoporum, qui & prudenter vti debet conſilio Cardinalium, qui ſunt Papæ cõſiliarij ordinarij & perpetui, vt pluribus probat Card. Pal. de ſacr. Conciſt. par. 1. q. 1. 2. 3. 4. & 5. ego tamen non admitterem, quod ipſe dicit q. 2. in fin. quòd vbi procedit via ordinaria teneatur ex neceſſitate eos in conſilium adhibere, ex dictis ſuprà num. 33.

36 *Papa an poſſit Papatui renunciare.* Quò ad quintum, & vltimum, clarum eſt Papam poſſe renuntiare Papatui, vt eſt diffinitum in c. 1. de renunc. in 6. nam licèt Papatus ſit à Deo, eſt tamen ita à Deo, vt ſit etiam ab homine, cooperante eius conſenſu & volitione, vnde & tolli id poteſt contrario diſſenſu, & nolitione, & ſic renunciatione, & ſic Clemens, Cyriacus, Marcellinus, & Cœleſtinus renunciarunt: & ideò licèt poteſtas Papalis, prout eſt in ſede Romana, habeat fundamentum diuinum, & ſic nunquam deſtruatur, ſed prout eſt in perſona, quæ eſt in ſede habeat fundamentum ex eius conſenſu ex parte eius, ideò illo conſenſu deſtructo, deſtruitur, & illa poteſtas non in ſe, ſed in illa perſona, quæ erat in ſede; vnde cùm quodlibet deſtruatur eo modo quod eſt ligatum, ſicut conſenſu Papa conſtituitur, ſic diſſenſu deſinit eſſe: vt dicit Ancho. q. 4. per totum. ſic tamen vt collegium Cardinalium, qui in hoc eccleſiam repræſentant, renunciationi conſentiant, aliàs renunciatio non teneret. c. inter corporalia. de tranſl. prælat. Innoc. in c. niſi cùm pridem. col. 10. de reſcript. Fel. in c. quæ in

Renunciatio Papatus Cardinalib. conſentientibus fieri poteſt.

Digitized by Google

in eccleſiarum num. 43. de conſtit. & etiam vt non cogatur renunciare, cum ad id cogi non poſſit, vt dicunt prædicti, & poteſt renunciare etiam quòd vouerit, vel iurauerit id non agere, ex cauſa iuſta, & etiam ſi ſit idoneus, & etiam per procuratorem, non tamen in fauorem. Pariſ. de reſig. ben. lib. 2. quæſt. 1. & ſic agens remanet Cardinalis, niſi & id reſignet, ſi tamen per ſimoniam eſſet electus dimittere tenetur Papatum in foro conſcientiæ, ex iuribus alleg. in cap. de elect. Rom. Pont. & etiam quia initium eſt vitioſum, & beneficium ſine canonica inſtitutione obtineri non poteſt. c. 1. de reg. iur. in 6. & in foro etiam exteriori poſſet deponi, ex Bulla 10. Iulij II. alleg. ibid. imò nec in foro conſcientię poteſt retinere Papatum, cum electio huiuſmodi ſit nulla, & nullum ei ius tribuat, ac ſi eſſet vera hæreſis, cum & Papa poſſit ſtatuere modum electionis futuri Pontificis, vt not. in c. licet de elect. & ita eſt indubiè tenendum, ex dicta Bulla, & aliis deductis ibi, etiam in foro conſcientiæ.

Papa per ſimoniam electus debet papatui renunciare.

Quo demum ad depoſitionem. *Papa pro ſola hæreſi vera, & propria deponi poteſt.* Et ſi Papa. vbi gl. diſt. 40. & in c. de renunc. in 6. not. Abb. in c. quia diligentia, de elect.

Papa hæreticus an poſſit deponi, & quomodo, & ob alia non.

Ratione probatur, nam eligitur Papa in caput totius eccleſiæ. Epheſ. 1. principium verò vitæ ſpiritualis eſt fides. Heb. 11. vnde ſi Papa deprehendatur à fide alienus mortuus eſt vita ſpirituali, & conſequenter aliis vitam influere non poteſt, vnde ſicut homo mortuus non eſt homo, ſic *Papa in hæreſim lapſus non eſt Papa*, ſed eſt ipſo facto depoſitus, quia licet dum eſt Papa, & fidelis, non habeat ſuperiorem ſupra ſe, tamen quando labitur in hæreſim præciſus eſt ab eccleſia, & deſinit eſſe caput, & vt caput à corpore præciſum non poteſt eſſe caput illius corporis, à quo eſt præciſum, ſic Papa per hæreſim præciſus non poteſt eſſe caput eccleſiæ à qua eſt præciſus: cum extra eccleſiam non poſſint haberi claues eccleſiæ, & hoc caſu ſeipſum deponit, nec ab aliquo iudicatur, ſed à Concilio declaratur eſſe depoſitus. Card. Alex. in d. c. ſi Papa. vbi Præpoſ. cum communi Theol. quæ tamen intelliguntur, quando nollet emendari, aliàs enim non debet declarari depoſitus, vt dicit gloſſ. in d. cap. ſi Papa. diſtin. 40. Quòd ſi Papa labatur in alia peccata, non eſt caput mortuum eccleſiæ, ſed languidum, & ſic non deſinit eſſe caput, ita quòd nec pro peccato notorio adulterij, ſimoniæ, & huiuſmodi, poſſit accuſari, licet eſſet incorrigibilis, quamuis

gloſſ.

Digitized by Google

gloſſ.in d.cap. ſi Papa,contrarium ſentiat, ſed minus rectè; cum ſit contra tex.ibi, qui habet pro ſola hæreſi poſſe iudicari,& probatur etiam in cap.eiectionem.diſt.79.in cap.ipſi ſunt.9.quæſt.3.& in c.cuncta.ead.cauſa.in c.oues.2.q.7.quæ habent Papam nec à Concilio,nec à toto mundo poſſe iudicari.Mod.in c.at ſi clerici.de iudic. Innoc.in c.licet.de elect. ſed quando labitur in hæreſim poſſe declarari eũ eſſe extra eccleſiam,& ſic non eſſe eius caput,quod intelligitur de vera hæreſi,& propria,vt ſupra,etiam ſi erret in tenui articulo fidei,vel ſit dubius in fide cum pertinacia,vt ſupra,gl.in cap. nos.40. diſt. quæ intelliguntur de peccatis aliis commiſſis ante,vel poſt electionem, ſi enim in ſedem Petri per ſimoniacam labem eſſet intronizatus,eiici debet, vt probatur in cap.de elect. Rom. Pont. cum initium fuerit vitioſum, & beneficium ſine canonica inſtitutione obtineri non poſſit. cap.1.de reg.iur.in 6.vt ſupra.

Quòd ſi Papa,quod Deus auertat,prauis moribus totam eccleſiam ſcandalizaret, vt quia decoloraret vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, venderet beneficia, & huiuſmodi, eccleſia habet illi reſiſtere per honeſtam reprehenſionem,vt Paulus reſtitit in faciem Petro.Gal.2.tamen deponi non poſſet: ſecundò, ad Deum per orationes eſſet ab eccleſia recurrendum,vt eius animum flecteret,vt fecit Hilarius contra Leonem Papam, vel eum de medio tolleret,& contra eum eſſet Concilium conuocandum, vt ſic flecteretur, licet non eſſet legitimum ſine eius authoritate conuocatum in caſu iſto. diſtin.15.per totum. In caſu tamen hæreſis Concilium congregatur per collegium Cardinalium, de qua hæreſi poteſt etiam poſt mortẽ accuſari,& damnari arg.c.ſi vera.24.q.3.& credibile eſt ſi eccleſiam turbaret è medio à Deo toleretur, vt eſt factum de Anaſtaſio, qui fauendo malis diuino iudicio aſſidendo percuſſus dicitur.cap.Anaſtaſius.9.diſt.& eo caſu Papa depoſitus, ſicut prius maior erat omnibus hominibus,fit minimus omniũ fidelium,quod tamen non legitur contigiſſe ob particularem curam, quam habet Deus de eccleſia ſua,qui nõ patitur caput eius in hęreſim labi,vt probatum eſt ſupra tract. de Rom. Pont.in hæreſibus, quæ dicta ibi iungi poſſunt huic capiti, vt ſic habeatur plena materia de Romano Pontifice,ad laudem Dei Optimi Maximi.

Papa errare poteſt in moribus.

Ex prædictis colligitur, Papã in eius officio peccare poſſe,ſi in hæreſim labitur, ſi per ſimoniam ſit electus, ſi diſpenſet

ſpenſet in iure diuino, vel naturali, caſibus quibus ei declarare ius diuinum, vel naturale non licet: de quibus ſupra, vel ſi decoloret ſtatum vniuerſalis eccleſiæ, vel ſi alienet bona eccleſiæ, vel ea infeudet ſine cauſa, vel beneficia indigno omiſſo melioti, conferat. Si ſimoniam committit, ſi ardua ſine conſilio Cardinalium, abſque cauſa explicauit, & alia, de quibus ſupra in materia eſt dictum, eum agere non poſſe, vel non debere, peragat, quod non creditur, nec præſumitur, hodierno tempore maximè cum ſanctiſimi ſint.

DE STATV ILLVSTRISSIMORVM DD. CARDINALIVM.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium nomen vnde, cum eorum prærogatiuis.*
2 *Cardinalium origo quando cœperit, & nomen.*
3 *Cardinalium officia quæ.*
4 *Cardinales an ſint in ſtatu perfectionis, & potiores Epiſcopis.*
5 *Cardinalium claſſes quot.*
6 *Cardinales quales creandi, & vnde.*
7 *Cardinales quis creet.*
8 *Cardinales qua forma, & tempore creentur.*
9 *Cardinalium dignitas, poteſtas, & prærogatiua quæ.*
10 *Cardinales quid agere debeant.*
11 *Cardinales qualiter peccare poſſint.*

CONGRVO loco dicendum eſt de ſtatu Cardinalium, poſt tractatum habitum ſupra de ſtatu Pontificis Maximi, qui poſt eum proximum locum obtinent, in quo primò dicendum eſt de Cardinalatu in ſe, de eius nomine, origine, perfectione, & diuiſione: ſecundò, qui creari poſſint Cardinales, & à quo: tertiò, qua forma: quartò, quæ, & quanta ſit eorum poteſtas, ac dignitas, & officium: quintò, an Cardinalatui renunciari poſſit, & an deponi queant.

Quò

1 Quò ad primum, dicendum eſt, nomen Cardinalis idem fere ſignificare, quod principalis, vel is à quo alij pendent, vt à Cardine oſtia pendere ſolent. Vnde & venti Cardinales, & virtutes Cardinales, & puncta cœli Cardinalia dici ſolent, & dicuntur cardines orbis, vt eccleſiæ molem omni ope fulcire conentur, tanquam eius clariſſima lumina, & conſiliarij Papæ pro totius eccleſiæ vtilitate: & hoc eſt præcipuum eorum munus non ſine afflatu Dei in eccleſia inſtitutum ad Papam iuuandum, & in conſiſtorio conſilia ſua ei referenda; vnde in Conſiſtorio locum Cherubim ob rerum cognitionem obtinent: vt dicit Paleot. de ſacro Conſiſt. 1. concl. membr. 4. & 5. qui & dicit loco Apoſtolorum, Chriſto aſſiſtentium ſucceſſiſſe, & eſſe in ſtatu perfectonis acquiſitæ non acquirendæ, vt idem dicit ibi memb. 5. Turr. Cr. de eccleſ. lib. 1. c. 8. & etiam dicuntur eccleſiæ columnæ, Senatores & Reges. Pariſ. de reſig. ben. lib. 7. q. 12. hinc Cardinales dicuntur eo quòd ſint primæ perſonæ ad quas, vt ad Papæ ſenatum, ſumma negotiorum omnium Chriſtianorum defertur, vel ſacerdotes præcipui, & principales. c. 2. de offic. Archipresb. & ibi glo. vel quòd Apoſtolicæ ſedi inſeruiant, quæ axis, & veluti cardo aliarum eccleſiarum eſt. c. ſacroſancta. 22. diſt. vel quòd præſint eccleſiis Cardinalibus in quibus baptiſma conferebatur, vt videtur colligi ex Conc. Meldenſi can. 3. vbi ſtatuitur titulos Cardinales in vrbibus, vel ſuburbiis conſtitutos Epiſcopum canonicè debere ordinare, & diſponere, & ex Io. Diacono in vita S. Gregorij lib. 3. c. 11. vbi cardinem vocat Cardinalem titulum, vel eccleſiam, inde qui illis eccleſiis prçerant dicti ſunt Cardinales, qui & ob eorum eminentiam, & propinquitatem ad Papam dicuntur pars corporis Papæ. c. quiſquis. 6. q. 1. clem. fœlicis. de pœnis. ſicut Senatores dicuntur pars corporis Principis. l. quiſquis. ad leg. Iul. Maieſt. Dicuntur quoque fratres, & coadiutores Papæ cum quibus ipſe totum iudicat orbem. cap. per venerabilem. ver. rationibus. qui fil. ſint leg. c. fundamenta. §. decet, de elect. in 6. not. Abbas in c. eccleſia veſtra. 2. col. de elect. & in c. ex geſtis. de cler. non reſid. filij etiam primi gradus, vt dicit Io. And. & Imol. in cap. ſacris. de pœnis. in 6. & præ ſe ferunt ſacerdotes Leuitici generis, ſine quibus ſummus ſacerdos ardua non explicabat, vt habetur in cap. per venerabilem. d. ver. qui fil. ſint leg. vt ſic & Papa ſine eorum conſilio ardua non explicet, vt habetur in c. ex geſtis. cum ibi

Cardinaliũ nomen vnde, cũ eius prærogationis.

Cardinales, id eſt, Principes eccleſiæ columnæ primi & præcipui patres: metaphora ſumpta à Cardine oſtij.

Digitized by Google

ibi not. de cler. non reſid. & regibus æquiparantur, in tantum vt & ipſe Pontifex Maximus inter Cardinales ſe permiſceri, & Cardinalem quandoque dici non dedignetur. vt dicit Card. in cap. ſacroſancta. diſt. 22. vt & Imperator patitur, & vult ſe inter Senatores appellari quandoque. l. ius Senatorum. C. de dignit. lib. 12.

Quo verò ad ordinem Cardinalium, non ſatis conſtat, aliqui enim volunt eos eſſe diuino iure inſtitutos, & ſemper Papæ aſtitiſſe, ſicut ſacerdotes Leuitici Aaron ſummo ſacerdoti, vt habetur in Deut. 22. & refertur in d. c. per venerabilem. & vt Apoſtoli Chriſto aſtiterunt ante Aſcenſionem, & poſt Petro eorum Principi antequam ad prouincias conuertentas diſtribuerentur. Et reuera credibile eſt Papam nunquam extitiſſe ſine conſiliariis, & adiutoribus in tanti oneris miniſterio: maximè cum ei ſint datæ claues poteſtatis, & diſcretionis. Matth. 16. 18. ergo cum conſilio ſenum & prudentum omnia peragere habet, quod & D. Bern. lib. de conſid. ad Eugenium III. videtur inſinuare, dicens, *eos qui ſibi aſſiſtunt orbis iudices, ſeniores populi, à ſe ſumendos eſſe in conſilio; & ita poſt factum eum non pœnitebit*: ſed tamen quo tempore hoc nomen Cardinalis primum cœperit nuncupari, non ſatis liquet, licet probabile ſit præcipuos ſacerdotes ſemper Papæ aſtitiſſe, & fortè ij qui nunc Cardinales dicuntur, quòd ad eorum officium ſpectat. Sciendum enim tria eſſe officia Cardinalium: primum, commune cum cæteris Epiſcopis, presbyteris, & diaconis, cum Cardinales habeant prædicta officia: ſecundum, eligendi ſummum Pontificem: tertiò, ei perpetuò aſſiſtendi, & illum in eccleſia adminiſtranda ope, & conſilia iuuare. Ex his officiis primum eſt antiquiſſimũ, cum ſit iure diuino, & à tempore Apoſtolorum incœpit, ſecundum, & tertium pariter antiquiſſima ſunt, & tempore Apoſtolorum inchoata, non tamen eſt certum ſolos Cardinales his duobus officiis iunctos eſſe. Nam quòd ad electionẽ Papæ ſpectat poſt tempus Apoſtolorum per multos annos, quia erãt pauci presbyteri, & diaconi, omnes ſimul ad electionẽ Papæ Epiſcopi, & Concilia vocabantur, nec opus erat tunc diſtinguere Cardinales à non Cardinalibus, vt patet ex Cypr. lib. 2. ep. 7. & lib. 3. ep. 5. & 21. quib. locis nõ ſcribit ad ſolos Cardinales, ſed ad omnes presbyteros, & diaconos Romanæ eccleſiæ, & ipſi reſpondent. Creſcente verò clero omnes vocabãtur ad electionẽ faciendam,

2 *Cardinaliũ origo quãdo cœperit, & nomen.*

3 *Cardinaliũ officia quæ.*

Digitized by Google

ſed non omnes ad Concilia, ſed aliqui principales, qui Romæ, & in aliquibus aliis locis Cardinales dicebantur, vt patet ex Sinodo Gregorij lib.4. regiſtri. cap. 88. Deinde per multos annos omnes clerici non ſunt admiſſi ad Concilia, nec ad electionē, ſed quò ad electionem ſoli Cardinales, ab Alexandro III. in c. licet. de elect. qui tamen ibi dicit id incœpiſſe etiam ante, videlicet ſub Nicolao Papa, vbi tamen cum ipſis ad electionem concurrebat clerus, & populus, vt habetur in c.1.23.diſt.& in c.1.79.diſt.quia tamen Alexander, qui fuit anno 1079.ibi dicit, ante etiam à ſolis Cardinalibus Papam eligi ſolitum, & ſe ſolum ſtatuere, vt requirantur duæ partes Cardinalium, ante quæ tēpora fuere decem & ſeptem mutationes circa electionem Papæ vt tradit Bellarm.de cler.lib.1 cap.9. Quò ad aſſiſtentiam Cardinalium Papæ, ipſi modo ei aſſiſtunt, vt Apoſtoli aſtiterunt Chriſto, vt ſupra eſt dictum, vt probat Anch. q.9. attic.4. quòd verò iidem illi ſemper aſtiterint, licet ſit probabile, cum à tempore Apoſtolorum illi ſemper aſtiterint præcipui ſacerdotes, vt ſupra eſt dictum; tamen non eſt ita certum, & certum eſt ſub hoc nomine illi ſemper nō aſtitiſſe, cum hoc nomen cœperit appellari tantum ſub Gregorio I. vt patet lib.eius 5. epi.11.ad Fortunatum Epiſcopum, & lib.11.epiſt.34.& ſub Leone IX. vt patet in eius epiſt.ad Michaëlē. c.32.ex Conc. Rom.ſub Syluestro can.6.Et quandoque ante tempora Clementis V. & Ioannis XXII. fuere Pontificum conſiliarij, & Cardinales inferiores dignitate Epiſcopis, & ante diaconos Cardinales Epiſcopi ſubſcribebant, & gradu deprimi videbantur, qui fiebant Cardinales vſque ad Bonifacij tempora, vt dicit Ioan. And. in c. cum aliquibus.de reſcript.in 6. nam oportebat Cardinales electos renūciare Epiſcopatui ob beneficiorum prohibitam multiplicationē, donec permiſſum fuit titulum Cardinalatus cum Epiſcopatu retinere, ex quo titulo Cardinales denominabantur, vt not.in cap.ex his. de cler.nō reſid. & certum eſt Cardinales ante ea tempora collegium non conſtituiſſe, nec ſic Papæ aſtitiſſe, & etiam ante fortè non aſſiſtebant Papæ in conſiliis: nam in rebus grauibus Papa cōuocabat primis ſexcentis, vel octingentis annis, Epiſcopos Italiæ vbi aderant & Cardinales presbyteri, ſed Epiſcopi primum locum tenebāt, donec his poſtremis ſexcentis, vel ſeptingentis annis, vſu docente, ob incommoda multa cœpere paulatim omitti Cōcilia nationalia Italiæ, &
res

Digitized by Google

res tota redigi ad Cardinalium ſenatũ, quod & valdè commodùm eſt, vt ſenatus ſemper in promptu habeatur ſine detrimento particularium eccleſiarum, & vt Papa habeat conſiliarios magis inſtructos, & exercitatos, vt dicit Bellar. loco cit. Plena verò authoritas eſt eis tributa cum ſoli deſtinati ſunt Papæ electores.

Quo verò ad perfectionẽ Cardinalatus. *Cardinales ſunt in ſtatu perfectionis*, vt probatur ex Bernard. lib. de conſid. ad Eugenium III. vbi dicit, eos qui aſſumuntur ad eius conſilium debere eſſe viros probatos non probandos, & qui non volentes, ſed renuentes accedant, nec manus attendant, ſed neceſſitates, qui ſtent viriliter pro afflictis, & iudicent æquitate, qui ſint ad mores compoſiti, ad obedientiam ſubiecti, ad diſciplinam rigidi, ad fidem catholici, fides ad diſpenſationem, concordes ad pacem, in iudicio recti, in conſilio prouidi, in iubendo diſcreti, in loquendo modeſti, in aduerſitate ſecuri, in proſperitate deuoti, in hoſpitio non diſſoluti, in conuiuio non effuſi, in omnibus circunſpecti, quæ omnia conueniunt perfectis, non perficiendis, & ſic Cardinales repræſentant ſtatum perfectorum non perficiendorum; quòd ſi comparẽtur cum Epiſcopis, *maior eſt Epiſcopus preſbytero Cardinali, vel diacono ordinis poteſtate*, Tum quia maior eſt diœceſis Epiſcopi, quàm titulus Cardinalis prædicti, & maior etiam ibi habet iuriſdictionem Epiſcopus, quàm illi in illo. Si verò conſideretur loci dignitas, ſicut eccleſia Romana eſt dignior aliis, ſic clerici priores illius ſedis ſingulari dignitate, cæteris aliis Prælatis præfulgent honoris dignitate. Quod ſi conſideretur regimen Eccleſiæ vniuerſalis, maior eſt presbyter, vel diaconus Cardinalis Epiſcopo non Cardinali, quia Epiſcopus nũquam aſſumitur ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ, niſi rarò, vt in Conciliis generalibus, at Cardinales quotidiè Papæ aſſiſtunt, nec aliquod arduum negotium ſine eorum præſentia peragitur; Si verò charitatis ratio habeatur, ſe habent, vt excedentes & exceſſi, nam Cardinales aſſiſtunt Papæ, vt Apoſtoli Chriſto eius cõtemplationi vacantes, & ſic maiorẽ erga Deum charitatem habere tenentur: Epiſcopi verò, quia repræſentant ſtatum Apoſtolorum, vt miſſi ſunt in vniuerſum orbem curam animarum ſuſcipientes, in perfecta charitate proximi cunctos alios excedere debẽt, ſed quia dilectio Dei præponitur dilectioni proximi, ideò ſimpliciter Cardinales ſunt in

4 *Cardinales an ſint in ſtatu perfectionis, & potiores Epiſcopis.*

Quomodo Epiſcopus maior vel minor ſit Cardinali.

Digitized by Google

maiori ſtatu, & perfectiori charitatis, quàm Epiſcopi,& ſic ſimpliciter Epiſcopis ſunt maiores:vt dicit Anch.q.102.art. 1.& 2.& Bellarm. de clericis. lib.1.c.16. & in eis requiritur maior abdicatio temporalium, quàm in Epiſcopis,vel aliis Prælatis,quò ad affectum, cum repræſentent ſtatum requirentem maiorem charitatem in Deum: & etiam quia cum ſint conſiliarij, Papæ, & iudices orbis,maior in eis requiritur contemptus temporalium, quàm in aliis, ne iudicando peruertantur, licet neceſſaria non ſit actu abdicatio temporalium, quæ neceſſaria ſunt ad eorum dignitatem conſeruandam,vt ibi dicit art.3. Nec legatio ad quam quandoque deſtinantur diminuit de ſtatus eorum perfectione, cum legatio etiam tribuatur Chriſto. Ierem.49. & Apoſt.2.Cor.5. eam tribuat perfectis, quod & docet Bernard. loco cit.lib.4. de conſid.dicens;tales eſſe mittẽdos ad legationem qui poſt aurum non currant, ſed Chriſtum ſequantur, qui quæſtum legationem non æſtiment, ſed fructum qui vulgum non ſpernant,ſed doceant; diuitem nõ palpent,ſed terreant,pauperem non grauent,ſed foueant, manus Principum non paueant,ſed contemnant, qui Eccleſias nõ ſpolient,ſed emendent, qui marſupia non exhauriant, ſed crimina corrigant, qui ad Papam reuerſi non ditati, ſed fatigati accedant, nec quòd ex regnis ſumptuoſa abſtulerint lætẽtur, ſed quòd pacem regnis reliquerint,legem Barbaris, quietẽ monaſteriis, eccleſiis ordinem,clericis diſciplinam, Deo populum acceptabilem,ſectatorem bonorũ operũ. Quæ omnia ſunt perfectorum non perficiendorum, quæ indicant, & eorum indumenta,cappa enim lata indicat, dum totos humeros contegit, publicam perſonã, & authoritatem quam gerunt pro publico Reipublicæ Chriſtianæ bono, & dum is ad Conſiſtorium accedens,mantelletum deponit,indicatur eum omnes priuatos affectus exuere debere; purpura verò eum Papæ aſſiſtere debere, & eccleſiam vſque ad ſanguinis effuſionem defendere teneri, deſignat, vt & ſacer pileus, galerúſque,fidem, religionem, iuſtitiam, & zelum, quæ illi ineſſe debent,demonſtrant,Paleot.loco cit.membr.3.

Quid purpura & alia Cardinaliũ indumenta ſignificent.

5 Quo verò ad diuiſionem, diuiditur Cardinalatus in tres claſſes, vt alij ſint Epiſcopi Cardinales, alij presbyteri, alij diaconi Cardinales,ſic enim tituli eorum diſtinguuntur,habita ratione titulorum, quibus, vt Cardinales inſigniuntur, & in his ordinibus ſenior inter diaconos dicitur Decanus

Cardinaliũ claſſes quot.

Diacono

Diaconorum, & ſic de presbyteris, & Epiſcopis Cardinalibus; & qui cooptatione ſenior eſt inter Epiſcopos Cardinales, Decanus Collegij Cardinalium dicitur, vt dicit Hoſt. in c.2.de offic. Archipresb. Et ſic aliqui eorum tituli dicuntur Epiſcopales, vt Hoſtienſis, Velitrenſis, Portuenſis, Sabinienſis, Tuſculanenſis, Prænestinenſis, Albanenſis. Tituli presbyterorum Cardinalium ſunt, ſanctæ Crucis in Ieruſalem, ſanctorum Petri, & Marcellini, quatuor Coronatorum, &c. Tituli diaconorum ſunt, ſanctæ Luciæ in ſeptifoliis, ſanctæ Mariæ in Aquino, ſancti Theodori, &c. & ab his titulis olim Cardinales denominabantur, vt not. Abb. in c. ex his. de cler. non reſid. de quibus titulis agit plenè Onuphrius Panuinus lib. de Epiſcopatib. Spec. tit. de leg. §. ſequitur. non enim ſolet eligi Cardinalis, qui non ſit diaconus ſaltem clem. vt ij qui. §. illi verò. vbi Card. de æt. nec inter Cardinales ſuffragij ius habet, qui non ſit diaconus, vt ibi dicit, & Hoſt. in d. c. 2. Tituli verò presbyterorum ſunt viginti octo, Diaconorum decem octo, nō enim omnes Cardinales vocantur cum titulo, ſed reliqui vt plurimum Cardinales presbyteri, quos titulos enumerat Caſſad. in catal. gloriæ mundi. Conrad lib. 2. §. 2. §. 1. ver. inſtitutionem de inſtit. licet alij velint Epiſcopos non appellari cum titulo, ſed ſolos presbyteros, & diaconos, vt dicit Lauden. de Card. 2. p. q. 89. Papa tamen quando ad illos ſcribit ſemper eos appellat cum titulo. Inter Cardinalium verò titulos eminet Hoſtienſis, & primam ſedem poſt Papam tenet, & Papam conſecrat, & Imperatorem in conſecratione eius inungit, & cœremoniis illis intereſt; vt dicit Manfred. deciſ. 231. qui tituli quandoque fuere maiores, vel plures, quādoque pauciores, cum nec numerus Cardinalium ſit diffinitus, vt patebit in ſequentibus.

Quò ad ſecundum, & primò, quò ad patriam Cardinalium eligendorum, eligi eos decet ex toto orbe, dicente Bern. lib. 4. de conſid. ad Eugenium, *an non eligendi ex toto orbe orbem iudicaturi?* & in Concil. Baſilienſi ſeſſ. 23. decernitur, vt de omnibus regionibus Chriſtianitatis aſſumantur, & in Conc. Triden. ſeſſ. 24. cap. 1. idem ſtatuitur quantum commodè fieri poterit, ſi idonei reperiantur, ex omnibus nationibus Chriſtianitatis, à Papa aſſumendos, idque merito, primò, ad iuſtitiam ſeruandam, quia cum ſint iudices orbis, melius quiſque cognoſcit conditiones patriæ ſuæ, & de notis melius iudicat. 1. Eth. ſecundò, ad remouendam carna-

6 *Cardinales quales creādi, & vnde ex toto nempe orbe ſi poteſt fieri.*

lem affectionem, ſi enim ex vna patria eligantur ſuſpicio orietur, quòd vel ob preces, vel ſanguinis affectum id fiat: tertiò, ob conſeruandam vnitatem in populo Chriſtiano, cum contemptus cauſa ſit diuiſionis, motiuum enim principale ſchiſmatis Græcorum fuit, quòd non aſſumerentur ad honores eccleſiaſticos, licet malè fecerint: vt dicit Bern. loco cit. & Anch. loco prædicto. art. 4. licet Papa eos eligere poſſit vndecunque dummodo boni ſint; qui & vitæ integritate, ſciẽtia eminenti, & aliis requiſitis in Epiſcopo creãdo, vel eligendo. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. §. eæ verò, fulgere debent.

Cardinaliũ numerus 72. eſſe debet, ad nutum tamẽ Papæ.

Quo verò ad numerum Cardinalium, non eſt omnino certus, & determinatus, nam per temporum incrementa variatus eſt, nam in Conc. Rom. can. 6. ſtatuitur, vt Cardinales vrbis Romæ ſint tantum ſeptem; in Concil. Baſil. citat. decernitur, non debere excedere numerum vigintiquatuor, ex Bulla verò Sixti V. ſuper forma creandi Cardinales edita, de qua infra, ſtatuitur, vt non excedant numerum ſeptuagintaduorum, idque merito, cum tot fuerint diſcipuli Domini. Matt. 9. c. ſeptuaginta. 16. diſt. c. in nouo. 21. diſt. & etiam quia fuerunt tot linguæ, & nationes, ex quibus plures confugiũt ad ſedem Apoſtolicam: vt dicit Alb. in rubr. de ſtatu hom. Card. in clem. 2. §. irritum. q. 6. de elect. ſed tamen eſt in arbitrio Papæ numerum ex cauſa augere, vel minuere, vt dicit Corrad. lib. 2. c. 2. §. 1. ver. inſtitutionem. nu. 15. in temp. iud. prout ei videbitur expedire.

Quales debent eſſe Cardinales.

Quo verò ad eorum qualitates, in Conc. Baſil. loco cit. ſtatuitur, vt eligantur viri probi, moribus bonis inſigniti, non corpore vitiati iuſtis natalibus orti, licentiati vel Doctores in iure diuino, vel humano, ætatis annorum triginta, qui non ſint nepotes ex fratre, vel ſorore Cardinalium, quia tamen Papa non aſtringitur lege ſuorum prædeceſſorum, vel Conciliorum, quam ei mutare licet, vel in ea diſpenſare, & eſt ſupra ius, ideò tali decreto ſtare non tenetur, in Conc. verò Trid. loco cit. requiritur, vt in Cardinalibus concurrãt ea quæ idem Concilium ſtatuit in Epiſcopis adeſſe debere, videlicet, vt compleuerint triginta annos, graues ſint moribus, & in literis eruditi. cap. cum in cunctis. de elect. ex eod. Conc. ſeſſ. 7. de refor. c. 1. & vt per ſex menſes ante in ſacris fuerit conſtitutus, & in vniuerſitate ſtudiorum magiſter, vel Doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico,

Digitized by Google

co, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio ad alios docendos idoneus oſtendatur, & ſi regularis ſit à ſuis superioribus, ſimilem fidem habeat, ex eodem Conc. ſeſſ. 22. de refor. c. 2. & ſi Epiſcopi Cardinales ſint intra tres menſes conſecrantur. c. 2. ſeſſ. 23. de refor. in eod Conc. Ex Bulla demum Sixti V. loco cit. cum Nouella Iuſtiniani, requiritur, vt aſſumantur Cardinales ex clero, vel monaſterio, non ex laicis, & prius ſex menſibus, vel ſaltem tribus fuerit in ſacris, ex Conſtit. 6. & 128. Nou. Iuſtin. & ex Bulla ſanctiſſimi Sixti, & prius per annum clericus fuerit, & in habitu clericali inceſſerit; ex eius Bulla, vt refert Germon. lib. 2. de ſacr. immun. cap. 4. num. 1.

Quo verò ad cauſam efficientem Cardinalium, *Papa ſolus poteſt creare Cardinales, vt & eos deponere in cõſiſtorio.* Pariſ. de reſig. ben. lib. 7. q. 11. Ioan. And. & Abb. in c. ſanè. de conu. coniug Fel. & Dec. in cap. 1. de conſtit. nec collegium Cardinalium ſede vacante poteſt Cardinalem creare, vt dicit glo. in clem. ne Romani. ver. poteſtatis. de elect. Card. Alex. in c. nullus. 79. diſt. Manfred. deciſ. 386. licet eligere Papam poſſit, cum hoc nullam moram patiatur, id ſic, & quia à Papa ei id non conceſſum legitur, & eo tẽpore collegium aliam facultatem non habet, quàm ſit iure expreſſum: vt dixi ſupra in cap. de elect. Rom. Pont. Nec in creatione Cardinalium Papa conſenſum Cardinalium requirere tenetur, ſolus enim Papa id poteſt, vt dicunt Doct. ſupra cit. Concilium tamen generale neceſſitate exigente ex vſu vnum, vel duos Cardinales creare poteſt, vt dicit Iacobatius de Conc. lib. 6. art. q. 7. 1. Manfred. deciſ. 386. ſed quia Concilium vim non habet niſi à Papa confirmetur, vt dixi tom. I. tr. de Cõc. ideò hoc caſu ſentirem requiri confirmationem Papæ, vt etiam requiritur in omnibus aliis actibus Concilij, & poteſt etiam Papa inuitum Cardinalem creare ſi iam ſacris erat ordinibus initiatus, aliàs non, cum Cardinalatus officium, vel dignitas ordinem ſacrum requirat, quem ſuſcipere nemo inuitus cogi debet. arg. l. ſi quis ſacerdotium. ff. de mun. & hon. poterit tamẽ priuari beneficiis, quæ habet ſi id non acceptet. c. quæris. de æt. & qual. Abb. in c. & ſi vnanimiter. de poſtul. præl. tradit Cucch. de card. nu. 15. Ex lib. verò cœrem. ſect. 8. c. 1. 2. 3. & 4. in Cardinalium creatione is ordo ſeruatur, vt in primo Conſiſtorio Papa narret cauſas, quæ eum mouent ad Cardinales creandos, & ſi maior pars

7 *Cardinales quis creet, nempe ſolus Papa.*

collegij in eius venit ſententiam, poſt agitur de numero creandorum, & monentur cardinales, vt de perſonis eligendis cogitent. Tum in alio die conſiſtorium habeatur in quo nomina promouendorum ſignificentur, & mittatur ad infirmos cardinales pro eorum votis ſciendis, nec Papa niſi de conſenſu maioris partis collegij, nouos cardinales creet, licet, vt ſupra, ſine illis, eos creare poſſit, cum cardinales Papæ aſſiſtant per modum miniſterij, & non limitationem poteſtatis. Paleot. de ſacro conſiſt. p. 4. q. 1. & par. 1. q. 3. art. 2.

8 *Cardinales qua forma & tempore creentur.*

Quò ad tertium, *licet Papa in creatione cardinalium, ſicut nullius aſſenſum, ſic nullam formam ſeruare præcisè teneatur, attamen ea forma, & iure, & vſu eſt recepta, vt Cardinales honeſtandi ordinis gratia galero rubro vtantur, ex Decreto Innoc. IIII. & inſuper vterentur birreto rubro, & vehiculo per vrbem veherentur*, vt dicit Oldr. conſ. 63. Fel. in c. cum te. col. 6. de re iud. Anan. in c. ad liberandam de Iudæis. quorum inſignium, qualitatem, & modum, ac rationem aſſignat Manfr. tr. de card. c. 5. nec prius cardinalis plenum ius conſequitur, quàm ſibi à Papa galeri ferendi munus commiſſum ſit, niſi Papa ei conſtitutioni deroget, vt ſtatuit Eugenius IIII. vt dicit Iaſ. conſ. 145. Fel. in c. eam te. de reſcrip. & nouiter creatus iurat, honorem, & authoritatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & D. N. Papæ, ſe conſeruaturum, & aucturum, & pòſt Papa ei galerum imponit, verbis poſitis in lib. 1. cœrem. ſect. 8. c. 7. in fin. vt refert card. Paleot. de ſac. conſiſt. p. 1. q. 5. & tunc Papa dicitur aperire os nouo cardinali, cum mandat ei, vt in conſiliis, & votis ſolum Deum præ oculis habeat idem Pal. p. 5. q. 1. in fin. & hodie ex Bulla prædicta Sixti V. 50. incip. Poſtquam verus, diſponitur vt cardinales diaconi minores annis viginti duobus eſſe non poſſint, qui & ad ordines requiſitos intra annum promoueantur, & quòd cardinales ex omnibus nationibus creentur, & inter eos aſſumantur ſaltem quatuor magiſtri in Theologia; & quòd ſeptuaginta tantum eſſe poſſint, videlicet Epiſcopi ſex, presbyteri quinquaginta ſex, diaconi decem, & quòd cardinalis diaconorum prior, aut ſequens in quarta vacatione Epiſcopatuum promouendus eſt ad eccleſiam vacantem.

Menſe Decembri creã.

Quo verò ad tempus, in dicta Bulla decernitur, vt cardinales in diebus ieiuniorum Decembris tantũ creentur, Papa tamen

Digitized by Google

tamen circa hæc diſpenſat iuxta eius prudentiam, cùm ſit *tur Cardi-*
ſuprà ius, & creatur ſub verbis, vt in cœremoniali Romano, *nales.*
vel Põtificali, & eligi poſſunt etiam regulares profeſſi monachi, vel canonici regulares, qui recuperabant ex hoc teſtandi facultatem, quam ex profeſſione amiſerant, diſponendiq́ue de rebus ſuis, vt dicit Bart.tr.min. Mart.Laud.1.tr. q.22.non tamen abſoluuntur à cuſtodiendis ſubſtantialibus regulæ ſuæ: vt dicit Bal.in auth. licentiam. C. de epiſ.& cle. Mart.Laud.tr.2.q.58.59. Papa tamen cum eis diſpenſat in aliquibus, quæ pertinent ad obſeruationem regulæ, vt in ieiuniis, vigilia, ſilentio, quæ in religione ſunt annexa, & ſpecialia, eáque non tenentur ſeruare, niſi quatenus valetudo ipſorum permittit, non tamen abſoluuntur à delatione habitus religionis. arg. c. clerici. de vita, & hon. cler. nec in tribus ſubſtantialibus, cum illis diſtinguantur, ſcilicet obedientia, paupertate, & continentia: vt dicit Anch. q. 70. art.2.& 4.& diſpenſatur ſecum quod tranſeant ad eccleſiam ſæcularem.

Quò ad quartum, & primò, quò ad eorum dignitatem, 9
honorem, & prærogatiuas, *maximis honoribus, & prærogatiuis potiuntur.* Primò enim, quia Cardinales loco conſilij, & ſenatus Papæ inſeruiunt, ideò eorum collegium ſacrum Conſiſtoriũ appellatur, qui ſemel in hebdomada, & quoties Papæ videtur in vnum conueniunt, vbi deciduntur controuerſiæ electorum ad Epiſcopales, Archiepiſcopalésve eccleſias, & vbi eccleſia aliqua vacat, ibi diſcutitur ad quem eius electio ſpectet, vtrum ad Capitulum, ciuitatem, Regem, vel alios, & ibi eccleſiæ, quę aliquibus conferuntur, præconizantur, & per id Conſiſtoriorũ eliguntur Præpoſiti ad eccleſias, vel monaſteria, quæ ex conſuetudine Apoſtolicæ ſedi reſeruantur, & conſiſtorialia dicuntur. In hoc conſiſtorio, quæq́ue Prouincia, & Regularium congregatio, ac Reges habẽt ſuos Patres tutelares, qui Protectores dicuntur, qui electiones, & alias cauſas Prouinciæ ſibi commiſſæ in Conſiſtorio proponunt, & oppoſitoribus reſpondent, ibi quoque, quę ad cultum diuinum, Chriſtianam fidem, & Religionem, ad pacem, & ſalutem Chriſtiani populi, & huiuſmodi grauia, ac conſeruatio patrimonij Eccleſiæ Romanæ, tractantur. Hic etiam ſenatus, cùm Papa mortuus eſt, Rempublicam Chriſtianam regit, rerum difficultatibus cõſulit, donec alius ab eis Pontifex creatus fuerit, modo quo in cap. de elect.

Cardinaliũ dignitas, poteſtas, & prærogatiua quæ.

Digitized by Google

Rom.Pont.nec.à ſententia collegij Cardinalium datur appellatio, vt dicit Manfred.deciſ. 3.& Mart. Laud. de Card.2. tr.q.66.& etiam famæ poteſt reſtituere, vt dicit Innoc.in c. cum te.de re iud. & etiam congregare Concilium ſi Papa negligat, vt dicit Cucch. loco citat. nu. 39. cum ſeq. & hæc etiam Papa viuente, quod vltimum intelligerē, vbi periculum ſit in mora, aliàs eccleſia periclitaretur, vel Papa eam ſcandalizaret, modo quod dixi ſuprà, cap.præced.ad.fi.quod tamen Concilium non eſſet legitimum, niſi à Papa confirmetur,& alia poteſt collegium hoc, quæ loco prædicto expoſui. Secundò, deueniendo ad Cardinales particulariter, Cardinales in eccleſiis ſuorum titulorum habēt iuriſdictionē Epiſcopalē, licèt Epiſcopi nō ſint, vt dicit Card. clem.ne Romani.q.3.nu.4.de elect. Abb.& alij in c. his quæ. de maiorit.& obed. Vnde poſſunt vti in ſingulis Pontificiis, vt dicit Hoſt.& Io.Andr.in c.1. de ſuppl.negl.præl.& more Epiſcoporū ſolemniter benedicere, ac minores ordines cōferre, iuxta prædictos, ac corrigere ſubditos, & excommunicare. Abb.in cap.his quæ, de maior.& beneficia in iis ſita conferre, & etiam indultum eis conceditur in Epiſcopatibus, quæ retinent, vel dimittūt, vt beneficia conferre poſſint in menſibus Papæ. Pariſ.de reſign.benefic.lib.7.q.12.poſſunt etiam beneficiorum ſuorum fructus abſentes ab eis dum in Romana curia exiſtunt percipere, cum Eccleſiæ Romanæ, quæ omnium eſt mater, ſeruientes, aliis etiam eccleſiis ſeruire videantur,& in illis reſidere: vt dicit Oldr. conſ. 48. num. 1. quod & eorum familiaribus conceſſum eſt, vt idem dicit, & Card.in clem.1. in princ. de celeb. Miſſ. Doct.in c.cùm dilectus.de cler.nō reſid. Tertiò, priuilegiātur Cardinales, quòd ſi quis eos offendat, excommunicationem, & alias pœnas grauiſſimas incurrit, de quibus in c. fœlicis. de pœn. in 6. & incurrit etiam crimen læſæ Maieſtatis. Anch. in d.c. 6. col. quod extenditur etiam ad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Nuntios, & Legatos Papæ: ex Bulla cœnæ. Fallit ſi quis eos percutiat ad neceſſariam defenſionem. gl. in c.fi. de pœn.in 6. ſecundò, eas pœnas non incurrit verba tātum contumelioſa in eos proferens, ſed mitiorem. Petrus à Plaza in epit.cau.crim.lib.1.num.27.nec etiam procedūt dictæ pœnæ in conatu tantum. Nau. in Man.c.27.nu.50. Quartò, Cardinalis non poteſt recuſari ſuſpectus in iudiciis, niſi ex magna cauſa, quòd ſcilicet grauis ſuſpicionis cauſa adſit,

ſine

Digitized by Google

ſine ea enim non ſufficeret, etiam quòd agatur cauſa alterius Cardinalis: vt dicit Hoſt. Io. And. Butr. in c. ad petitionem. de accuſ. Feli. in c. poſtremò. nu. 15. de appellat. vt dicit Cucch. loco cit. nu. 58. cum ſeq. qui tamen modeſtius faciet ſi abſtineat à iudicando, vbi videt aliquam partem ſibi non credere omnino, vt ibi dicit, cùm ab eius ſententia poſſit appellari, vt dicit Bal. in l. 1. ff. de offic. præf. præt. niſi cauſa ſibi ſit à Papa commiſſa appellatione remota, vt dicit Card. in clem. ne Romani. q. 3. nu. 4. de elect. à ſententia verò totius cœtus, non, vt ſuprà. Quintò, priuilegiātur Cardinales, vt in generali diſpoſitione non cōprehendantur, niſi de eis ſpecialis mentio fiat: vt dicit Felin. & Anch. in c. eos. in fi de hæret. idē Fel. in c. quod ſuper his. de fide inſtrum. niſi diſpoſitio ſit fauorabilis, quia ſic etiā eos comprehendit, vnde in regulis cancellariȩ cōprehenduntur in fauorabilibus, nō in odioſis: vt dicit Gom. reg. de valor. expr. q. 1. & in prooem. reg. q. 6. Mand. reg. de infirm. q 2. Manfr. deciſ. 184. 190. & ſeq. & 199. niſi tales, & tam efficaces clauſulæ apponantur, vt ſpecialis mentionis vim habeant, vt dicit Gom. in prooem. reg. Vnde non cōprehenduntur in conſtitutione Bonifacij, qua gratiæ reuocatæ fuere. c. ſi. de cōceſſ. prȩb. in 6. not. Io. And. & Mon. in c. 1. 10. tit. in Nou. Manfr. q. 185. nec in conſtitutione Iulij II. de ſpoliis, nec in generali excommunicatione comprehenduntur, vt not. in c. quia periculoſum. de ſent. excom. in 6. Mart. Laud. de Card. q. 62. vnde nec ſoluunt curiæ aliquid pro Bullis beneficiorum, vel penſionum: vt dicit Gom. d. præfat. de reg. val. expr. & Manfr. deciſ. 199. Comprehenduntur tamen in conſtitutione bonum publicum, & ſalutem æternam ſpectante: vt dicit Gom. reg. de infirm. q. 3. deciſ. 200. Sextò, Cardinali creditur teſtanti ſibi aliquid à Papa viuæ vocis oraculo mandatum, vt dicit Abb. & Fel. in c. quod ſuper his. de fide inſtru. vt quòd reſtituat aliquē natalibus, ſi tamen de magno alicuius præiudicio agatur, ei non creditur, vt ibi dicit Fel. Dec. conſ. 463. & in c. conſtitutus de appell. nō creditur tamen ei ſe aſſerenti eſſe legatum, niſi literis oſtenſis, vt dicit Abb. & Fel. loco prædicto. & in c. cùm in iure. de offi. deleg. niſi eſſet in curia vbi veritas facilè haberi poſſet, vt ibi dicunt: Cardinali tamen legato creditur etiam in præiudicium alterius: vt dicit Andr. Sic. tr. de Card. legato. q. 1. & ſi Cardinalis aliquid dicit etiam extra iudicium non leuem faciet præſumptionem, ſi tamen

vt

vt teſtis examinatur iurare debet ad hoc vt fidem faciat: vt dicit glo. Innoc. & Abb.in c.cùm olim.1. de priuil. Fel. d c. quod ſuper his. Septimò,hoc magno priuilegio fruuntur,vt ſi obuiam fiant ducto ad ſupplicium, pileo ſuo capiti eius impoſito, impunitatem eius delicti illi impetrant, idq; eſt conſuetudine introductum, vt dicit Fel.in cap.quærenti.de offic.deleg.Barbat.tr.de Card.q.9.col.1.quod tamen per ſubſtitutum non poteſt exercere,vt ibi dicit Barb.nec id ſuffragaretur in atrocioribus delictis, vt crimine falſi,læſæ Maieſtatis, hæreſis, proditionis patriæ, & huiuſmodi, vt dicit Cucch.d.tract.nu.85.Octauò,Cardinales liberantur à patria poteſtate in his quæ ipſis ſunt commodi, non ita tamen, vt amittant ius ſuorum hæredum, vt dicit Matt. Laud. tr.2.q. 80. Vnde filij familias poſſunt teſtari de his quæ habebant antequam fierent Cardinales, vel quæ à coniunctis ad eos peruenerunt, & etiam de quæſitis induſtria ſua:vt dicit Bal. & Salic.in auth.licentiam. C.de epiſc.& cler. Iul. Clar. §.teſtamentum.q.27. & à Pontificibus ſolet eis concedi, vt de fructibus ex beneficiis quæſitis teſtari poſſint: vt ibi dicit Clar.& Hoſt.de pœnit.in ſum. §.cui confiteri. §. cui Cardinales.Dec.conſ.157. quæ tamen licentia facto primo teſtamento extinguitur:vt dicit Dec.conſ.512. Soc.Iun.conſ.89. lib.1.& pariter mortuo concedente, teſtamento non facto: vt dicit Soc. loco prædicto. ſolet Papa etiam eis indulgere habentibus eccleſias Cathedrales, vel Abbatias,vt de omnibus beneficiis ad eorum collationes ſpectantibus diſponāt, qui tamen de his non diſponent,quæ electione,vel præſentatione conferri ſolent, vel quæ aliis ordinariis ſunt ſubiecta:vt dicit Egid.deciſ.3.de priuil. Mand. in reg.cancel.19.q. 19.nu.7. Nonò, Cardinalium etiam domibus hoc priuilegium conceditur, vt delinquentes à ſatellitibus inde ad carcerem,vel ſupplicium trahi non poſſint,vt Manfr.d. tract.de Card.q.8.priuil.14.quod tamen priuilegium à Pontificibus ſæpè reuocatur. Iidem etiam carcerem priuatum habere poſſunt,vt dicit Manfr.d.tract.c.8.priuil.19. Decimò,maior numerus teſtium requiritur in condēnatione Cardinalium, quàm aliorum, vt Epiſcopus Cardinalis non niſi ſeptuaginta duobus teſtibus presbyter quadraginta quatuor,diaconus viginti octo,conuinci poſſit. c. præſul.vbi Card.Alex.2.q.5. Manfr.deciſ.281. licèt id fortè hodie non ſeruetur, & verius eſt eos duobus teſtibus conuinci, vt & Papam; Berous cum communi.

communi.in cap.at ſi clerici. num. 8. de iudic.Fel.in cap.per tuas.de maior. & obed. & ſaltem requirentur magis idonei teſtes,vt dicit Io.And.in c.licet.de teſtib.Nec conuinci, aut puniri poteſt Cardinalis de delictis commiſſis ante Cardinalatum.d.c.præſul.2.q.5.Barb.tr.de Card.2.q.num.3.& 10. Manfr. deciſ. 281. Vndecimò, in ſignaturis,& iudiciis,cum Papa eis cauſis delegat,non ſolet apponere clauſulam,vt iuſtitiam facient,ſed tantum,vt audiant & decidant, ne eis iniuriam inferre videatur, vt dicit Gom. in compend.vtr.ſig. ſic ſi cauſa Cardinali ſemel ſit commiſſa, nō poteſt,ea indeciſa,Cardinali inferiori niſi ex ſpeciali Papę mandato,etiam quòd is iudex eſſe deſiiſſet, committi, ob honorem qui illi dignitati defertur,vt dicit Gom.in ſign.priuil.8.nu.48.Egid. deciſ.37.Præterea mandata,quæ contra Cardinales fiunt ab eodem Papa ſignari ſolent vt idem d.in comp.vtr.ſig.num. 45.& Cardinalis à Papa delegatus poteſt alteri terminorum obſeruationes mandare,etiam ſine Papæ ſpeciali mandato:cùm alius id facere non poſſit,vt Egid.deciſ. 43. in fin. Vlterius Cardinales maiores Epiſcopis ſunt officio, & iuriſdictione,ab eis tamē appellatur.Germon.de ſacror.immun. lib.3.cap.6.vbi etiam Cardinalium originem latè tradit.nu. 37.42.cum ſeq.ita vt Cardinalem obuium habens, vel tangens, vt ſupra, mortis pœnam effugiat, vt ibi latè probat Germ.& eos offendens ſacrilegus eſt, & obiurgās item reus eſt maieſtatis,cum ſint filij, fratres,conſiliarij, adiutores,& aſſeſſores Papæ, & proinde eos offendentes decem nouem pœnis ſubjiciuntur, nec Cardinales comprehenduntur generali conſtitutione maximè pœnali,& odioſa,nec ſubduntur cenſuris generalibus, niſi de iis fiat ſpecialis mentię,& plura beneficia poſſunt retinere, nec tenentur deſeruire parochiali quam retinent, cum excuſentur à reſidentia, cum Papæ aſſiſtant,nec ſubduntur regulis cancellariæ,qui tamen vnicum beneficium in titulum reſidentiam requirens, ex Conc.Trid. retinere poſſunt;qui & iure militari teſtari poſſunt,& ſuccedere in feudis auitis & paternis,& trecentis priuilegiis donati ſunt:vt dicit Germon.d.lib.3.de ſacr.immun. c.6.prædicta latę probans,cum dicantur orbis cardines, patres,filij ſpeciales,eccleſiæ columnæ,capita, lumina, ſtellæ, Apoſtolorum vicem gerentes,lucernæ ardentes,candelabra, lucis decoræ præſtantes,& ſplendoris,diui,venerabiles,Reuerendiſſimi,Maximi,Potentiſſimi, Principes,Religioſiſſimi,

mi, Illuſtres, ſuperilluſtres, Illuſtriſſimi, Patriciis, Senatoribus, Proconſulibus, Præfecto Prætorio, ac Regibus ſimiles, vt dicit Manfred. de card. tit. deciſ. 41. Germon. d. c. 6. nu. 70. & eis creditur niſi in præiudicium tertij. c. cum à nobis. de teſtib. Germ. de indult. §. præterquam. nu. 10. & Papa eis non præſumitur velle præiudicare, niſi exprimatur. idem d. ver. vt. Tibi. & conferunt beneficia vacantia in eorum titulis, vt ſup. idem d. tract. §. tam ratione. num. 14. & proferre poſſunt excõmunicationes, ſuſpenſiones, interdicta, & alia quæ ſunt iuriſdictionis. Germ. ibi. nu. 18. & inſtitutionẽ, ac deſtitutionem, vt ibi dicit nu. 19. & poſſunt ibi exercere per Epiſcopos ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, non tamen per ſe, niſi ſint Epiſcopi. idem ibi nu. 22. nec iudicantur niſi à Papa. Hoſt. & Io. And. in c. dilectus. 1. de præb. Germ. d. tr. §. Epiſcopus. nu. 8. & eximũtur à patria poteſtate, vt ſupra. idem d. tr. §. quod in Romanam. nu. 4. & in eorum titulis habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, eius titulos, vt diœceſim adminiſtrantes in temporalibus, & ſpiritualibus. Germ. d. tract. §. tituli. vbi & omnes titulos Cardinalium enumerat, & quaſcunque eccleſias Pontificales obtinere poſſunt, ex diſpenſatione Papæ, cũ alioqui in curia reſidere teneantur. idem d. tr. §. nec non quarumcunque. in princ. & ſede vacante ius poſitiuum supplere poſſunt, & iis leges tunc ſubiacent. idem ibi d. tr. §. quod in Romanam. nu. 61. quod intelligerem in eis conceſſis ſpecialiter, vt dixi cap. de elect. Papæ; & creditur Cardinali aſſerẽti aliquem eſſe ſuum familiarem ſi de gratia expedienda agitur: ſecus ſi de beneficij collatione. idem d. tr. §. præterquam. num. 14. Is præterea ſi Epiſcopatum habeat indultum obtinere à Papa conſueuit, vt omnia beneficia in eius diœceſi vacantia conferre poſſit, vt ſupra, ex Papæ priuilegio generali, & ſpeciali, etiam extra diœceſim, & Romæ exiſtentes, licet ob reuerentiam, quam exhibet ſanctiſſimo extra mœnia exire ſoleat. Germ. de indult. §. tibi quò ad vixeris. num. 75. de qua re latè, & eruditiſſimè tractat Anaſtaſius Germonius, vir eximiæ eruditionis in eius tract. de indul. Card. Sic ſi Cardinali alicui cauſa à Papa ſit mandata, prius alicui Auditori commiſſa, ſtatim, vt denunciauit Auditori cauſam illam ſibi eſſe mandatam, eius manus ligat, licet ei non inhibuerit ne procederet, quod in aliis Auditoribus non procedit, niſi facta inhibitione. Rotà deciſ. 24. in antiq.

Gont.

Digitized by Google

Gom.d.compend.num. 48. ècontra non ſolet Cardinali per iudicem appellationis ob reuerentiam inhiberi, ſed tantum denunciari,& intimari,quæ intimatio vim inhibitionis habet, vt dicit Gom. loco cit. idque intelligitur etiam ſi iudex appellationis Cardinalis eſſet,cum Cardinalis Cardinali inhibere non ſoleat.Rot.deciſ. vlt. de dolo & contum. in antiq.& deciſ.658.& 711.Mandoſ.tr.de inhibit. q. 4. num. 13. cum ſeq.Similiter in pari cauſa,vel dubia,ſententia pro Cardinali profertur : vt dicit Gom.loco cit.Manfr.deciſ.278.ſic vbi Cardinali cauſa mandatur appellatione remota,non friuola tantum , ſed quæcunque appellatio vetita cenſetur iuſta, vel iniuſta : vt dicit Gom.loco prædicto. Rom. in ſing. incip.appellatione remota. Similiter ſi in inſtrumento ſententiæ Cardinalis habeatur ſe acta vidiſſe , plena ei atteſtationi fides adhibetur , cum tamen inferioribus iudicibus id credi non ſoleat:vt dicit Innoc. in c. cum dilectus. de accuſ. Fel.in c.quoniam contra nu.60.de probat.niſi breuitas temporis facias contrarium præſumi : dicit Cucch.d.tr.nu.105. quibus & concedi ſolet à Papa, vt teſtentur de bonis quæſitis ex fructibus ſuorum beneficiorum.Clar.§.teſtamentum. q.27.ver.ſed an poterit;& ſede vacante collegium Cardinalium repræſentat caput.Felin.in c.ex literis de conſtit. quod intelligerem in eis cõceſſis,vt in Papa creando, &c. non aũt omnia poſſunt,quæ Papa poteſt,ſed tantũ ſibi per iura conceſſa,vt dixi cap.de Papæ electione.Vndecimò,iuramentum fidelitatis Papæ à Cardinalibus presbyteris ,vel diaconis nõ præſtatur,ſed tantum ab Epiſcopis:vt dicit Hoſt. Io.And.in c.antiqua.de priuil.hodie verò omnes id iurãt.Duodecimò, ſi Cardinalis aliquid iurauit, & ſtatuit , & poſtea Papa effectus ſit,non tenetur illud ſeruare ſi ſit contra dignitatẽ Pontificalẽ : vt dicit Abb.in c.ſicut noſtris.de iureiur. Tertiodecimò,Cardinales debent per procuratores litem mouere,vel ſuſcipere non autem iudicio ipſi intereſſe,licet cauſa criminali moleſtarentur,etiam ſi de hæreſi, vel ſchiſmate accuſarentur,vt d.Spec.tit.de actore.§.vnico.ver.itẽ illuſtris.Mart. 2.tr.q.76.Barbat.11.q.Baſilic.1.p.n.10. Manfr.deciſ.182.quod tamen vſu non ſeruatur.Decimoquartò,Cardinalium familiare,ſi delinquant non à Vicario Papæ, ſed à Vicariis ipſorum Cardinalium ſuorum ex conſuetudine coercentur, vt dicit Barbat.tr.de Card. q. 11.Baſil.1.nu. 10. Card.in clem.ne Roma.de elect.niſi Papa deroget Cardinales præterea Papa

mor

Digitized by Google

mortuo,ius principis habent,modo quo dixi in cap.de elect. quando actum eſt de Papæ electione. Card. Paleot. p.5.q.5. de ſacr. Conſiſt. & ſtatur in actibus eorum numero, non ponderi ſuffragiorum.idem d.p.q.5.

10 *Cardinales quid agere debeant.* Quod verò ad eorum officium ſpectat,Cardinales tenentur in ſuo titulo reſidere in vrbe.c.2.vbi Abb.de cler. non reſid.not.Abb.in c. ex geſtis.de cler.non reſid.Vnde in Conc. Lateran. can. 6. ſtatuitur, vt omnes Cardinales in Romana curia reſideant,& qui ſunt abſentes,ſi intra Italiam intra ſex menſes,ſi extra infra annum à die publicationis illius conſtitutionis reuertantur,aliàs fructus beneficiorum,& omnia emolumenta amittant,& Cardinalis abſens non habet ſuffragium,excepta electione Cardinalium,& Papæ,modo tũc ſint in conclaui, vel ægri Primo caſu Card.Pal.de ſacr.Conſiſt.p.5.q.10.qui tamẽ abſens ſi ſit in vrbe tenetur ſubſcribere negotia à maiori parte collegij approbato,& Bullis,ex conſtit.Sixti V.4.Iul.1586.Secundò,tenentur Papæ aſſiſtere,nec à curia diſcedere,cum eorum tituli ita vicini ſint,vt vtrumque poſſint,peragere,cum omnes tituli Cardinalium,præter Epiſcopatus ſint in vrbe, & Epiſcopatus non longè à curia diſtent,& ſeruiens Papæ,intelligatur in eo reſidere, vt ſupra eſt dictum,& ideò Cardinales à curia diſcedere non debent niſi venia diſcedendi à Papa impetrata, licet Epiſcopatum haberent à titulo ſuo ſeparatum.c.bonæ.vbi Abb.de poſtul. prælat.Mandoſ.reg.79.3.num.7.& 8.qui & abeſſe à congregationibus niſi ex neceſſitate non debent,vt dicit Paleot.de ſac. Conſiſt. p. 5. q. 11.qui & Conſiſtorio adeſſe tenentur in conſcientia,vt d.idem d. p. q.8.qui & interrogati in actibus publicis ſuam ſententiam dicere debent, etiam ſi ſint adoleſcentes:idem parte 1.q.6.& p.3.& q.4.& ibi docet quomodo iuniores reſpondere debeant; qui & clara voce ſententiam pronunciare debent:idem p.4.q.11.& p.5.q.3.Non tamen omnes tenentur iure ſaltem diuino Papæ aſſiſtere,cum aliqui ad legationes mittãtur. Ex quo fit vt liceat Epiſcopatum diſiunctum cum Cardinalatu retinere,vt dicit Hoſt.Io. And.Butr.in c.eccleſia veſtra.de elect. Barbat.de Card.q.fin. & eſt communis opinio, & multo magis de aliis beneficiis dicendum eſt, idque ſiue Epiſcopus ad Cardinalatum aſſumatur, vel èconuerſo Cardinali Epiſcopatus adiungatur,is tamen in Epiſcopatu reſidere tenebitur,vt habetur in c.1.de reform.ſeſſ.23.in Tr.Conc.etiam Cardinales in ſuis Epiſcopatibus

patibus

Digitized by Google

patibus reſidere teneri, niſi Pontifici Maximo ob maius bonum eccleſiæ, aliud videatur; cum eo enim tunc diſpenſare poterit, vt in Epiſcopatu non reſideant ob bonum eccleſiæ vniuerſalibus, quòd particularibus præponi debet. d.c. cum reſidens in curia, in ſuis titulis, & diœceſi reſidere cenſeatur Cardinalis. Germ. de indult. §. volumus autem. num. 15. quod intelligitur niſi ſit Epiſcopus Cardinalis, quia tunc non poteſt retinere duos titulos Epiſcopales, niſi ex Papæ diſpenſatione ob maximam cauſam, & ideò presbyter, vel diaconus Cardinalis per dignitatem, vel officium Cardinalatus non perdit priora beneficia, vt not. prædicti in d.c. eccleſia veſtra. licet Abb. de curatis, & dignitatibus, ibi contrarium ſentiat, de Cardinali verò Epiſcopo ſentirem cum Abbate ibi quòd perdat omnia beneficia ante habita etiam non curata, niſi ſecum ſit diſpenſatum: ſentirem etiam nō expedire aliquem retinere Epiſcopatum cum Cardinalatu ob repugnantiam titulorum; quòd vnum requirat reſidentiam in curia, aliud in eccleſia propria, vt ſentit Sot. de iuſt. & iure. lib. 10. q. 7. licet id vetitum non ſentiam, & ex cauſa poſſe etiam id permitti, vt quia inſignis Epiſcopus ad Cardinalatum ſit aſſumptus, vt decentiùs ex redditibus Epiſcopatus ſuſtentari poſſit, permittendo vt illum cum Cardinalatu retineat; & maximè ſi ſit in Italia, & multum proficiat in eccleſia ſua, & facilè Romam ad ſubueniendum ſedi Apoſtolicæ ſe transferre poſſit, quod & vſu docente factum eſſe cernitur in inſignibus Epiſcopis, & Cardinalibus Paleoto, Valerio, & huiuſmodi. Ex quibus etiam ſequitur, quòd presbyter, vel diaconus Cardinalis debet eligi ad Epiſcopatum, non poſtulari, Epiſcopus verò Cardinalis ad alium Epiſcopatum debet poſtulari, vt not. in d. cap. eccleſia veſtra. de elect. ſolet tamen ſæpè Epiſcopatus non in titulum, ſed in adminiſtrationem Cardinalibus commendari, ſed id non ſemper ſeruatur, nec ſufficit ad excuſandum Cardinalem à reſidentia. d. cap. 1. & not. Sot. loco cit. Tenentur etiam Cardinales Papæ fidelitatem iurare. Germ. de indult. §. quod tu Romanam. num. 44. nec ſine eius licentia teſtari poſſunt. idem ibi num. 18. & ſi Monachi ante fuerint habitum non mutant, vt dicit Germ. de ſacr. immun. lib. 3. c. 4. nu. 63. cum habitus ſit de ſubſtantia religionis, hodie tamen vtuntur pileo rubeo, ex conceſſione Gregorij XIIII. Tenetur pariter Cardinales Papæ aſſiſtere, & illum in Reipublicæ Chriſtianæ adminiſtratione

ope, & conſilio iuuare, qui pariter debent confiteri peccata ſua in ſacramento pœnitentiæ pœnitentiariæ maiori, ſeu etiam ipſi Papæ ſi in curia adſint, ſi verò in legatione ſint, poſſunt ſibi confeſſorem eligere, vt dicit Hoſt. in ſum. de pœnit. §. cui confitendum. ver. cui. & habetur infra in tract. Sacram. Pœnit. Familiares verò eorum eidem pœnitentiario maiori, vel alteri, venia à Cardinali impetrata, peccata confiteri debent, vt dicit Hoſt. loco prædicto. Manfr. q. 30. iidem etiam deberent illa attendere, quæ ſupra, ex D. Bern. ſunt relata.

Quò ad quartum, dicendum eſt, Cardinales poſſe renunciare dignitati, vt dicit Mart. Lauden. tract. de Card. quæſt. 115. ſi tamen Papa reſignationem admittat, qui & inuitum cogere poteſt, vt Cardinalatum ſumat, vt dicit Firm. in tract. de Epiſc. libro 2. 1. part. quæſt. 29. & Cucch. d. tract. num. 116. poteſt etiam Cardinalis à Papa deponi etiam ſine conſilio collegij.: vt dicit Abb. in cap. ex geſtis. de cler. non reſiden. & dictum eſt ſupra tract. de Pontifice Summo, non autem decet totum collegium extingui, vt ſupra, hoc capit. eſt dictum.

11 *Cardinales qualiter peccare poſſint.*

Ex prædictis, iunctis his, quæ dicta ſunt de electione Romani Pontificis, colligitur: primò, quòd Cardinales peccare poſſunt, primò, ſi eligant minus idoneum, vel ob paſſionem animi, vel ad aliorum preces, vel vt habeant perſonam ſibi magis fauorabilem, & ex huiuſmodi irrationabili cauſa, id enim eſt grauiſſimum peccatum. Secundò, ſi quis quærit indebitis viis eligi Papa per ſe, vel alios, quod eſt ambitionis maximæ. argum. capit. principatus. 1. quæſt. 1. Tertiò, ſi in conſulendo Papæ non intendit vtilitatem populi Chriſtiani, & bonum publicum, ſed vtilitatem priuatam ſui, vel alicuius domini temporalis ad quem afficitur, ſi tamen pura intentione, matura adhibita cõſideratione conſulat, non peccat, licet damnum inde eccleſiæ eueniat. arg. cap. nullus. de regulis iuris. in 6. Quartò, ſi procurat beneficia eccleſiaſtica ſcienter indignis ob munera, preces, vel affectiones. cap. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1. Quintò, ſi quærit habere plura beneficia in commendam vltra indigentiam, cum ſic aliis neceſſaria auferat. Sextò, ſi non prouidet diligenter curæ animarum eccleſiarum ſibi commendatarum. Septimò, ſi aliis reuelat, quæ ſecretè in Conſiſtorio tractantur, maximè ſi inde prouenire poteſt ſcandalum, ſecus

ſecus ſi cum perſona fideli conferat conſilij cauſa: ſic enim non peccat. Octauò, ſi non iuſtè ſententias ſuper cauſis ſibi à Papa commiſſis. cap. quatuor. 11. quæſt. 3. Nonò, ſi non fraternè admonet corrigendo defectus, quos videt in curia, vel aliis, ne cui diſpliceat, timore, vel negligentia. cap. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. Decimò, ſi ſuis non præbet bonum, & graue exemplum, ſed fortè vacat ludis, venationibus, laſciuiis, & huiuſmodi, cum ſcandalo eccleſiæ. cap. qualis. 8. q. 1. Vndecimò, ſi tenet nimiam familiam vltra conuenientiam ſui ſtatus, & non curat vt ſit honeſta, à ludis, ebrietatibus, impudicitiis, & huiuſmodi, aliena, & quòd familiares non quærant munera, nec ſint rixoſi, & ſimilia, ſed modeſti, honeſti, & in veſtitu ſimplices. Duodecimò, vt non teneat familiares ea intentione principali, vt ob ſeruitia procuret eis beneficia, quod eſt ſimoniacum. Tertiodecimò, ſi non reſident in ſuis titulis, vel in ſuis Epiſcopatibus ſi illos obtinent, & memores ſe eſſe patres pauperum, & Religioſorum ſibi non theſaurizent, vel conſanguineis vltra congruitatem, & indigentiam tribuant, ſed pauperibus, & locis piis largiantur: vt dicit Diuus Antoninus tertia part. tit. 21. c. 2. §. 11. poteſt demum Cardinalatui reſignari. Franc. in cap. 1. de renunc. in 6. ſimpliciter tamen, non in fauorem. Pariſ. de reſignat. benefic. libro 2. quæſt. 1. num. 60. Et hæc de ſtatu Cardinalium dixiſſe ſufficiat.

DE STATV ILLVSTRISSIMI LEGATI.

SVMMARIVM.

1 *Legatorum ſpecies quot, & qua qualibet.*
2 *Legati qui conſtitui ſoleant, & quibus iure competat legatio.*
3 *Legati de latere poteſtas quanta, & qua ſint, qua poſſit, vel non.*
4 *Legati de latere officium quale ſit.*
5 *Legationis poteſtas, vbi, & quando vigeat.*

Digitized by Google

6 Legationis effectus quis ſit.
7 Legati poteſtas, quando, & quibus caſibus expiret.

CVM Legati, vt plurimum de cætu Cardinalium aſſumantur, ideò dicto in ſuperioribus de Cardinalibus, congruo ordine ſequitur dicendum de Legatis:in quo videndum primò, quot ſint genera Legatorum, ſecundò, quis, & à quo mittatur, & qua forma: tertiò, quid ad officium Legati ſpectet: quartò, quanta ſit eius poteſtas, & dignitas. & quæ non poſſit: quintò, quibus in locis ea vti poſſit: ſextò, quis ſit effectus legationis: ſeptimò, quomodo finiatur eius poteſtas, & officium.

1 *Legatorum ſpecies, quot, & quæ quælibet.* Quò ad primum, dicendum eſt, quòd tria ſunt genera Legatorum, Laterales, conſtituti, nati: Lateralis dicitur, qui de latere Papæ mittitur etiam ſi non ſit Cardinalis, vt ſi eius eſt officialis, capellanus, familiaris, vel etiã extraneus, dummodo ab eo viuæ vocis oraculo mandatum ſuſceperit, & tetigerit fimbriam veſtimenti eius, ad hoc vt ſit priuilegiatus. c. ſi ergo. 8. q. 1. cap. quod in dubiis. de conſec. eccleſ. vſus tamen curiæ Romanæ Legatos de latere vocat ſolos Cardinales. cap. volentes. de offic. leg. cum Papæ in conſiliis, & arduis aſſiſtant. c. venerabili. de offi. iud. & cenſentur pars corporis Papæ. §. verum 6. q. 1. & in locum ſenatorum ſucceſſerint. c. eccleſia. 16. q. 1. & Cardinales ſint ſacerdotes Leuitici generis. cap. per venerabilem. §. rationibus. qui filij ſint leg. Et hi Legati, vt ipſe Papa ſunt honorandi. cap. officij. de offic. legat. in 6. Conſtituti dicuntur, qui non emanant de latere, ſed eis committitur legationis officium. c. placuit. 7. q. 1. qui ſunt minoris authoritatis. c. volentes. de offic. leg. nil enim poſſunt extra ſuã prouinciam, & hi ſunt Nuntij Papæ miſſi ad Principes. Pariſ. de reſign. ben. lib. 7. q. 13. Nati dicuntur, cum eorum dignitati, hoc officium eſt annexum, qui ſunt magnæ authoritatis. c. 1. de offic. leg. & ſic minores ſunt Nuntij, magni nati, maximi laterales, qui excedunt etiam natum, in abſolutione excommunicatorum: & quia eo præſente, natus inſigniis ſuis non vtitur. cap. volentes. de offic. leg. & in beneficiorum collationibus, & in procurationibus: vt dicit Spec. tit. de leg. in rubr.

2 *Legati qui* Quò ad ſecundum, Legati de latere conſtitui ſolent ſoli Cardinales, nati non conſtituuntur, ſed eorum dignitati, &

Archie

Digitized by Google

Archiepiſcopatui ea dignitas eſt annexa, vt Cantuarienſi, Remenſi, Piſano Eboracenſi, conſtituti à Papa quicunque clerici conſtitui poſſunt, licet ſolos Prælatos eligere ad id ſoleat, & hi Legati à ſolo Papa conſtituuntur, nec ſolent ſine Cardinalium conſilio mitti, licet id Papa poſſit. c. nouit. vbi Abb. de offic. leg. ſede verò vacante collegium Cardinalium etiam inuitos mittere poteſt. Imol. in clem. ne Romani. de elect. & ij ſunt mittendi, qui integritate, & prudentia alios præcellant, qui poſt aurum non currant, ſed Chriſtum ſequantur, vulgum non ſpernant, ſed doceant, diuitem non palpent, ſed terreant, manus Principum non paueant, ſed contemnant, & aliis præſtent, de quibus ex Bern. dixi ſupra, tract. præced. *conſtitui ſoleant, & quibus iure cōpetat legatio.*

Quò ad tertium, ad eius officium ſpectat, tenere pacatam prouinciam, & purgare ab erroribus, tū fidei, tum morum, & delinquentes niſi reſipiſcant punire. c. 1. de offic. ord. pauperes fouere non grauare, eccleſias non ſpoliare, ſed emendare, marſupia non exhaurire, ſed crimina corrigere, & reuerſi ad Papam non ditati, ſed fatigati accedere, nec lætari quòd ex prouinciis ſumptuoſa quæque abſtulerint, ſed quòd pacem regnis reliquerint, legem barbaris, quietem monaſteriis, eccleſiis ordinem, clericis diſciplinam, Deo populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum: vt dicit Bernar. de conſid. ad Eugen. lib. 4. & alia de quibus. §. præcedenti. & Spec. d. tit. in princip. & præſertim exequi id ad quod à Papa præcipuè eſt deſtinatus, in prouincia ſibi commiſſa leges ſtatuere poſt depoſitum etiam officiū vim habituras. c. fin. vbi Abb. eo. & etiam ſi ſibi videtur expediēs, prædeceſſorum ſuorum leges reuocare, de quærelis ad ſe delatis cognoſcere, & eas etiam, ſi videtur alteri delegare, quorum tamen delegatorum iuriſdictio ſimul cum Legati officio, extinguitur, niſi præmiſſa citatione ſit perpetuata. d. c. fi. vbi gl. & Abb. & cū prouinciam eſt ingreſſurus, vel vrbem, Epiſcopum certum facere debet à quo ſolemni apparatu eſt recipiendus, & Cathedralem, vel aliam primam eccleſiam inuiſere debet. Spec. eo. §. ſupereſt, & Epiſcopo loci breue legationis oſtenderet, maximè ſi id non ſit notorium. Spec. loco prædicto. & vbi naſcitur quæſtio in interpretatione mandati, eſt facienda plena interpretatio, iis caſibus exceptis, quæ in Legatum tranſire non ſolent. Spec. d. §. ſupereſt. num. 54. 5 *Legati de latere officium quale ſit.*

4 *Legati de latere dignitas, & poteſtas quanta, & quæ ſint quæ poſſit, vel non.*

Quò ad quartũ,Legati maxima dignitate, & poteſtate, potiuntur,quod enim ad dignitatem ſpectat,Legati, vt vult Bal.in l.aliquando.ff.de offic.proconſ.Barbat. conſ.23.lib.1. præferuntur dignitate Vicario Papæ, licet hoc alij non admittant,vt Andr. Sic in tract. de Legato: & ſi quis Legatos Apoſtolicos non admiſerit, vel eis impedimento fuerit in eorum officio, ipſo facto excommunicationem incurrit, & regna ac terræ interdictum incurrunt, dum in ea contumacia perſeuerant.c.1.de conſuet.in extrau.communi. Inno. in c.ex parte.de elect.& Legatus poteſt aliis modis contra homines procedere ſuę prouinciæ id facientes, ſi iniuria ſit notoria,vt ibi dicit Inno. & habet iuriſdictionem ordinariam in prouincia ſibi credita,quæ Papa mortuo extinguitur.c.2. eod.in 6.& ibi pro Pontifice eſt, & is honor ei debetur, qui & Papæ.c.cum venerabilis. de conſuet. minus tamen quàm ei, omnibus tamen maior.Germ.de indult.§.nos itaque.nu. 28.& ſi accedit ad aliquam vrbem prouinciæ, iubente Epiſcopo clerus illi obuiam ire tenetur,nec etiam exempti à iuriſdictione Epiſcopi excuſantur.c.nimis.de exceſſib. prælat. cum ibi not.& ei obediendum eſt,vt Papæ.c.ſi abbatem.vbi Doct.de elect.in 6.& contumaces in obediendo excommunicantur.c.valdè cum ſeq.94.diſt.& dum in itinere procedit poteſt populo benedicere ſigno crucis, & ſolemnem benedictionem facere, dummodo Epiſcopus ſit, ſi tamen locus ſit interdictus id facere non poteſt præſentibus interdictis, vt dicit Paul. in clem. ſi Archiepiſcopo. de priuil. Præterea Epiſcopi quiq; tenentur eum ad ſe diuertentem honorificè excipere,miniſtratis ei neceſſariis,dum moratur in prouincia,& ad eam accedit,vel recedit, pro modo facultatum, & modeſtia eccleſiaſtica, quod & Epiſcopi in conſecratione accipienda iurant.c.ego.de iureiur. c. cum inſtantia. de cenſib.vbi gl.& dixi in tract.de Epiſcopo.cap.de Viſit. ad fi. nec vlla præſcriptio prodeſt, quominus id quique Epiſcopi erga Legatos præſtare teneantur.d.c.cum inſtantia.& c. accedentes.de præſcript.Præterea,dum in legatione eſt,non poteſt conueniri de contractibus ante factis, vt dicit Spec. de Leg.nu.53.Rot. deciſ. 617. Vlterius Legatus egreſſus vrbem accipit inſignia legationis,quam ingreſſus ea deponit, quæ ſunt,equus albus, frænum & calcaria inaurata,& veſtes rubeæ. Spec.loco prædicto. Abb.in c.1.vt lite pend. Præterea præſente Legato Epiſcopi inſignibus conſuetis eo abſente

non

non vtuntur,vnde mitras albas & ſimplices geſtant, & rochettum tegunt alia veſte. Spec & Abb. locis prædictis. Et prædicta omnia ferè cõmunia ſunt omnibus Legatis etiam natis, vel conſtitutis. Legatus verò de latere præterea in priuilegij, & poteſtatis, vel præeminentiæ ſignum in prouincia ſibi decreta crucem ante ſe ferri facit, & vrbes ingrediens ſub baldachino ſuſcipitur, & ſub eo domum ducitur. Staphil. titul. de Legato. ver. qualis debet eſſe Legatus, quam crucem ante ſe ferri iubere poteſt etiam extra prouinciam,donec vrbem, vel eius continentia non erit ingreſſus,vt dicit Cucch.de Legato.nu.61. Præterea præſente eo omnium Legatorum iuriſdictiones ceſſant. cap. volentes.vbi Hoſt. de offic. leg. Staphil. de Legato, in princ. nu.4.& habet etiam iuriſdictionem in exemptos,& eos viſitare poteſt.glo.in c.1.de verb.ſig.in 6.Spec. d.tit. de Legat. ver.ſequitur videre.nu.16.quod aliis Legatis non licet. gl.in c.1.de offic.leg. Iure etiam gentium Legati hac prærogatiua fruuntur,vt ab aliquo lædi non poſſint.c.ius gentium.vbi glo. diſt. 6.

Quo verò ad poteſtatem,maxima eſt Legatorum poteſtas,probabile enim eſt eos etiam extra prouinciam decernere edictum illud quòd electionem,vel inſtitutionem præcedere debet, dũmodo edicti executio in locum prouinciæ conferatur,& reſignationem beneficij admittere, & monacho licentiam dare ad aliud monaſterium transeundi.c. fin. cum ibi not.de elect.in 6. Et præfici poſſunt etiam pluribus prouinciis,& ſi pluribus prouinciis præfectus quis ſit,poteſt vnius prouinciæ negotia etiam fori contentioſi in alia exiſtens,expedire,vt dicit Cucch d.tr.nu.42. 43. & 44. & alia peragere,de quibus ſupra eſt dictum communia eſſe omnibus Legatis.

Legatus verò de latere,vlterius, multis prærogatiuis, & poteſtatibus fruitur:primò enim,eam iuriſdictionem habet in exemptos,quàm & Epiſcopus habet,vt ſcilicet denũciare poſſit exemptum notoriè excommunicatum,not. in c. 1. de priuil. in 6. & ſtatuere ei delinquenti tempus ad ſe præſentandum ſuperiori: vt dicit Staphil. de pot.Leg. num. 11. Secundò,poteſt vacatura beneficia ſuæ poteſtati reſeruare, ita vt de illis nemo diſponere poſſit. cap.3. & 4. de offic. leg. ſic tamen vt ea reſeruatio non duplicetur, & dum illa pendet, aliam in ea eccleſia, vel diœceſi reſeruationem non faciat.

ciat.c.præſenti.de offic. leg. in 6. qua tamen finita aliam facere poterit,dũmodo primæ quæ effectum eſt ſortita, mentionem faciat. gl. in d.c. præſenti; & ſi eccleſia non eſt collegiata,in qua plura ſint beneficia diuerſis collatoribus ſubdita, poterit in ea plures reſeruationes facere, & beneficia conferre, quæ Legati inferiores facere nequeũt.c.1.de offic. leg.in 6.non poteſt tamen promittere, vel conferre beneficia vacatura,quæve ſunt de patronatu laicorum illis inuitis. c.cum dilectus.de iure patr. quæ verò ſunt patronatus clericorum conferre poteſt, & clericorum ſimul ac laicorum, cum ſic cenſeantur eccleſiaſtica, vt dixi tract. de Iure Patr. & illa in quibus laici magis ex conſuetudine, vel præſcriptione,quàm ex fundatione, conſtructione, vel dotatione ius habẽt,vt dicit Cucch.d.tr.nu.78.quod ego intelligerem ſi nil aliud colligitur,quàm præſcriptio, ſi verò fundatio eſſet prçſumpta ex præſcriptione in antiquis,ſecus eſſet, quia ſic laici retraherentur à fundatione eccleſiarum,vt dixi tr.de Iure Patr. & poteſt etiam confirmare electiones Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & exemptorum in prouincia ſibi decreta.c.ſi Abbatem.de elect.in 6.D. Ant.3.p.tit.21.c.3.§.1. Tertiò,poteſt beneficia deuoluta ad ſedem Apoſtolicã conferre, non tamen ea quæ reſeruata ſunt ſedi Apoſtolicæ. Franch.in c. ſi Abbatem. de elect. in 6. cum Legatus id non poſſit,quod Papa ſibi reſeruat, vt abſolutionem excommunicati,vel ius concedendi licentiam alienandi rem eccleſiaſticam,niſi ſpecialiter id ſibi concedatur.Gem.in d.c. ſi Abbatem,quo caſu cum id habet Legatus ſpecialiter, debet dicere ſe facere authoritate ſedis Apoſtolicæ, quæ verò facit virtute generali ſuæ legationis, non tenetur dicere ſe facere authoritate Papæ:vt dicit Staphil.de pot. Leg.nu.11.non tamen poteſt eccleſias collegiatas conferre,ſibi reſeruare, vel commendare.cap.pen.de offic.leg.in 6. nec maiores dignitates in Cathedralibus poſt Pontificales, vel principales in collegiatis.c.deliberatione.de offi.leg.in 6.nec eccleſias Cathedrales regulares,vel collegiatas,nec dignitates electiuas, aut ſpecialiter,vel generaliter Papæ reſeruata.d.c. Germ. de indult.§.ac beneficia.nu.3.& §.ne irritum.nu.47.Gem. in c. ſi cui nulla.de præb.in 6.Quartò, poteſt in prouincia commiſſa facere quicquid poteſt loci ordinarius, etiam ſi Patriarcha eſſet.Spec.d.tit.§.nunc oſtendendum. ver. præmiſſo; ſiue id poſſit iure, ſiue conſuetudine, vt dicit Staphil.

loco

Digitized by Google

loco prædicto. nu. 16.quæ tamen poteſtas, vt præiudicatiua ordinariis in dubio eſt potius arctanda, quàm amplianda. gl.in clem.fi.de offic.ord. Quintò, poteſt conferre beneficia vacantia in ſua prouincia,licèt eorum collatio ſpectaret ad clericos extra eam exiſtentes;cùm attendatur in collationibus locus beneficij.clem.1.vbi gl.de ſuppl. negl. præl.c.ſanè.c.fi.de foro cõpet.ratione rei ibi ſitæ, dictis iuribus, quæ beneficia, & alia conferre poterit, etiam Nuntius, cum poteſtate Legati de latere, qui & habet & alia priuilegia Legati de latere.Dec.conſ.128. Pariſ. conſ.17.lib.4. Sextò, poteſt vnire eas eccleſias prouinciæ, quas conferre poteſt, dummodo non ſint de patronatu laicorum ſine eorum conſenſu. gl. in c.nobis. c. dilectus. de iure patr. & ibi Doct. & dummodo non priuet ordinarium obedientia, ſubiectione, correctione,& iuriſdictione,quã ante in eccleſia habebat,licèt ex vnione poſſit eum priuare collatione.Dec.in cap.fi.de conſ.vtil.Rot.deciſ.459.in antiq. Septimò,poteſt eccleſiam, licèt ſubiectam monaſterio alterius prouinciæ, ex cauſa in conuentualem erigere, cùm id poſſit & Epiſcopus cap. conſtitut.de relig.dom. c. dudum. de rebus eccl. non alien. in 6.& Legatus ſit Epiſcopus exemptorum. c. Abbatem. de elect.in 6.c.ſi autem.de priuil.in 6. Octauò,poteſt concedere Abbati in Epiſcopum electo,vt tranſeat ad ipſum Epiſcopatum in ſua prouincia.d.c.ſi Abbatẽ.vbi gl.& Doct.& confirmare electiones Archiepiſcoporum, & exemptorum in prouincia ſibi commiſſa, extra verò non. d.cap.ſi Abbatem. §.fi.vbi gl. niſi ei nemo contradicat: nam tunc etiam extra prouinciam id poteſt, cùm id ſit voluntariæ iuriſdictionis. gl.& Gem.in c.fi.de elect.in 6. Alij verò legati etiam nullo contradicente in prouincia etiam id non poſſunt, niſi ſpecialiter ſibi committatur.d.c.ſi Abbatem.in fi.Ex regulis tamen Cancellariæ,quibus eccleſiæ Cathedrales, & aliæ, vel beneficia Papæ reſeruantur, hodie id Legatus à latere non poſſet,vt dicit Staphil.de pot. Leg.nu.54. Nonò, ad Legatum omiſſis mediis appellari poteſt. glo. in c.fi.de offic. leg. Decimò,poteſt concedere,vt filij presbyterorum in eccleſia paterna immediatè ſuccedãt, quod alij Legati non poſſunt. gl.in c.fin.de fil.presb. Vndecimò, generaliter Legatus omnia poteſt, quæ Papa ſpecialiter ſibi non reſeruat, & in eis diſpenſare.c.quod tranſlationem. de offi. leg.& ſi Legatus à latere aliquod beneficium ſuæ collationi reſeruarit cum de-

Digitized by Google

creto irritante, etiam ignorantes ligabit. Hoſt. & Io. And. in c. dilectus. de iure patr. licèt alia opinio, vt fauorabilior ordinariis ſit magis æqua: vt dicit Cucch. d. tract. num. 104. Duodecimò, poteſt cum religioſis intra clauſtra exiſtentibus diſpenſare his caſibus, quibus eorum Abbas poteſt, & eorum regulas relaxare, exceptis tribus regulæ ſubſtantialibus. Spec. de leg. §. ſunt quoque. ver. Abbas quoque. Tertiodecimò, poteſt abſoluere eos qui iniecerunt manus in clericos etiā exteros, etiam extra prouinciam morantes, alij verò Legati ſuæ prouinciæ homines, licèt alibi excōmunicationem incurriſſent, dū ibi morātur abſoluere poſſunt, licèt alibi excommunicationem contraxiſſent, & etiam non ſubditos ſi in prouincia excommunicationem incurrerint, dummodo non requiratur cauſæ cognitio, non autem eos qui nec in ſua prouincia morantur, nec in ea deliquerunt, nec ei aliquo modo ſubditi ſunt, nec ſibi ſubditos, dum ſunt extra prouinciam, licèt accedat conſenſus ordinarij in cuius diœceſi degunt. c. excōmunicatus. vbi Abb. de offic. leg. Staphil. de pot. Leg. in abſ. nu. 3. Legati verò nati prædictos excommunicatos abſoluere nequeunt, licèt ſibi ſubditi eſſent, & ibi habitarent, & ibi excommunicationem incurrerint, ne facilis ſit via abſolutioni. Abb. in d. cap. excommunicatus: & Legatus à latere id habet, potius ex præſcriptione, quàm iuris diſpoſitione. Abb. in c. quod tranſlationē. de offic. leg. Decimoquartò, cognoſcere poteſt de crimine Epiſcopi minore depoſitione, & diffiniire, ac eū carceri tradere, ſi verò ſit dignū depoſitione poterit fortè pronunciare eum deponendum, ſed non deponere, vt dicit Staphil. de poteſt. Leg. nu. 8 & 9. hodie tamen crederem id non licere, ex Cōc. Trid. ſeſſ. 24. c. 5. de reform. Decimoquintò, poſſunt Legati diœceſanam, & prouincialem Synodū congregare. Hoſt. in ſum. de offi. leg. §. quid pertinet. Decimoſextò, poteſt Legatus viſitare prouinciam, & eius loca, & procurationes, eā de cauſa, accipere. c. procurationes. de cenſib. qui tamen in viſitando deberet ſeruarē formam ordinariis ſtatutam. c. Romana. §. fi. de cēſib. Cucch. d. tr. nu. 112. Decimoſeptimò, Legatus cui data eſt facultas derogandi regulis tam editis, quàm edendis, derogare etiam regulæ de infirmis reſignantibus, poteſt: vt ibi dicit Cucch. nu. 13. Decimooctauò, poteſt diſpenſare cū eo qui cum ſimonia beneficium obtinuit iure antiquo, non autem ſi ſimoniacè eſt ordinatus, quia id Papa

ſolus

ſolus poteſt. Spec.de leg. §.nunc oſtendendum.ver.23.Decimononò,poteſt interpretari Papæ mandatũ. c. 1. vbi Abb.& Innoc.de poſtul.præl.& ex cauſa ex æquitate procedere.c.fi. de tranſac.& in totam ſuam prouinciã ex cauſa interdictum ferre, vt dicit Boër.de legat.nu.17. Vigeſimò, poteſt interponere authoritatem alienationi rei eccleſiaſticæ. Spec. de legat.§.conſequenter.ver.quid ſi.etiam quis promiſiſſet ſine authoritate Epiſcopi alienare,vel Prælati, quod intelligitur, quibus caſibus Epiſcopus poteſt, vnde cùm hodie id Papæ ſit reſeruatum. extrauag. cum deteſtabile. de rebus eccl.vbi illa conſtitutio eſt recepta,id nõ poteſt Legatus, niſi res celeritatem deſideret. Spec. d. §. ver.cæterum. Vigeſimoprimò,poteſt pœnam augere vltra id quod ius commune ſtatuit,modo ius eo non mutetur,& aliquos caſus Papæ reſeruare,quod tamen & Epiſcopus poteſt gl.in clem.ne Romani.de elect.Hoſt.& Io.And.in c.cùm inhibitio. de cland.deſponſ.aliàs contra ius commune nil agere poteſt limitando, extendẽdo,detrahendo,vel diſpẽſando.d.clem.ne Romani. niſi in caſibus expreſſis, & quò ad diſpenſationem,vbi non prohibetur,vt ſuprà eſt dictum. Non poteſt tamen Legatus omnia præſtare,quæ Papa poteſt, multa ſiquidem ſunt quæ Legato etiam de latere non licent. Primò enim,non poteſt conferre beneficia hoſpitalia, niſi ſint acceſſoria eccleſiæ quam cõtulit.gl.in clem.per literas.de præb. clem.quia contingit.de relig. dom. nec poterit ſibi reſeruare eccleſias collegiatas regulares, vel principales in Cathedrali poſt Pontificalem.c.deliberatione.de offic. leg. in 6. Nec Epiſcopos transferre, vel vnam Cathedralem alteri ſubjicere,nec duos Epiſcopatus vnire, vel vnum in duos partire. c. niſi ſpecialis.cum ſeq. extra eo. & hodie conceditur eis poteſtas limitata circa beneficia, vt conferre non poſſint ea niſi certæ ſummæ,qui tamẽ authoritatẽ permutationibus præſtãt.Pariſ.de reſig.ben.lib.7.q.13.ad fi. Nec ordinare ſuos familiares ſibi non ſubditos,niſi per triẽnium ſecum morati ſint,& beneficium actu eis conferat, cùm id & Epiſcopis concedatur.ex Conc. Trid.ſeſſ.23.c.9.de refor. Tertiò, non poteſt decreta ſua ſignare,per verbum fiat,niſi ex ſpeciali cõmiſſione. Quartò, non poteſt contra eccleſiæ Romanæ leges diſpenſare.clem.ne Romani.de elect.ne ordinem iudiciarium auferre.Felin.in c. 1. ver. Legatus. de reſcript. nec poteſt dicere,non obſtantibus conſtitutionibus, &c.cùm id Papæ,&

Principi

Digitized by Google

Principi ſummo tantum liceat.c.nouit. de appell. nec libellus coram eo oblatus vim habet litis conteſtatæ, nec perpetuat actum ſuper qua eſt porrectus, nec cognoſcit cauſam ordine iuris non ſeruato, nec ſic eam delegat,niſi cauſa vrgens ſit.Spec.de leg.§.ſupereſt.col.1.& poteſt etiam in cauſa recuſari,vt ſuſpectus, ex graui tamen cauſa.Hoſt.& Butr. in c.ad petitionem. de accuſ. & omnia valent geſta poſt recuſationem, niſi appelletur ſi Legatus cauſam proſequatur: vt dicit Cucch.d.tract.num. 137. poteſt tamen Papa ei cauſam committere omni recuſatione remota, vt ibi dicit nu. 138.qui tamen bene faciet ſi recuſatus ex cauſa graui abſtineat à iudicio. Quintò, non poteſt etiam interponere authoritatem alienationi rei eccleſiaſticæ, vbi prælatus iuraſſet Papa inconſultò ſe non alienaturum,vt ſuprà eſt dictum. Sextò, non poteſt diſpenſare in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis matrimonium impedientibus. Innoc. in c. fi. de tranſac. Papa tamen id ſolet ei in aliquibus caſibus concedere. Septimò,non poteſt diſpenſare, vt quis retineat plura beneficia incompatibilia.Rot.deciſ.286. in nou.in ſimplicibus verò id poteſt.not.in c. de multa de præben. ſolet tamen Papa id ſibi ſpecialiter concedere. Octauò, non poteſt illegitimos capaces facere beneficiorum, vel ordinum ſacrorum, minorum enim poteſt, vt & Epiſcopus;niſi id ſpecialiter in primo caſu ſibi concedatur. gl.in c.1. de fil. presb. in 6. Decimò, non poteſt diſpenſare contra Concilium generale.glo.in cap.cùm dilecti.de elect.clem.1.de præb. Vndecimò,non poteſt ſe ingerere cauſæ alteri à Papa ſpecialiter delegatæ, niſi vt ſententiam iuſtam confirmet, vel exequatur.cap.2.de offic. leg. Duodecimò, non poteſt alicui concedere, vt beneficia in manibus ſuis reſignata conferat cui vult.c.deliberatione. eo. tit. nec valet collatio beneficij facta à Legato ei qui aliud beneficium habebat, de quo non fecit mentionẽ.c.ſi.eo. in 6. licèt ordinarius id poſſit. clem. fin.de offic.ordin. & dixi infrà tract. de Impetratione, quia ordinarius id præſumatur ſcire, nõ autem Legatus:& oportet quòd in ſpecie,non in genere fiat mentio beneficij,quod ante habebat, & quando Legatus ob mandatum Apoſtolicum debet alicui beneficia conferre,ei conferre non poteſt, qui aliud ſufficiens habebat, niſi id in literis exprimatur,vel primum beneficium reſignetur, & minus ei poteſt curatum dare qui aliud ſimile habebat, vel plura duobus beneficia:
licet

licet dictum eſſet eum conferre poſſe beneficia etiam habenti.c.1s cui.de præben. in 6.ſolet tamen id Legatis concedi,vt beneficia conferant idoneis qualiacunque,vel quęcunque habentibus. Tertiodecimò, non poteſt ſe immiſcere cauſæ quam cognoſcendam ſuſceperat, & detulit ad ſedem Apoſtolicam ſine noua commiſſione.c.licet.de offic.leg.nec in ea quam Epiſcopus prouinciæ iam cœpit.cap. propoſuit. de foro compet.nec in ea quæ alteri eſt delegata,etiam ſi is non præueniſſet.c. ſtuduiſti. de offic leg.niſi is eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Staph.de pot.leg.num. 6.alij caſus quibus legatus nil poteſt, ſed Papæ reſeruantur, enumerantur à Spec. de leg. §. nunc oſtendum. & traditi ſunt ſupra,tract.de Summo Pont.

Quò ad quintum,ante ingreſſam prouinciam regulariter non poteſt de cauſa cognoſcere, niſi infirmitate detineatur, & expediat vt alicui cauſam committat aliquam, poteſt tamen exercere ea quæ ſunt voluntariæ, non contentioſæ iuriſdictionis, etiam quãdo extra eam prouinciam eſt,& beneficia conferre, ſi non requiratur cauſæ cognitio, ſi enim requiritur, non poteſt niſi de conſenſu præſulis loci,nec poteſt excommunicare,nec exequi ſuam ſententiam, ſi tamen præficiatur pluribus prouinciis poteſt cauſas vnius prouinciæ in alia tractare, vt dicit Hoſt. de leg. §. quando, & vbi Legatus, & alij caſus, quibus Legatus poteſt aliquos actus extra prouinciam exiſtens facere ſupra ſunt enumerati. 5 *Legationis poteſtas vbi, & quãdo vigeat.*

Quò ad ſextum, effectus legationis eſt, quod id quòd Legatus ritè decreuerit, ſeruandum eſt,ac ſi Papa id decreuiſſet.Spec.d.tit.§. ſupereſt. num. 52. & eius conſtitutiones durant perpetuò,vt dicit D.Ant.3. p.tit.25.c.13.§.2.& ſi quid non ita firmum decreuit ſolet Papa conniuere. cap. ad petitionem. de accuſ.iniuſtam tamen eius ſentẽtiam reuocabit. cap.cum cauſa.de re iud. Valet etiam actum à Legato reuocato in publico conſiſtorio,antequam id ad eum perueniat. cap.1.ver.ex parte.de conceſſ. præb.in 6.Et ſi iuriſdictio Legati eſt prorogata ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem : ſecus ſi nomine proprio, quia tunc in ipſo prorogatio reſidet,licet legatione functo. Spec.d.§.quando.ad fi.ſi verò vtrumque eſt expreſſum, & dignitas & nomen, attenditur quod prius eſt nominatũ, vt dicit Cucch. d.tract.n.163.cum ſeq.vſq; ad n.179.nec deponit Legatus etiam reuocatus imperium, donec ingreditur portas vrbis,vt dicitSpec d.§.n.2. 6 *Legationis effectus quis ſit.*

Quò

7 *Legati poteſtas quando, & quibus caſibus expiret.*

Quò ad vltimum, dicendum eſt,quòd poteſtas, & officium Legati expirat morte, reuocatione,tempore,& cauſa, morte tam Legati,quàm mittentis,niſi ſit miſſus non à Papa, ſed à ſede Apoſtolica, ſic enim morte Papæ non extinguitur legatio,cum ſedes Apoſtolica nunquam moriatur,vt dicit Spec.de leg.§.fi.num. 4. nec etiam ſi cauſæ iam cœptæ ſunt, ſic enim morte mittentis non expirat, quò ad eas poteſtas Legati.cap.gratum.cap.relatum.de offic.deleg.

Reuocatione, ſi reuocetur ab eo qui eum miſit.c.nouit.c.fi.de offic. leg. quòd ſi aliquas cauſas delegaſſet ante egreſſum prouinciæ,& delegatus iudiciũ intentaſſet, poteſt tunc in ea procedere.Spec.de leg. §. 1.licet ipſe Legatus, vel eius auditor non poſſint proſequi cauſas tunc ab eis cœptas,ſede verò vacante,collegium Cardinalium non poteſt Legatum reuocare,niſi ex graui cauſa,vt dicit ibi Spec. & cenſetur reuocatus eo ipſo, quòd illuc alius Legatus mittitur, vt dicit Cald. in cap. tua. de offic. vicar. valent tamen geſta ab eo etiam poſt reuocationem, donec reuocatio ei ſit denunciata, in dubio tamen præſumitur eam ignorare,etiam ſi ſit facta in publico coſiſtorio.

Tempore, cum lapſum eſt tempus ad quod eſt Legatus conſtitutus.Spec.tit.§.finitur.

Cauſa, cum, ſi eſt deſtinatus ad aliquam cauſam ſpecialem, illa eſt expleta, non debet tamen inde diſcedere niſi licentia à Papa impetrata. niſi ad in literis contineatur, vt & euocatus à Papa è prouincia non debet illuc redire ſine nouo mandato, licet, ſecus ſi ipſe ſponte diſceſſiſſet, vt dicit ibi Spec. dummodo habuerit animum reuertendi. Renunciare tamen non poteſt Legatus legationi, cum debeat obedire mittenti,vt dicit ibi Spec.num.4.

Hoc verò eſt ſpeciale in Legato,quòd finito officio, ita erit honore afficiendus, vt dum in officio erat in memoriam dignitatis illius.Specul.dicto tit. §. fin.

DE

Digitized by Google

DE STATV REVERENDISSIMORVM PATRIARCHARVM, PRIMATum,& Archiepiſcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Patriarchæ unde dicantur,& quare.*
2 *Patriarchæ quot ſint,eorum poteſtas,& prærogatiua.*
3 *Primates qui ſint,& quæ illorum poteſtas.*
4 *Archiepiſcopi qui dicantur,à quo eligantur,& eorum prærogatiua.*
5 *Pallium, ut accipiat Archiepiſcopus, quomodo, à quo, quando,& quis eius effectus.*
6 *Archiepiſcopi prærogatiua, & poteſtas quæ, & ad quæ ſe extendat,vel non.*

DICTO in ſuperioribus de ſtatu Papæ, Cardinalium,& Legatorum, quia Patriarchæ, & Archipiſcopi præcellunt ſimplices Epiſcopis, ideò congruè de eis dicendum ſequitur,in quo notandum, quòd Patriar- græcè dicitur Primus, vel Princeps, ſeu honorabilior inter patres,vel inter primos, cum nomen patris non pertineat ad genitores tantum,ſed etiam ad honorabiliores,vnde & à Romulo Senatores dicti ſunt Patres,& eorum poſteri Patritij, teſte Liuio lib. 1. Dion.Halic.lib.2. Vnde & Epiſcopi, qui præſtant aliis authoritate in eccleſia Patres dicuntur.c.ſexta ſynodus.16.diſt.c. ſi.62. diſt.& in ſacris literis, qui doctrina ingenerant in nobis Dei cognitionem dicuntur Patres 1. Cor.4.ad Gal.4.& ſic Patriarchæ dicuntur,quaſi ſummi Patrum, quia primum poſt Papam locum tenent.c.cleros.21.diſt.& ſic diſtinguuntur Patriarchæ, Archiepiſcopi,& Epiſcopi,ex ep.2.& 3.Anacl. & 4.Damaſi. 1 *Patriarchæ unde dicãtur,& quare.*

Patriarchæ ſunt quatuor, poſt Romanum Pontificem, qui & ipſe Patriarcha eſt, Princeps enim eſt Patrum,& cap. totius eccleſiæ,vt dicit Iſid.hiſt.anni 557. quos Nicolaus de Lira in cap. 4.Apoc.dicit:*deſignari in figura ſedentis in throno,& quatuor animalium exiſtentium in circuitu.* Hi verò ſunt 2 *Patriarchæ qui ſint,eorũ poteſtas, & prærogatiua.*

ſunt Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, qui conſtituti fuere in Synodo Conſtantinopolitana vniuerſali anno 383. & ibi decretum eſt Conſtantinopolitanum primum honorem habere poſt Papam, teſte Teod. lib.5.hiſt.c.9. & habetur in cap.antiqua.de priuil.cap.ſancta Romana.eod.in extra.communi. §.1.auth. de eccl.tit. & diffinitur in Bulla Eugenij IIII.incip. conſentiente, anni 1439.pridie Non. Iul.decernente prædictum ordinem ſeruari deberet inter Patriarchas, cum ante Alexandrina eccleſia eſſet prior honore, & Antiochena prior tempore, & prima ſedes Diui Petri, vbi & primùm Diſcipuli Domini Chriſtiani vocati ſunt.cap.renouantes.12.diſt. cap. rogamus. 24. q.1. cap.Beati Petrus, & Paulus. 2. quæſt.7.& Act.11.quæ ciuitas Conſtantinopolitana, ſeu Bizantium ante dicta, & poſtea Conſtantinopolis à Cõſtantino Imperatore, eſt in Thracia, teſte Strabo lib.1.& 7.Geograph.& primum condita fuit à Pauſania Spartano, teſte Iuſtino, ex Trogo lib.4.Secũda ſedes eſt Alexãdrina, ſic dicta à ciuitate Alexandriæ in Ægypto Aphricæ contigua, teſte Mela.lib.1. cap 9. Tertia, Antiochena, ab Antiochia Syriæ regionis: quarta, Hieroſolymitana, à Hieroſolyma Iudeæ ciuitate dicta, quæ eſt totius Orientis clariſſima, ob mortem, & ſepulturam Chriſti. Hi Patriarchæ eliguntur à Papa, & ab eodem eligendo confirmantur, vel à Legato de latere, vt & ipſi qui exẽpti ſunt ab Archiepiſ.c. ſcriptum.de elect.c. ſi Abbatẽ de elect.in 6. *Sex præterea Patriarchæ extant ex priuilegio, vel conſuetudine, ſcilicet Aquileienſis, Gradenſis, Bituricenſis, Cantuarienſis, Toletanus, & Piſanus.* Quorũ duo tantũ nomen Patriarchæ retinuere, ſcilicet Aquileienſis, & Gradẽſis, qui eſt Patriarcha Venetiarũ, alij dicuntur Primates, vel Archiepiſ. vt dicit Germ.lib.3.de ſacror. immun.cap.7. num.2. cum ſeq. Hi Patriarchæ præpoſiti ſunt maximis Imperiis, & Regnis, aliis Epiſcopis, & Archiepiſcopis in illis regionibus conſtitutis præpoſiti, ad quos ſumma grauiorum negotiorum religionis defertur.cap.prouincię.99.diſt.cap.vrbes.80. diſt. & dum in Concilio ſunt habent quoſdam Epiſcopos, qui non ſubduntur alicui Metropolitano ſibi adſtantes, & accipiunt pallium à Romano Pontifice in ſignum plenitudinis poteſtatis, cui & tunc iurare tenentur fidelitatem, & obedientiam, & ipſi illud poſtea ſuis Suffraganeis Archiepiſcopis largiuntur.cap.antiqua. de priuil. ab eis recipientes

Digitized by Google

pro ſe profeſſionem canonicam, & pro eccleſia Romana ſponſionem, de qua in d. cap. antiqua. Patriarchæ tamen Orientales non præbent pallium ſuis ſuffraganeis, niſi prius præſtito Papæ fidelitatis iuramento, & gaudent hoc priuilegio, vt crucem ante ſe vbique geſtari iubere poſſunt, præterquam in vrbe Roma, vel vbi Papa exiſtit, vel eius Legatus vtẽs inſignibus ſedis Apoſtolicæ.d.cap.antiqua. Præterea ex omnibus prouinciis eorum iuriſdictioni ſubiectis, omiſſis mediis ad eos appellari poteſt; ſaluis appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis, licet æquius ſit vt nõ omiſſis mediis à ſententia Epiſcopi ad Archiepiſcopum, non ad Patriarcham, recta appelletur. Io.And.Abb. & alij in d.c.antiqua. Præterea hi Patriarchæ illuſtres ſunt, & Regibus comparantur. Iaſ. in l. 1. ff. de officio eius. minores tamen ſunt Cardinalibus. Fel. in rubr. de maior. & Archiepiſcopi ſunt Patriarcharum ſuffraganei, & hi illorũ ordinarij. Abb. in d.cap.antiqua. vnde grauia Archiepiſcopi ſine illis facere non poſſunt. Spec.tit. de diſpenſat.§. ſunt quoque. vnde ſine eo Archiepiſcopus nõ debet confirmare, vel conſecrare Epiſcopum.c.placet. vbi glo. 65.diſt. & Archiepiſcopus confirmatur à Primate, vel Patriarcha. c.quia igitur. diſt.63.cum ibi not. non habet tamen poteſtatem Patriarcha in ſubditos Archiepiſcoporum, vt nec ipſi in ſubditos Suffraganeorum. Abb. in c. antiqua. de priuil. nec Patriarcha vllo priuilegio præ cæteris Epiſcopis potitur præter id quod iure communi, vel conſuetudine habetur.cap.duo ſimul de offi.ord. Nec ex negligentia Archiepiſcopi in conferendo beneficia fit deuolutio ad Patriarcham, ſed ad Papam. Imol. in clem.ſi de beneficio.de præben.

Quo veró ad Primates, ij quodammodo dici poſſunt Patriarchæ. cap. 1.2.& 3.99. diſt.cap. conquæſtus.9. quæſt.3. differunt tamen ab eis, quia plures quatuor ſunt, & alibi ſedem habent, quàm vbi Patriarchæ, & iis ſunt inferiores, & regulariter præſunt tribus Archiepiſcopis, vt & Reges tribus Ducibus, vnde & Regibus cõparantur. Spec. in procem. re.diui. offic. col.4. à quibus Archiepiſcopis ad ipſos appellatur.cap.1.99.diſtinct. vt ſunt in Italia Patriarcha Gradenſis, vel Venetus, & Bituricenſis, in Germania Magdeburgenſis, in Hiſpania Toletanus, in Anglia Eboracenſis, in Pannonia Strigonenſis, & in Gallia Lugdunenſis: vt dicit Boër. tr.de ord.grad.

3 *Primates qui ſint, & quæ illorum poteſtas qui & Patriarchæ dicũtur.*

H Quo

4 *Archiepiſcopi qui dicãtur, à quo eligãtur, & eorum prærogatiua.*

Quo verò ad Archiepiſcopos, qui dicuntur Archiepiſcopi, quaſi ſummi Epiſcoporum, vel Metropolitani à menſura ciuitatum, quia decem, vel vndecim ciuitates ſub ſe debent habere.c.ſcitote.16.q.3.gl.in cap.cleros.21.diſt. & 7.q.3.per tot. ſunt minores Primatibus, ſed maiores Epiſcopis, qui iis ſubeſſe debent, vt ſupra decem, vel vndecim Epiſcopos, qui numerus non minor prouinciam efficit.c.ſcitote.6.quæſt.2. Eligitur autẽ Archiepiſcopus ab Epiſcopis prouinciæ conuenientibus in Eccleſia Metropolitana ex clericorum, & ciuium conſenſu. cap.Metropolitano.63. diſt.c.qui in aliquo. 35. diſt. & hoc vbi viget conſuetudo, quòd ab iis eligatur, nam ex regulis Cancellariæ Papa eius ſibi electionem reſeruat, electus confirmatur à Patriarcha, vel Primate, & ſi ab iis eſt exemptus, à Papa.c bonæ.cap.nihil.de elect. Inde conſecratur, & vngitur. c.1. de ſacra vnct. à tribus ſcilicet Epiſcopis, vt eſt decretum in Trid.Conc.ſeſſ.23 cap.2.& 5.65.diſt.

5 *Pallium vt accipiat Archiepiſcopus, quomodo, à quo, quãdo, & quis eius effectus.*

vbi Card.Alex.de conſenſu tamen Primatis, vel Patriarchæ ſi iis ſubeſt, aliàs Papæ, & pallium accipit ab altero eorum in ſignum plenitudinis poteſtatis, ſine quo ea quæ ſunt propria Archiepiſcoporum munera exercere non poteſt, nec ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, vnde ſine eo non poteſt Concilium prouinciale conuocare, nec Epiſcopos conſecrare, quæ ſunt propria Archiepiſcoporum, ſed nec Chriſma conficere, Baſilicas dedicare, clericóſve ordinare, nec virgines conſecrare. Abb.in c.1.de tranſl.epiſc.c.niſi ſpecialis.de auth.& vſu pallij cap.quod ſicut.c. ſignificaſti.de elect. & eo vti poteſt. Archiepiſcopus in tota prouincia, etiam in locis exemptis, nec retardatur pallium ob criminum obiectionem, niſi obiiciens oppoſita vera eſſe iuramento affirmet.Germ.lib.3.de ſacr.immun.c.7.nu.24.cum ſeq.non tamen eſt neceſſarium, vt in iis illo actu vtantur, ſat enim eſt vt illis traditum ſit, licet minus rectè faciant, ſi ſine illo prædicta præſtent. d.c. niſi ſpecialis. Eſt autem pallium ornamentum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & quandoque Epiſcoporũ de corpore Beati Petri ſumptum plenitudinem Põtificalis officij cõferens, humeros & pectus ad modum ſtolæ ambiens ante pectus pendens, cruces nigras intextas habens alia ornamenta ſupertegens: vt not.in rubr.de auth. & vſu pallij, quæ ornamenta gerit Papa, & prædicti, & etiam Epiſcopi quandoque ex priuilegio Apoſtolico, vt Epiſcopus Ticini. Papa vero ſemper & vbique in Miſſarum ſolemnibus vti poteſt pallio,

Digitized by Google

pallio,cum ſolus habeat plenam poteſtatem adminiſtrationis eccleſiaſticæ.cap.ad honorem. de auth.& vſu pallij. Alij cum non in plenitudinem poteſtatis, ſed in partem ſollicitudinis ſint vocati,non ſemper & vbique,ſed in eccleſia tantum,in qua iuriſdictionem accepere , eo vtuntur, nec extra prouinciam etiam ex conſuetudine eo vti poſſunt.c. ex tuarum.eod.Primas etiam in qualibet eccleſia prouinciæ,etiam exempta dum Miſſam celebrat,eo vtitur. c. 1.eod.nõ tamen extra eccleſiam,licet ſacris indutus, & proceſſionaliter incedat.clem.2.de priuil.Papa tamen ſolet cõcedere, vt in aliena eccleſia de licentia eius præſulis, quando in prouincia non poteſt conſecrare commodè Epiſcopum,eo vtatur.c.ex tuarum.eod.Solet verò Papa pallij vſum per priuilegium concedere in Natali Domini, Circũciſione,ſancti Stephani,ſancti Ioannis,Epiphaniæ,die Palmarum,in Cœna Domini,in octaua Pentecoſtes, natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ, diebus Apoſtolorum,in Dedicatione Eccleſiæ, cum clerici ordinantur,Epiſcopi cõſecrantur,die ſolemni Eccleſiæ, & eius Dedicatione.glo.in c.ad honorem eod.Peti verò debet pallium intra tres menſes à die conſecrationis,vel confirmationis,vbi conſecratio nõ requiritur, quia ante eſſet Epiſcopus. c.quoniam.diſt.100. nec ſat eſt ſæpius eſſe petitum, ſed ſæpius eſt petendum.cap.priſca.diſt.100. & debet peti per electum,vel eius Capitulum intra dictum tempus.

Traditur verò Patriarchis à Papa,aliis verò à Patriarchis. cap.antiqua.de priuil. Sumitur autem pallium de altari Beati Petri, vbi benedicitur, & conſecratur, & traditur ei qui illo eſt vſurus, & dicitur accipi de corpore Beati Petri, quia accipit quis plenitudinem Pontificalis officij in ſua eccleſia, à Petro tamen, cum omnis iuriſdictio eccleſiaſtica ſit à Papa, vt eo quis vtatur certis diebus in priuilegio expreſſis. Glo.& Abb.in c.ad honorem.de auth.& vſu pallij. Nec ante alicui traditur,quàm iuret ſe ſeruaturum fidem catholicam, & obediturum eccleſiæ Romanæ. cap. ſignificaſti. de elect. quod etiam per procuratorem accipi & præſtari poteſt, vt not.in d.cap.ſignificaſti.Non debet verò differri pallij acceptio ob crimen, vel defectum obiectum in perſona electi, niſi aduerſarius iuret ſe nil per calumniã moliri, & credere vera eſſe,quę eſt oppoſiturus,& habere probationes paratas, quas facere debet intra bimeſtre à die collationis, aduerſarius tamẽ ſubjicietur pœnę talionis,vel aliæ arbitrio ſuperioris.

Digitized by Google

rioris.c.1.in extr.communi.de auth. Et licet pallium traditum ſit,poterit tamen is denunciari,accuſari,vel contra eum inquiri,d.extrauag. Et in receptione pallij debet accipi documentum publicum eius receptionis:aliàs fructibus beneficiorum priuantur, nec poterunt exercere actus ſibi incumbentes. extrauag.iuncta. de elect. Pallium verò ſuum nullus alij commodare poteſt, nec alieno vti, ſed cum eo debet ſepeliri.cap.2.eod.& ſi ad aliam transfertur eccleſiam,eo inſignitus, alio ornandus erit, quo vti debebit in illa eccleſia, veteri omiſſo,licet aliqui dicant, eum & vetus retinere poſſe. Abb.in cap.1.& 2.de author.& vſu pall.

6 *Archiepiſcopi prærogatiua, & poteſtas qua & ad qua ſe extendat, vel non.*

Vlterius Archiepiſcopus alia vtitur prærogatiua, vt crucem ante ſe ferri faciat in omnibus prouinciæ locis, etiam exemptis.& pallium item,vt ſupra clem. Archiepiſcopo. de priuileg.& per loca exempta ſuæ prouinciæ tranſiens,vel ad ea diuertens, poteſt populo ſolemniter benedicere, diuina officia priuatim,vel publicè ibi audire,& mitras Pontificias, & diebus in priuilegio ſtatutis pallio indutus,& aliis inſignibus celebrare, & iubere alium ſe præſente celebrare, ſic tamen, vt iuriſdictionem ibi non exerceat, nec priuilegiatis præiudicium afferat. d. clem. vbi glo.& Doct. poteſt etiam in aliena prouincia habere Epiſcopatum aliquem ſibi ſubditum, & etiam in aliena prouincia poteſt Archiepiſcopus celebrans, vel prædicans, vel alium actum cogente iuriſdictioně exercens vti Pontificialibus ex conſuetudine,ordines verò conferre,vel adimere, aut cõfirmationis ſacramentum miniſtrare non poteſt in aliena diœceſi, niſi de Epiſcopi loci licentia, non tamen de eius licentia pallio vti poteſt, niſi priuilegium à Papa habeat cap.1.& 2.cap.ex tuarum.cap.ad honorem.de auth.& vſu pallij. & not. in d. clem. Archiepiſcopo. & ſi locus ſit in prouincia, & nõ conſtet in qua diœceſi ſit, fundata tamen eſt Archiepiſcopi intentio in cuius prouincia is locus eſt. d.clemen.

Archiepiſcopus verò differenter iuriſdictionem exercet in propria diœceſi, differenter in prouincia, nam in propriam Epiſcopalem iuriſdictionem habet,de quo in tract.de Epiſcopo, in prouincia autem habet Archiepiſcopalem poteſtatem. Abb. in cap.quanto. c.paſtoralis. de offic.ord.non enim habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, ſed tantum in ipſos ſuffraganeos, quorũ eſt iudex ordinarius. d. c.paſtoralis.de offi.ord.Vnde eorum electionem confirmat,

vel

Digitized by Google

vel infirmat. Abb. in c. cum eccleſia. de elect. & eos conſecrat. c. ſi Archiepiſcopus. de temp. ord. & officium conſecrationis aliis Epiſcopi, demandare poteſt. not. in c. quod ſedes. de offi. ord. & iudicat non ſolùm in cauſis ciuilibus, vel pecuniariis, ſed etiam in his quæ objiciuntur contra Epiſcopum, quò ad ea ſcilicet, quæ non merentur depoſitionem, vel priuationem Epiſcopatus, poteſt ſic Epiſcopus ab Archiepiſcopo ſuſpendi, vel excõmunicari, ſed deponi à ſolo Papa poteſt, licet id cognoſci poſſit ab Archiepiſcopo in ſynodo. c. venerabilib. §. ſed ſi excommunicatus. de ſent. excom. in 6. Abb. in c. 2. de accuſ. Franc. in c. vt litigantes de offic. ordin. in 6. Hodie tamen ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 5. & ſeſſ. 13. c. 6. ſtatuitur, vt contra Epiſcopos in criminalibus, ſolus Papa cauſas grauiores cognoſcat. Idem cognoſcit cauſas appellationum ad ſe deuolutas, & eas committit pro tota prouincia. Germ. d. c. num. 35. 36. & 37. Poteſt etiam Archiepiſcopus punire officiales Epiſcopi delinquentes. Franch. in cap. 1. de offi. ordin. in 6. Et ſi electio eccleſiæ Cathedralis vltra tres menſes differtur, poteſt Archiepiſcopus de conſilio ſui Capituli aliũ ex illa eccleſia, vel alia ad illam eccleſiam eligere. cap. ne pro defectu. de elect. quod tamen hodie Papæ ſoli licet quò ad Epiſcopos, & primam dignitatem in Cathedrali ex regulis Cancellariæ. Conuocare etiam poteſt ſynodum ſuæ prouinciæ. c. 1. de pœnis. cap. ſi Epiſcopus. diſt. 18. Nõ tamen Archiepiſcopus eſt iudex Epiſcopi, niſi in caſibus iure tantum expreſſis, vt dicit Felin. in d. c. paſtoralis. de offic. ordin. num. 8. Io. And. in c. nullus. de iureiur. Cucch. de Patriar. nu. 47. aliter enim in hoc proceditur cum ſuffraganeis, aliter cum ſubditis ſuffraganeorum, in ſubditos enim non habet iuriſdictionem, niſi quibuſdam articulis exceptis, in Epiſcopos maiorem, vt ſupra eſt dictum, & habetur in d. cap. paſtoralis. in prin. Vnde ſi Epiſcopi ſubditus vult agere contra Epiſcopum, coram Archiepiſcopo eum conuenire debet. d. cap. paſtoralis. in princ. Si verò Epiſcopus contra ſubditum agere vult arbitri iuris ſunt dandi coram quibus cauſa agatur. glo. in d. cap. paſtoralis. quos tamen arbitros coget Epiſcopus vt pars eligat, ne in ſua cauſa ius Epiſcopus dicat. glo. in cap. ſi clericus. ver. arbitros. vbi Card. Turr. Cr. 2. q. 6. Non poteſt verò agere contra ſubditos Suffraganeorum, niſi in trigintaquatuor caſibus, de quibus Germ. d. c. nu. 47. Idem Epiſcopum, vel Abbatem eligit ſi monachi, vel cano-

nici intra tres menſes non elegerint, & prouidet Epiſcopo de Vicario, niſi ipſe id faciat, & edicta per totam prouinciam promulgat, & excommunicat ſinodo adeſſe detrectantes. Germ. ibi. nu. 38. cum ſeq.

Quòd ſi Archiepiſcopus, vel Patriarcha in aliena diœceſi, vel prouincia delinquat, poterit iudicari ab Epiſcopo illius diœceſis, vel Archiepiſcopo poterit iudicari, niſi is ſit ex ſuis Suffraganeis. Abb. & Imol. in c. cum inferior. de maiorit. & obed. modo tamen quo ſupra.

Sunt verò aliqui caſus, quibus Archiepiſcopus, vel Patriarcha habet poteſtatem in ſubditos Suffraganeorum. Primò enim eos cogere poteſt, vt in celebrandis diuinis ſe conforment mori Metropolitani, ſi diſcordant. d. cap. paſtoralis. de offi. ordin. c. de his. vbi gl. diſt. 12. ſi tamen Metropolitanus diuerſum ritum à Romano obſeruat, vt Mediolanenſis, aliæ eccleſiæ prouinciæ idē ſeruare non tenentur: vt dicit Cucch. de patr. num. 53. cum ſeq. Secundò, poteſt Archiepiſcopus indulgentias concedere prouincialibus ſuis. Franch. in cap. 1. de pœnit. & remiſſ. cap. noſtra. de pœnit. & etiam poteſt eleemoſynas colligere per prouinciam pro eccleſiæ ſuæ reparatione, vel alio pio opere; & punire Suffraganeos, & eorum Vicarios id impedientes. cap. 1. de pœnit. & remiſſ. vbi Franch. Card. in clem. 1. de cenſib. Tertiò, poteſt ſemel, ac iterum viſitare totam prouinciam ſuam, & eius eccleſias, & monaſteria non exempta, ac pia loca, & eorum homines, & corrigere corrigenda, etiam ſi non adſit Epiſcopi negligentia, & procuratores cauſa viſitationis ſuſcipere. c. fin. de cenſibus in 6. & dum viſitat audire confeſſiones ſubditorū Suffraganeorum, & debitis pœnitentiis ſubjicere. d. c. fi. & ordines, ac ſacramenta eccleſiaſtica conferre. Franch. in d. c. fi. & ſi Epiſcopus, & Archiepiſcopus eodem tempore eundem locum viſitent, vterque procurationem accipiet ſi facultates ſuppetant, & ſi diuerſas proferunt ſententias pro reo iudicabitur, & ſi facultates non ſuppetent vtrique, Epiſcopus diſcedet, niſi prior acceſſerit. Io. And. & Franch. in c. 1. §. deinde. de cenſib. in 6. & circa viſitationem plenius videnda, quæ habentur tract. de Epiſco. in cap. de Viſitat. ad fi. vbi traditur quando Archiepiſcopus poſſit viſitare prouinciam, vel non, & quid ibi poſſit. Poteſt etiam abſoluere ſubditos Suffraganeorum à ſuis Epiſcopis excommunicatos, & de iniuſtitia ſententiæ, vel iuſtitia cognoſcere. c. venerabilibus. §. 1. de

ſent.

ſent. excom. in 6. extra viſitationem tamen non poteſt ordines, vel ſacramenta conferre.c.nullus.9.q.2. Quartò, poteſt punire notoria crimina totius prouinciæ, cum ſic notetur negligentia Epiſcopi loci, & notoria dicuntur, quæ examinatione non egent.c.1.§. notoria. de cenſib. in 6. vnde prauas conſuetudines prouinciæ, etiam excommunicationibus abrogare valet.Fel.in d.c.paſtoralis. de offi. ordin. & quoties deprehenditur negligentia Epiſcopi, maximè tertio moniti,poteſt de vitiis eius ſubditorum cognoſcere, & iudicare.d.cap.1.§.notoria.de cenſib.in 6.& etiam ſi conſuetudo id habet, poterit etiam ius dicere in ſubditos ſuorum Suffraganeorum.c.1.vbi Io.And Hoſt.& Frãc. de pœn. in 6.In ciuilibus verò cauſis, ex ſola Epiſcopi negligentia, cauſæ ad Archiepiſcopum non deuoluuntur, niſi agatur de adminiſtrandis eccleſiæ negotiis.c.cum ſcimus. 9. q. 3. vel appellatum fuerit à ſententia Epiſcopi, vel eius mora. Fel. in d.c.paſtoralis.Abb.in c.ex parte.1. de appell. vel niſi Epiſcopus negligat exequi piam extremam diſpoſitionẽ. Abb. & Fel.in d.c. paſtoralis. ſic etiam Archiepiſcopus poteſt cognoſcere de cauſa ſui Suffraganei, quandò ad eum Epiſcopus negotij ſeriem exponendo id dèfert.Albas, & Fel. loco prædicto. vel ſi Epiſcopus ex ſuſpicione recuſatus ad eum cauſam remittit Abb.& Fel.ibid.Similiter ſi conſtet euidenter de iniuſtitia ſententiæ ab Epiſcopo latæ Abb. & Fel.ibidem.Sic etiam punire poteſt eos qui iniuriam inferunt, vel impediunt nuntios ſuos per prouinciam miſſos.c.1.de pœn. in 6.& ſimiliter habet iuriſdictionem in ſubditos Suffraganeorum in negotio ſpectante vtilitatem vniuerſę prouincię. Abb.& Fel.in d. c. paſtoralis. poteſt etiam delegare cauſam aliquam ſubdito ſui Suffraganei volenti non eo inuitò. not. in d.c. paſtoralis. & de licentia Suffraganei omnem iuriſdictionem in eius diœceſi exercere.c.ſicut.de exceſſ.prælat.& Suffraganei ſubditis,concedente ſuffraganeo,cõcedere. Fel. ibid. Vnde, & valet conſtitutio in ſynodo prouinciali facta conſentientibus ſubditis Suffraganeorum, vt Archiepiſcopus poſſit cognoſcere de cauſis ipſorum ſubditorum, licet aliquibus ex ipſis ſubditis huiuſmodi diſſentientibus non valeat conſtitutio.gl.in c.nouit.de nouit.de offic.deleg. vnde nec valet cõſtitutio ſynodi prouincialis,vt Archiepiſcop⁹ poſſit exequi decreta ſynodi etiam in ſubditos Suffraganeorum,& pro delictis cõmiſſis extra prouinciã,vt facit in ſuos

ſubditos, vel in prouincia delinquentes. Rot. deciſ. 842.de conſuet. in antiq.licet tamẽ Archiepiſcopo admittere alium Archiepiſcopum, vt aduerſus aliquem ibi morantem, qui intra illius Archiepiſcopi diœceſim ei iniuriam fecit, procedere & ius dicere poſſit. Rot.prædicta, & in primo caſu requiritur etiam conſenſu Epiſcoporum, quod intelligitur ſi abſens ſit iuſtè, vel contra dicta,cum aliàs acta in ſinodo eo vocato, & contumace exiſtente valeant; poteſt etiam Archiepiſcopus punire canonicos Suffraganei ſi ceſſarunt à diuinis ſine rationabili cauſa ad quærimoniam Epiſcopi, vt delegatus Papæ.c.irrefragabili.§.cæterum.de offic.ordin. & mortuo Epiſcopo poteſt dare Viſitatorem Eccleſiæ,ſi Capitulum negligens ſit. Abb. in c.1.ne ſede vacan. & clericos idoneos eccleſiæ egenti ſufficere.c.non liceat.11.q.2. Et poteſt cum ſubditis Suffraganeorum diſpenſare in pœnalibus, quibus caſibus eos iudicare poteſt: vt dicit Spec. tit. de diſpenſat.§.ſunt quoque.num.3.

Patriarchæ verò, vel Archiepiſcopi, Primates, vel Epiſcopi eliguntur, vel electione canonicorum, vel Papæ prouiſione, & poſt prouiſionem Papæ confirmatio non requiritur, ſed conſecratio, qua plenum ius acquiritur, & pallium tradendum, poſt electionem verò canonicorum requiritur etiam Prælati confirmatio,non autem ſi ſit à Papa: vt dicit Cucch.de Patr.in fin.de Patr.in fin.& dictum eſt ſupra hoc tract.& tract.de Elect.

De Epiſcopis verò eſt latè habitus ſermo tract. iam edito de Statu,& Munere Epiſc.

DE STATV PRÆLATORVM.

SVMMARIVM.

1 *Prælati qui propriè dicantur, & qui minus propriè.*
2 *Prælatorum inſignia quæ ſint.*
3 *Prælati à quo eligantur.*
4 *Prælati qualiter eligendi.*
5 *Prælaturæ non procurandæ, & quare, & an poſſint peti ſine peccato.*

6 *Prælati*

Digitized by Google

6 *Prælati quæ iure agere poſſint in ſpeciali.*
7 *Prælati quæ agere non poſſint, vel non ſoli.*
8 *Prælati quid agere debeant, & teneantur circa temporalia bona eccleſiæ, vel non.*
9 *Prælati circa ſpiritualia quid agere debeant, & teneantur.*
10 *Prælatus in quibus peccare poſſit.*

De Prælatis in genere. Cap. I.

TRACTATVRVS de ſtatu Prælatorū, qui ſunt oculi in Eccleſia, & Sol in firmamento eiuſdem cap. ſolitæ. de maior. Primo loco agere propoſui, qui dicantur Prælati: ſecundò, à quo inſtituantur: tertiò quæ ſit eorum poteſtas: quartò, quæ non poſſint: quintò, ad quid teneantur circa temporalia eccleſiæ: ſextò, quid in ſpiritualibus: ſeptimò, quomodo in eorum officio peccare poſſint. Et à primo exordiendo, obſeruandum eſt in vniuerſum, quòd Prælatus dicitur, qui ante alios latus, vel poſitus eſt, & comprehenditur largè loquendo hoc vocabulo quicunque curam habet animarum ex inſtitutione, vel deputatione perpetua, non autem temporali. c. tua. de cler. ægrot. non autem is cui ad tempus curæ exercitiū eſt commiſſum; ſtrictè verò & propriè Prælatus dicitur, qui habet iuriſdictionē in foro contentioſo ex officio vel præſcriptione, aut priuilegio. c. decernimus. vbi gl. de iudic. clem. dudum. de ſepult. not. Abb. in c. cùm ab eccleſiarū. de offic. ord. quod intelligitur de authoritate ordinaria, non delegata: vt dicit Inno. in d. c. decernimus. & ibi Abb. & appellatione Prælati venit etiam Archidiaconus, quod intelligitur non de illo qui per Epiſcopum inueſtitur, ſed de eo qui per electionem aſſumitur, quia ſic vniuerſitas eligendo tribuit ei iuriſdictionem: vt dicit Abb. ibid. & idē de eo qui aſſumptus ab Epiſcopo ad aliquam dignitatem habet iuriſdictionem de conſuetudine, vel aliter, vt ibi dicit Abb. & idem de Abbatibus, vt ibi innuit, cū præponātur Archidiaconis, & idem procedit in quolibet præpoſito collegiatæ, vel conuentualis eccleſiæ ſi habet iuriſdictionem in ibi exiſtentes in foro exteriori, & pariter in Prælatis curiæ Romanæ, ſeu eius officialibus, ſi ex officio, aliquam iuriſdictionem exercēt in

1 *Prælati propriè qui dicantur, & qui minus propriè.*

foro fori;non autem propriè Prælati dicũtur habentes prærogatiuam præ cæteris maiorem , ſi carent iuriſdictione , vt plebani,qui & dicuntur paſtores c.ſi in plebibus.63.diſt. Decani , Archipresbyteri , & huiuſmodi. c. 1. de æt.& qual. & not.Abb. in d.c.decernimus. niſi habeant iuriſdictionem in foro exteriori:vt in tit. de plebano , habetur ; & huiuſmodi Prælati ſuccedunt in vniuerſum ius eccleſiæ cui præſunt.c.1. vbi Abb.de ſolut.c cùm ad ſedem.de reſt.ſpol.

2 *Prælatorum inſignia quæ ſint*

Sunt autem inſignia Prælatorum, vt aliqui ex eis poſſint vti mitra,& baculo paſtorali, & promouere ſubditos ad ordines minores , vt ſunt Abbates in conuentibus Monachorum,& Regularium ex priuilegio Apoſtolico.c.Abbates. de priuil.in 6.vt & benedicere corporalia , & indumenta ſacerdotalia,vt not.in d.c.& in in clem. attendentes. de ſtatu reg.

Similiter ex ſtilo curiæ Romanę,vti poſſunt pallio, quod mantelletum vocatur,& in actibus publicis in eccleſia præſtitis,deferre ſub pallio prædicto habitum lineum,quod rochettum appellatur , & annulum aureum in digito geſtare, iuxta not.in c.clerici.de vita,& hon.cler.& in incedendo, & ſedendo præcedũt alios clericos , niſi ſit capitulum Eccleſiæ Cathedralis collegialiter congregatũ , quod præcedit quẽlibet Prælatũ exiſtentẽ in diœceſi Epiſcopo inferiorẽ:vt dicetur tract.de Capitulo,Deo dante;Prælati tamẽ prædicti præcedunt ſingulos Cathedralis diuiſim exiſtentes , ſi ſint Prælati ſeculares,niſi & iidem ſint Prælati , vt ſuprà eſt dictum.

3 *Prælati à quo eligantur.*

Quò ad ſecundum,ſi loquimur de Prælatis curię Romanæ,à ſolo Papa aſſumi,& eligi poſſunt , Abbatiarum quoq; collatio ſi ſint Abbatiæ clericis ſecularibus cõmendari conſuetæ, ex reſeruatione regularum Cancellariæ, à ſolo Papa conceduntur ; Prælaturæ verò eccleſiarum collegiatarum iure communi à collegio cõceduntur, quod vnanimiter eligit ſibi Prælatum.c.Adrianus.63. diſt. c.in nomine.diſt.23. c.miramur.c.à multis.61. diſt.c.1. de elect. niſi priuilegium, vel conſuetudo præſcripta, id ius ad Epiſcopum , vel alium tranſtulerit,vt not.Abb.in c.cùm olim. 2. de elect. & id ius præſertim in Regularium monaſteriis ad eorundem Capitulum ſpectat,ex regulis tamen prædictis Cancellariæ Apoſtolicæ,Papa ſibi reſeruat prouiſionem Prælatorum Cathedralium,& Collegiatarum Eccleſiarum, quæ verò dicantur Eccleſiæ collegiatæ,ac quomodo tales eſſe agnoſcantur, dictum eſt ſuprà,tract.de ſtatu Epiſc.cap.de Viſit.nu.4.

Non

Digitized by Google

Non tamen idonea erit Prælati electio, niſi canonicè facta ſit,& cũ cõſenſu maioris,& ſanioris partis Capituli,iuxta tradita tract. de Elect. vt nec eidem iuſtè licet quemlibet in Prælatum eligere,ſed ſub pœna peccati mortalis, maximè in prælaturis curam animarum habentibus eum tenetur eligere, qui cæteris dignior, & melior ſit, præponendo in paritate pauperem diuiti, niſi eccleſia egeat diuitis potentia,vel habeat ſoluere debita,incolam loci,& qui eſt de gremio eccleſiæ extraneo, niſi longè incolam excedat, intitulatum non intitulato, Doctorem plebeium, nobili tantum, Canoniſtam Theologo, vbi eſt magna cauſarum ventilatio, vbi verò hæreſes pullulant, è conuerſo, ſeniorem & priorem ordine, poſteriori,ſemper bonum, ei qui ex deuio eſt reductus, legitimum, legitimato, eum qui laborauit in eccleſia, otioſo, vt dictum eſt in tract. de Elect.& communem eſſe teſtatur Lamb. de iure Patr.lib.2 p.3.q.5. princ. art.1.cum ſeq. 4

Quinam eligẽdi ad prælaturas.

Non licet pariter alicui prælaturas procurare, vt nec appetere, cum locus ſuperior, ſi ei ſit iuncta animarum cura, iuſtè appeti nõ poſſit ob præſumptionem, qua homo putat ſe poſſe prodeſſe, cùm id tantummodo ſit donum Dei, vt nec beneficium ſine cura, & per conſequens prælaturã huiuſmodi licet appetere, niſi homo egeat,& illa ſit dignus, vt not.in cap.tuam.de æt.& qual. dummodo officium optetur vt quis proſit,& non primatus honoris, vt præſit, id enim vanitas eſt, & res periculi plena, quo enim in ſuperiori quiſq; cõſtitutus eſt loco,eo in maiori periculo verſatur, vt inquit Iſid.lib.3.de ſummo bono.c.51. & qui deſiderauerit primatum in terra inueniet confuſionem in cœlo, vt inquit Chryſ. hom.35. in cap.20. Matt. Primatus enim fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe odit: Principes enim Eccleſiæ fiunt,vt ſeruiant minoribus ſuis,& miniſtrẽt eis quę à Chriſto acceperunt, ſuas vtilitates negligant, & illorum procurent, vt ſi opus fuerit, neque mori recuſent pro ſalute inferiorum ſuorum,vnde Primatum eccleſiaſticum optare, nec ratio,nec cauſa eſt,ſapiẽs enim non feſtinat ſe ſubjicere ſeruituti,labori,periculo,& dolori, vt ibi dicit Chryſ.& prælationis ardor, ambitionis eſt ſignum, & ex alto grauior eſt caſus:vt dicit Bern.ſerm de verbo Domini.*Ecce nos reliquimus omnia*, in Declam.ante med.& vt ignis ex ſe niuẽ non gignit, ſic qui in hoc mundo indebitè honorem quærit, nunquam 5

Prælatura an procurarè poſſit, vel nõ.

Appetenda eſt quidem prælatura non vt præſis, ſed vt proſis.

Matt.c.19.

Digitized by Google

nunquã cœleſti,ac perenni honore potietur,vt inquit Clim. de diſcret.gr.26. Ex quibus fit prælaturas non eſſe appetendas,nec etiam petendas, etiam ſi quis dignus ſit, ſi curam animarum,vel officium aliquod graue adiunctum habeant, ob pericula, quæ in eorum exercitio verſantur, opus tamen bonum quod in eis exercetur, ſine prælationis, & honoris amore appetere laudabile eſt, vt inquit D.Greg.in paſt. p.1.per totum.& D.Th.2.2.q.185.art.1.& 2. licèt id non liceat petere, etiam ſi adminiſtraretur, vt debet ob præſumptionem annexam, vt inquit ibi D.Th.& Aug.de ciu. Dei, lib.19.c.19.vel dicendum,quòd aut indignus appetit Epiſcopatum,& peccat mortaliter; aut dignus,& ſi appetit temporalia, ſcilicet honorem, & opes, vt finem Epiſcopatus, eſt mortale; ſi verò temporalia non ſunt finis officij Epiſcopalis,ſed tantum ipſius appetitus officij Epiſcopalis, quando ſcilicet, licèt quis appetat Epiſcopatum, vt finem temporalium,appetit tamen præcisè bona temporalia,& non niſi ſecundariò officium Epiſcopale,eſt veniale ſaltem graue; ſi verò dignus appetit officium & ſalutem animarũ, vt finem, & temporalia, vt adminiculum, adhuc non licet appetere, niſi in neceſſitate eccleſiæ, cui ob pericula, vel labores,nemo velit præfici, vel ſi indignus ei ſit præficiendus, aliàs eſt præſumptio, & ſaltem veniale peccatum, non crederem tamen eſſe mortale ob periculum oneris, cùm res ſit ex ſe licita. Non tamen licitum eſt prælaturas recuſare ſi à ſuperioribus quis legitimè, & ſpontè vocetur ad eas, nec in ſe canonicum habeat impedimentum, iuxta tradita ſuprà tract.de Epiſc.cap.1.& 2.& docet etiã Bern.in declam. prædicta.in ſer.de verb.Domini. *Ecce nos reliquimus omnia*; & *Matt. 19.* eius intentio ſit recta,vt inquit Bern. lib.4. de conſid. ad. fi. vt ſuſcipiat prælaturam non ob propriam, ſed ſubditorum vtilitatem, vt paſcat non ſe,ſed ſubditos, & debitam eis iuſtitiam miniſtret, propriam gloriam non quærat, ſed Dei honorem, & gloriam: vt inquit D.Ant.3.p.tit.19.c.11. ſic enim diſpoſitus iuſtè prælaturam recuſare non poteſt, ſic enim dona Dei,quæ non pro ſe tantum accepit,aliis ſubtraheret,& is verè humilis ſit qui diuinis vocationibus non reſiſtit, vt inquit Greg.in Paſt. p.1.c.5. & 6. & prælatura ſine authoritate ſuſcipi non debeat, cum deſidia non reſpui, vt inquit Aug.ep.81.ad Eudoxiũ Abbat.tom.II. f.111.e.f.& vt qui honorem ſibi non à Deo traditum vſurpare præſumit, culpa

Digitized by Google

culpa eſt dignus,ſic qui traditum recuſat,aliorum criminum reus eſt;infidelis,ac inobediens:vt inquit Chriſ. hom.1.in 1. ad Timoth. & ſi ſit Epiſcopatus, ad ſic acceptandum ſolus Papa cogere poteſt,vt pluribus probat Valentia de ſtat.diſp. 10.quæſt.3.punct.4. qui & punct. 3. probat ex eo quòd quis timeat peccare in illo officio, ſi ſibi iniungitur ob bonum commune,non poſſe id recuſare,cum res ſit ex ſe licita, deponendo eam opinionem, & magis propoſitum,ſi adeſſet. Quod ſi Prælaturæ, vel Abbatiæ ſeculares,careant adminiſtratione officij,à digno,ſi eget,iuſtè peti poſſunt,& ei conferri,vt not.in c.tuam.de æt.& qualit. Et hæc de ſecundo, & præterea debent prælati eligendi ad prælaturas præditi eſſe ſcientia, moribus, ætate, & ordine, quos requirunt eorum prælaturæ reſpectiuè, iuxta tradita in tract.de Electione, & de ſtatu Epiſc.c.6.& ſi ſit Epiſcopatus, requiritur vitæ præſertim integritas,competens ſcientia, ita vt ſit magiſter, vel Doctor in Theologia,vel iure canonico,vel licentiatus, vel habeat teſtimonium publicum Academiæ publicæ, vt is aptus ſit alios docere in ea ſcientia ſeſſ. 22. cap. 2. in Trid. Conc. Requiritur etiam in eo conſtantia, vt tyrannis,& hæreticis valeat reſiſtere. Eccl.7. Ier.1.Ezec.3. Tit.3.ſic tamen vt manſuetudo ei iungatur.Conc. Trid.ſeſſ.23.cap.1.& vltimò requiritur prudentia,charitas,zelus animarum,& cæteræ virtutes,& maximè vigilantia: vt pluribus probat Card. Paleot.in eius Archiepiſc.lib.1. Valent.2. 2.diſp.10.quæſt.3. punct. 1.

Boni & idonei ad prælaturam electi peccãt ſi illã recuſent.

Quæ requirãtur in Epiſcopo eligẽdo.

Quò ad tertium, multa ſunt quæ prælatis iure conceſſa ſunt.Primò enim,poteſt Prælatus & tenetur ſolus ex officio procurare negotia ſibi, & Capitulo communia,cum ex ratione adminiſtrationis ad id teneatur,& habeat liberam adminiſtrationem, vt not.Abb.in c.edoceri. & ibi Fel.& Rota deciſ.3.de confeſſ.in nou.num. 4.de reſcript. & idem poteſt conueniri ſine conſenſu Capituli, non poteſt tamen ardua explicare ſine eius conſenſu, vnde ſine conſenſu eiuſdem non poteſt conſtituere officialem generalem,& perpetuum qui gerat eius negotia, quando tamen is habet iuriſdictionem in clericos, vel præeminentia in rebus ſpiritualibus, qui & laicus tunc eſſe non poteſt, & poteſt etiam remouere Vicarium generalem ſine conſenſu Capituli, niſi aliqua ſint conceſſa in perpetuam Vicariam cum conſenſu Capituli de bonis communibus, quia tunc non poteſt ſine Capitulo, in

6 Prælati quæ agere poſſint, vel non.

Digitized by Google

in propriis enim vnuſquiſque poteſt procuratorem conſtituere, & remouere, in arduis tamen id non licet, vt ſupra; Sic etiam poteſt prælatus ratificare geſta per ſolum Capitulum, & etiam alienationem bonorum eccleſiæ factam per illud, ſi expedit eccleſiæ, nec eſt etiã neceſſe vt prælatus interponat authoritatem, ſi inferiores clerici conſtituunt ſyndicum; ſic etiam poteſt ſolus petere reſtitutionem in integrum, nomine eccleſiæ, niſi ſit excommunicatus, quia tunc poteſt repelli, niſi incidenter id petatur: vt dicit Zab. in cl. ab eccleſia. de in integ. reſtit. n. 10. & 11. vbi latè id tractat, & ſic poteſt etiam prælatus ſolus alienare ex cauſa licita ſine Capitulo bona communia, niſi id ſibi ſpeciali iure vetetur, vel ſint communia in totum, vel quò ad adminiſtrationem. Dicuntur verò bona quandoque communia Abbati, & conuẽtui re, quandoque ſunt diuiſa re, ſed non quò ad adminiſtrationem, vt cum certa ſunt deputata pro menſa conuentus, & certa bona pro menſa Abbatis, & hæc bona prælatus ſolus poteſt adminiſtrare; aliqua ſunt diuiſa, quò ad rem, adminiſtrationem, vt quia quædam ſunt deputata Abbati, quædam conuentui, ex inſtitutione patroni, cum aliàs omnia debeãt eſſe communia inter Abbatem, & conuentum, quæ vnus ſine alio non poteſt adminiſtrare, & hæc diuiſio poteſt fieri poſt fundationem monaſterij ab Epiſcopo, & etiam ab Abbate, & conuentu, ad tollendas murmurationes, vt dicit latè Abb. in d. c. edoceri. idẽ inferens Abbatiſſam concedere poſſe monialibus, vt lucra ex manibus poſſint cõuertere in vſus proprios, & neceſſarios, nec ex hoc dicentur habere propriũ: vt not. in cap. cum ad monaſteriũ. de ſtatu reg. & cum prælatus agit in cauſa communi conuentus, ſic prælatus vt frater poteſt iurare de veritate, vt vnus de conuentu, & nomine aliorum fratrum, vel prælatus vt principalis, & conuentus, vt principalis, & ſi eſt cauſa ſolius conuẽtus, ad conuentum tantum eſt recurrendum, vt dicit Fel. in cap. præſentium num. 9. de teſtib. vbi & tradit quid iuris in iuramẽto calumniæ, & etiam in cauſa communi, primo modo ſi ſimul agunt poteſt prælatus ſolus iurare, & ſi cauſa eſt communis vtrique vt prælato, vterque iurat vt principalis.

Quomodo monachi & moniales dicãtur habere proprium vel non.

Secundò, poteſt prælatus impendere auxilium dominis tẽporalibus pro conſeruatione Reipublicæ, maximè inſtante regni neceſſitate, & etiam de conſilio Regis. not Abb. in c. non eſt. de voto, & not. in c. in Archiepiſcopatu. de raptor.

Primum

Digitized by Google

Primum tamen dictum intelligerem procedere quando prælatus id ſpontè facit, ſi enim cogeretur à domino temporali, non poſſet auxilium, vel ſubſidium ei præſtare ſine Apoſtolicæ ſedis conſenſu. Doct.in cap.non minus.in cap.ſi aduerſus.extra de immun eccl.modo vt alibi.

Tertiò, poteſt conferre conſanguineis ſuis de bonis eccleſiæ, competens ſubſidium, & modo magis ipſis, quàm aliis ſi egent,& nõ ſint curata,vel huiuſmodi beneficia, quæ dignioribus ſunt cõferenda, niſi ipſi etiam ſint digniores.c. non ſatis.86.diſt.not.in c.tuam de æt.& qual.non tamen eis tantum dare poteſt, vt eos diuites faciat, & quin ſubueniat aliis egentibus.c.monemus. 12.q.2. Abb.in c.inquirendum. de pec.cler. quod poteſt iuſtè prælatus facere ſi ſubtrahit ſibi de iis quæ vſui proprio ſunt deſtinata, & dat conſanguineis,& eo magis ſi egeant, vt dicit D. Tho. 2.2.q.180.art.7. Fel.in c. poſtulaſti.num.30.cum ſeq.de reſcript.

Quartò, poteſt petere reſtitutionem in integrum, etiam ſi in alienatione rei eccleſiæ iurarit: vt not.Abb.in cap.cum veniſſent.de inſtit.glo.in c.1.de reſtit.in integ.in 6.

Quintò,prælatus inferior Epiſcopo,poteſt excommunicare ſubiectos.cap.ſicut.de ſponſ.c.cum in eccleſia.de maior. & obed.not.Abb.in cap. cum ab eccleſiarum.de offic.ordin. & etiam mandare executioni ipſius ſententiàs in iuriſdictione quam habet, vt ibi dicit,licet Epiſcopus concurrat in iuriſdictione cum omnibus prælatis ſuæ diœceſis,exceptis regularibus,& ſit locus præuentioni, niſi & præuentio ſit præſcripta, vt ibi dicit num. 9. & poteſt etiam præſcribere iura Epiſcopalia in certa parte diœceſis,vt not. Abbas in cap. per venerabilẽ. qui filij ſint leg. & inſtituere aliquos in titulum in ſuis eccleſiis ſine præiudicio patronorum ipſarum:vt dicit Abb.in c.per tuas. 3.de ſim.qui prælatus excommunicare declinantem ſuam iuriſdictionem à ſe conuentum poteſt, niſi oſtendat documentis publicis contrarium, aliàs cauſa coram ſuperiore proximo agitabitur,niſi ſit notorium quod petit prælatus, & is contrarium non probet, quia ſic poteſt eum excommunicare. Capyc.deciſ.124.num.2.Innoc.in c. ex parte.2.de verb.ſign.

Excõmunicatio verò pro rebus amiſſis, nõ debet cõcedi pro rebus leuibus.c.3.ſeſſ.25.in Trid.Conc.quod intelligitur in ciuitate ſi ſit quantitas quinquaginta aureorum, in villa decem,ſi tamen quis ſit pauper, ſat ſunt duo, vel tres aurei

arbitrio

Digitized by Google

Pro leui furto & re amiſſa non debet ferri excommunicatio.

arbitrio iudicis. Et vbi quis litigat ſuper re amiſſa, ſi id poteſt probare per monumenta, non eſt concedenda monitio. Sot. 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. col. 6. ſi non poteſt probare, non debet de facili concedi, niſi vbi quis aliter non poteſt tueri ius ſuum, & cauſa eſt alicuius momenti, & innocens cauſam amitteret, & eam fulminando, inuenirentur teſtes rei perditæ, vel ſubtractæ; & hæ monitiones concedi poſſunt etiam poſt publicatum in cauſa: & tenetur etiam principalis reuelare, quando eſt ſemiplenè probatum, & illa probatio poſita in proceſſu, & reo notificata, aliàs non tenetur iuridicè reuelare, vt nec ſi dum litigat putat ſe iuſtam cauſam fouere, ſic enim non reuelans non incurrit excommunicationem, modo conſulat peritos, ſed ſi incipit percipere ſe iniuſtè litigare, tenetur reuelare, vel ſtatim deſiſtere. Nau. cap. 25. num. 28. Zerola. Excom. cauſa Materialis, qui & dicit in cauſis criminalibus ſolere concedi cum tribus clauſulis: primò, ne fidem faciant niſi ciuiliter tantum: ſecundò, ad defenſionem tantum: tertiò, quò ad intereſſe, quibus factis iudex non incurrit irregularitatem, etiam ſi mors inde ſequatur. Nec eſt ſuſpendēda excommunicatio, parte contradicente, niſi probet aduerſarium, ad cuius inſtantiam fit excommunicatio, haberet intentionem fundatam per ſcripturas, teſtes, vel alia documenta. Zerola loco cit. vbi & de aliis agit.

Quando excommunicatio ſit ſuſpēdenda.

Sextò, prælati ſola vox tantum poteſt, quantum Capitulum in his quæ pertinent ad ipſum, & Capitulum, quod intelligitur, quādo interuenit in Capitulo, vt prælatus, ſi enim interueniat, vt canonicus, vt conſuetum eſt in aliquibus eccleſiis, vbi Epiſcopus ſtatim, ac eſt electus, & confirmatus, habet etiam vocem in Capitulo, tūc eius vox valet tantum, ac vox vnius canonici, vt dicit Hoſt. in ſum. de cōceſſ. præb. vlt. col. & eo caſu prælatus ſedebit in Capitulo, in loco, in quo ſederet ſi non eſſet prælatus: vt not. Franch. in cap. à collatione. de appell. in 6. nu. 4. Dicitur verò interuenire, vt prælatus, quando inter eum, & Capitulum omnia ſunt communia, vt canonicus quando ſunt diuiſa: vt dicit Hoſt. loco cit.

Septimò, poteſt cogere clericos ſibi ſubiectos ad ſuſcipiendos ordines, quos beneficium eorum requirit tempore à iure ſtatuto, etiam per ſubtractionem fructuum beneficij, quòd ſi neceſſitas eccleſiæ, vel vtilitas id requirit, cogere poteſt etiam alios beneficiatos ad ordines ſuſcipiendos, licet eorum beneficia non requirant ordinis exercitium, & dici-

tur

Digitized by Google

tur eccleſiæ vtilitas, quando eget aliquibus miniſtris in certis officiis, vt diaconis, vel ſubdiaconis, vbi eccleſiæ conuentualiter ſolitæ ſunt ſolemniter celebrari, & neceſſitas, ſi eccleſia miniſtris ſit deſtituta; quæ tamen intelliguntur, niſi ordinandus habeat in ſe legitimum impedimentum infirmitatis, vel etiam criminis in ſecundo caſu, quo etiam caſu debet is in confeſſione detegere impedimentum prælato, ne contra eum procedi poſſit in foro externo, quo etiam ſecundo caſu ſi vtilitas, vel neceſſitas eccleſiæ nõ vrgeat, inuitus cogi non poteſt ad ordines ſuſcipiendos, aliàs prælatus puniri poteſt, ita Hoſt. in ſum. de ær. & æqualit. §. penult. qui verò ordines requirantur in quolibet beneficio dictum eſt ſupra, tract. de Epiſc. c. 6. & quas pœnas incurrant eos nõ ſuſcipientes diffinitur in c. licet cano. de elect. in 6. in c. quia dignitates. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. ſi obtineant beneficiũ ordinis executionem requirens: & tradit etiã Hoſt. loco cit. poſſunt tamen etiã non beneficiati cogi ad ordines ſuſcipiẽdos non præcisè, ſed indirectè per non dationem rei, vel dignitatis, ſi vtilitas, vel neceſſitas eccleſiæ id requirat, & iam ſint in aliquo ordinis gradu ſacro conſtituti, vt ibi dicit.

VIII. Prælatus poteſt ferre teſtimoniũ in caſu propriæ eccleſiæ. c. tuis. c. nuper. c. cum nuntius. de teſtib. cum eius ſit procurator, non dominus. c. 2. de donat. Doct. in c. veniens, c. ſuper eo. de teſtib. dummodo alius conſtituatur actor, & procurator eccleſiæ, cum idem non poſſit eſſe procurator & teſtis. Hoſt. in ſumma de teſtib. §. & cum cauſa. ver. ſed nunquid. & etiã poteſt iudicare in cauſa ſuæ eccleſiæ. Doct. in c. cum veniſſent. de iudic. niſi allegetur ſuſpectus, vt poteſt. Doct. in d. cap. dummodo prædictam ſuſpitionem quis probet. Iaſ. in l. cum apertiſſimi. C. de iudi. & ſi eſt iudex ordinarius ſuſpectus, non remouetur, ſed datur adiunctus. Capyc. deciſ. 137. & deciſ. 146.

IX. Vacante eccleſia patronata; poteſt proprio motu patronum vocare, & eam illi conferre, & is conſentire poteſt voluntati Prælati, cum tunc non præſentet ſeipſum: vt dicit Hoſt. in ſum. de Iure Patr. num. 12.

X. Poteſt interdicere inferioribus electoribus ne eligant certam perſonam, dummodo legitimam cauſam alleget, aliàs non. Franch. in c. qui contra. in princ. de elect. in 6.

XI. Poteſt licentiare religioſum ſibi ſubiectum, vt eligatur ad dignitatem, & prælaturam extra ſuum monaſte-

Digitized by Google

rium.c.quorundam. de elect.in 6. id autem non poteſt Epiſcopus loci,& etiam eum licentiare vt tranſeat ad aliam religionem, & aliquem recipere ad religionem ſine Capitulo, ſi id habet conſuetudo præſcripta, aliàs id ſine Capitulo facere non poteſt.cap.fin.de reg. in 6.not. Franch. in c. ſi religioſus.de elect. in 6.modo,vt alibi.

XII. Poteſt vti indulgentia, quam concedit, ſi facit actum pro qua conceſſa.Franch.in cap.indulgentiæ.de pœnit.in 6.num.7.

XIII. Poteſt repetere clericum ſuum etiam inuitum,& etiam dicentem ſe eſſe laicum.idem Franch.in cap.ſi iudex. de ſent.excom.in 6.num.3.

XIIII. Poteſt quandoque eſſe iudex in cauſa propria, vt ſi quis ex eius familia delinquat,poteſt eum punire,& ſimiliter eum qui deliquit in aliquem de ſua familia, ſi eſt de familia,aliàs non, & idem ſi delictum eſt commiſſum contra ſe in ſua diœceſi,ſi delictum eſt notorium, & concernat dignitatem,vel eccleſiam eius; ſi tamen recuſetur,vt ſuſpectus,alius eſt adiungendus,ſi verò eſt cõtra perſonam commiſſum, Papa id ſimpliciter poteſt punire, ſi inferior, non poterit, ſed tantum carcerare & mittere ad ſuperiorem, ſi verò eſt commiſſum circa officium ipſius,ſic delinquentem poteſt iudicare,ſi verò cauſa eſt ciuilis,& priuata ipſius non poterit cognoſcere,ſi verò eccleſiæ, vel dignitatis, Papa id poſſet, & etiam inferior ſi de iure conſtaret, ſi verò nón eſt notoriũ,ſed excipiatur,quòd conuentus ſit exemptus, iudex competens eſt adeundus, ſi id ſpectet ad menſam propriam prælati, ſi verò id ſpectaret ad eccleſiam, vel menſam eius poteſt cognoſcere,ſed vt ſuſpectus recuſari valet Franch. in rubr.de pœnis.in 6.Fel.in cap.cum veniſſent.de iud.

XV. Poteſt imponere pœnas pecuniarias in pœnam delicti,ſic tamen vt eas ſibi non applicet: vt dicit Franch.in c. venerabilibus. §. denique. de ſent. excom. in 6. niſi habeat fiſcum, quia ſic ex conſuetudine eas illi applicaret Diaz. in pract.crim.can.cap.124. in fin. Couar. libro 2.var.reſ.cap.9. num.11. qui deberet tamen potius id erogare in pios vſus. Couar.ibi.& Clar.q.80.§.fin.ver.in hac.

XVI. Poteſt etiam ſi ſit prælatus inferior excommunicare ſibi ſubditos,vel ſit prælatus ſecularis, vel regularis: vt idem dicit in d.cap.quia pleriſque.de offic.ordin.in 6. & eos iudicare. Rota deciſ.2. de præſcript.in nou. ſi habet iuriſdictionem

ctionem in foro contentioſo. Doct. in cap. ſuper de ſentent. excommun.

XVII. Poteſt & debet in ſinodo eſſe cum indumentis, quibus vtitur in diuinis, ratione dignitatis, idem in cap. vt Apoſtolica num. 3. de priuileg. in 6.

XVIII. Ex cauſa poteſt auferre bona vnius eccleſiæ, & alteri dare: vt dicit Franch. in c. dudum. num 5. de rebus eccl. vocato tamen prius rectore, vel dato defenſore eccleſiæ, vnio tamen valeret non vocato rectore, vel non dato defenſore, ſecus in dimembratione, vt ibi dicit.

XIX. Prælatus ſi prædicet, debent regulares ea hora ceſſare prædicare in ſuis eccleſiis: & idem ſi prædicet vicarius, vt vicarius, non autẽ ſi vt alius prælatus, & idem ſi prælatus faciat coram ſe à Vicario prædicari, extra tamen eam horam, vel extra ſuas eccleſias poſſunt regulares prædicare. Card. Zab. in clem. dudum. §. ab olim. de ſepult. quod tamen procedit tantum in fratribus minoribus, & prædicatoribus, quibus id ſolùm fortè prohibetur, prælatorum vero nomine hic intelliguntur tantum Epiſcopi: vt ibi dicit Zab. nu. 9. de quo alibi.

XX. Prælatus regularis diſpenſat cõtra canonem in certis caſibus, de quibus per Card. in clem. religioſi. §. ſi qui. de priuileg. Spec. tit. 11. §. ſunt quoque. ver. Abbas, & ſequent. & etiam ſecularis in canone, ſi id facit de mandato Epiſcopi, vel ſi habet iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, vt dicit Fel. in cap. at ſi clerici. §. de adulteriis. num. 16. 17. & 18. de iudic. caſibus conceſſis.

XXI. Prælatus inferior Epiſcopo, ex cauſa euidenti, & rationabili poteſt petere ſubſidium charitatiuum ab eccleſiis ſibi ſubiectis, quod procedit in eccleſiis exemptis, in quibus competunt iura quaſi Epiſcopalia: in aliis ſecus, cum iure communi huiuſmodi prælati nil petere ab his poſſint, niſi quod iure ſibi ſpecialiter conceditur: vt dicit Zab. in clem. 1. §. eadem. in fin. de ſuppl. negl. præl. tale tamen ſubſidium debet eſſe moderatum arbitrio boni viri, vt dicit Zab. in clem. 1. §. nonnulli. de exceſſ. prælat. & ſi ſubditi dicunt non adeſſe cauſam rationabilem petendi illud, debet adiri Archiepiſcopus, vel eligendi arbitri, vt ibi dicit num. 3.

XXII. Poteſt corrigere laicos in quibuſdam criminibus exceptis, vt dicit Zab. in clem. 1. de offic. ordin. & de hoc dictum ſupra tract. de Epiſc. ſub cap. 3.

Digitized by Google

XXIII. Prælatus etiam collegiatæ eccleſiæ cum Capitulo poteſt facere ſtatuta ſuper his quæ concernunt tantum factum ipſorum, non autem iura Epiſcopi, vel ſtatum eccleſiæ, quia ſic ſine Epiſcopo etiam Capitulum Cathedralis nil ſtatuere poteſt; ſed ſolum vt certo modo diſtributiones diuidantur, certo ſigno campanæ congregentur, & huiuſmodi.gl.in cap.2.§.decernimus.de verb. ſign.in 6.Abb.in c.cum omnes.de conſtit.Zab.in clem.1.num.15.de priuil.

XXIIII. Si prælato ex priuilegio conceditur, vt habeat fructus beneficiorum vacantium primo anno in diœceſi, venient etiam beneficia exemptorum, ſecus ſi dicatur in priuilegio, ſubiectis, quia ſic non poteſt. Zab.in clem.1. §.Abbates.ad fin.de exceſſ.præl.

XXV. Prælatus inferior Epiſcopo poteſt facere ſtatuta pœnalia contra ſubditos, ſtatuendo pœnam ad eius arbitrium: vt dicit Zab.in clem.cupientes.§.quod ſi.de pœnis.

XXVI. Prælatus ſingularis habens iuriſdictionem poteſt ponere interdictum, & etiam abſoluere à ſententia excommunicationis latæ per Concilia prouincialia. Zab. in clem.ex frequentibus.§.quod etiam.de ſentent.excommu.

XXVII. Si prælatus omiſit aliquid probare in cauſa principali ſuæ eccleſiæ, poteſt id probare in cauſa appellationis. Fel.in cap. ad audientiam.2.num.39.de reſcript.

XXVIII. Prælati inferiores Epiſcopo poſſunt præſcribere iura quaſi Epiſcopalia in ſibi ſubiectos, vt procedant contra eos criminaliter & ciuiliter, eos beneficiis priuent, ſi etiam inſtituunt, excommunicent, quod præſcribere poteſt etiam Capitulum in clericos, qui in eccleſia ſeruiunt, quæ intelliguntur ſi delinquunt in eccleſia ipſorum, ſi enim alibi, cum careat territorio, ab Epiſcopo ſunt conueniendi cuius eſt tota diœceſis, niſi ſint Abbates, qui cõtra ſuos monachos vbique delinquentes procedunt, vel niſi ſint perſonæ prælatis prædictis ſubiectæ: vt dicit latè Abb.in cap.cum contingat.de foro compet.& quando priuilegium, vel iuriſdictio eſt præſcripta, non eſt cõceſſa iuriſdictio eis accumulatiuè tantum cum Epiſcopo, ita vt ſit locus præuentioni, id enim procedit, quando non adeſt præſcriptio, ſed etiã priuatiuè, ita vt Epiſcopus in illo actu ſe ingerere non poſſit, niſi inferior prælatus ſit abſens, vel negligens in iuſtitia adminiſtranda: vt dicit Fel.in cap.paſtoralis.de offic.ordin.& Abb. loco citat. declarat an aliqua iuriſdictio competat prælatis

Digitized by Google

inferioribus, Abbate excepto, in foro exteriori quo ad ſibi ſubditos, concludens quod non iure communi, excepta leui punitione, ex priuilegio tamen, vel præſcriptione id poſſe haberi, non tamen ea quæ ſpectant ad ſupremũ Imperium, ex præſcriptione, vt tributi exactio, ſine Papæ licentia, nec quæ ſpectant ad ordinem, niſi præſcribens ordinem habeat, vt ibi latè dicit, crederem tamen quòd ſi inferiores præſcripſere ſimpliciter iuriſdictionem in ſibi ſubiectos, illam intelligi acquiſitam accumulatiuè cum ſuperiori, ita vt ſit locus præuentioni, cum in dubio minus debeat lædi ius ſuperioris, quàm fieri poſſit, niſi ſit præſcripta etiam quò ad excluſionem ſuperioris ab illa iuriſdictione, quaſi Epiſcopali, nam ſi iuriſdictio ſit Epiſcopalis, tunc præſcribit cum Epiſcopo accumulatiuè, & non priuatiuè, & ſic erit locus præuentioni. Fel. poſt Abb. in c. auditis. de præſcript. Card. in cle. ſi vna. de rebus eccl. q. 6. in aliquibus tamen eccleſiis poteſt prælatus inferior præſcribere totum ius Epiſcopale, & etiam facultatem vniendi eccleſias, & authorizandi in alienationibus, non autem in tota diœceſi. Fel. in cap. auditis. de præſcript. vbi latè id diſputat, dicens, quòd præſcripto vno actu, puta excommunicandi, non præſcribitur alius, declarando etiam cum Abbate, quomodo inferior prælatus prædicta præſcribat, vbi & tractat an exercitium curæ animarum, ſecluſo Epiſcopo poſſit præſcribi, in quo tamẽ ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 9. ſeſſ. 25. c. 11. dicendum, quòd Epiſcopo ſubiectæ ſunt omnes eccleſiæ curatæ in iis quæ pertinent ad curam animarum, & ſacramẽtorum adminiſtrationem. d. c. 11. ſeſſ. 25. de regul. in Trid. Conc.

XXIX. Prælatus, licet homicida ſit vel ſimoniacus, & huiuſmodi, dum toleratur ab eccleſia, eſt venerandus vt prælatus, & geſta ab eo tenent. Fel. in c. ſciſcitatus. in prin. de reſcript. Fallit ſi amiſit gratiam Papæ, vt quia ſit hæreticus, excommunicatus denunciatus, & ſacramenta nolit adminiſtrare, niſi ſimoniacè, tunc enim poteſt euitari à ſubditis. Felin. in c. veniens. ſeptimò notab. de præſcribt. aliàs non, nec etiam ſi lis criminalis contra eum pendeat, vt dicit Fel. in c. cum non liceat. de præſcript. & idem in depoſito, ſi pendet appellatio, vt ibi dicit, nec etiam ſi non ſeruat canones, niſi ante ſit monitus, quia ſic poteſt deponi. Felinus. ibid.

XXX. Poteſt eſſe arbiter, & arbitrator in cauſa ſuæ

Digitized by Google

eccleſiæ.Abb.in c. cum olim. quintò notab. de præſcript. & ibi Fel.num. 2.

X X X I. Licet regulariter prælatus inferior non poſſit tranſigere ſine conſenſu Epiſcopi, ſi agitur tamen de recuperando iure eccleſiæ amiſſo,id poteſt Fel.in c. cum omnes.num.6.de conſtit.

XXXII. Prælatus regularis habet iuriſdictionem ſupra monachos priuatiuè ad Epiſcopum,etiam in criminalibus.Fel.in c.paſtoralis.nu.10.de offic.ord.Abb. in c. cum ab eccleſiarum. eod.

X X X I I I. Alienare poteſt res ſteriles eccleſiæ, ſine ſolemnitate. Lamb.de Iure Patr.lib.3.2.q.prin. art.9. de quo loco ſuo.

XXXIIII. Prælatus fundans eccleſiã,vel capellaniam de fructibus reſiduis ſuæ prælaturæ, acquirit ius patronatus ſuæ prælaturæ,non autem conſanguineis Paul.Cit.tr.de Iure Patr.3.p.num.81.

XXXV. Licet confirmatus tantum, nondum apprehenſa poſſeſſione,poteſt agere petitorio, & poſſeſſorio nomine ſuæ eccleſiæ. Rota deciſ. 1. de reſtit. ſpol. in nou. & etiam agere interdicto, vnde vi. pro rebus eccleſiæ ablatis antequam eſſet prælatus.Rot.deciſ.1. num.1. de his quæ vi. nec ei poteſt opponi, quòd non ſit prælatus, vel in poſſeſſione prælaturę,cum agit pro eccleſia ſua Rot.deciſ.6.nu.2. de exc.in antiq.

X X X V I. Poteſt agere & defendere, & procuratorem conſtituere pro membris,& ſubditis ſuis.Rota deciſ.36. de procur.in nou.

X X X V I I. Plus iuris habet in inſtituendo, quàm patronus in præſentando. Rota deciſ. 11. numer. 2. de Iure Patr. in nou.

XXXVIII. Poteſt creare vicarios tẽporales, & etiam prælatiſſas.Rota deciſ.1.nu.1.de offic.ord.in antiq.

XXXIX. Prælatus & canonici poſſunt licitè iurare deſeruando ſtatuta,& conſuetudines ſuæ eccleſiæ poſt electionem,non ante,quia eſſet ſimoniacũ.Franch.in.c.1.de iureiu.

X L. Poteſt abſoluere excommunicatum ſubditum exiſtentem extra diœceſim ſi ex officio eſt excommunicatus, ſecus ſi ad inſtantiã partis:vt dicit Zab.in clem.vnica.nu.12. de foro compet.& ſi ſit Epiſcopus,diſpenſare poteſt in omni irregularitate occulta, & eius Vicarius ſpecialis, niſi ex homi

homicidio volũtario oriatur.c.liceat.ſeſſ.24.in Trid. Conc. qui & diſpenſat cum homicida voluntario in bello iuſtó,licet publico.Zerola in praxi.ver.Irregularitas. Armilla. Irregularitas. num.13. non tamen ſi iudex ad mortem damnet. Nau.c.27. nu.134. & poteſt etiam diſpenſare ſuper Irregularitate contracta ab eo qui eſt alterius diœceſis. Zerola ibi nu.14.quod intelligerem modo eius ſint ſubditi in foro pœnitentiali,aliquo modo,ex d. Conc.

XLI. Viſitare poteſt ſubditos modo quo dixi tract. de ſtatu Epiſc. cap. 6. id addens, quòd viſitare poteſt Epiſcopus, & alius habens ordinariam iuriſdictionem in aliquos, per ſe, vel Vicarium generalem, vel aliam perſonam ab eo deputandam. Conc. Trid. ſeſſ.24. c. 3. de reform. & quid de Capitulo, ſede vacante, videndus Abb. in clem. 1. de cenſibus.

Viſitare etiam poteſt Epiſcopus curata, etiam perpetuo vnita Cathedralibus,collegiatis,vel aliis eccleſiis, monaſteriis,collegiis,vel piis locis. ſeſſ.7. c.7. & eccleſias etiam ſine cura exemptas, etiam authoritate Apoſtolica.cap.8.d.ſeſſ.& etiam eccleſias ſeculares nullius diœceſis ſi ſit proximior, aliàs ſi dubitetur, deputandus is eſt in Concilio prouinciali. ſeſſ.24.c.9.ſacr.congr.decl.183.203. quæ electio ſemel facta à prælato nullius diœceſis reſpectu viſitationis ligat etiam ſucceſſores.ſacr.congreg.decl.7. & monaſteria commendata,Prioratus, & Abbatias in quibus non viget regularis obſeruantia,& alia beneficia ſecularia, & regularia curata, & non commendata,& exempta.c.8.ſeſſ.21. Hoſpitalia, confraternitates,& omnia pia loca. ſeſſ.22. c. 8. & oratoria, in quibus celebratur de licentia Epiſcopi, non tamen equites Hieroſolymitanos,niſi quatenus obtineant curata.ſacr.congreg. decl. 77.

Poteſt verò viſitans viſitare perſonas,res,& loca, etiam exemptos,& corrigere.ſeſſ.6.c.4.ſeſſ.25. c.6. & quod ibi dicitur de Capitulis, intelligitur de exemptis à iuriſdictione Epiſcopi.ſac.congreg.decl.487.

Non poteſt tamen prælatus mandare clericis,vt deponãt circa vitam alterius, quod ipſi ſciunt etiam cum iuramento.Silu.Viſitatio.§.6.ſi id ſit occultum,ſi verò ſine iuramento reuelantur aliqua corrigenda, poteſt poſtea inquirens exigere iuramentum,& cogere ad reſpondendum: vt ibi dicit.Non poteſt tamen punire crimen merè occultum, quod

ſolus denuncians ſcit. Sot. 4. diſt. 18. q. 4. art. 5. Couar. lib. 1. c. 2. nu. 6. var. reſ. Et ſi adeſt denunciator, & non poteſt probari, ſi duo ſolum ſciunt, & dicunt ſe nolle deponere in ſcriptis, ad quod non poſſunt cogi, per pœnitentiam, & etiam monitiones debet illos corrigere: non tamen dando publicam pœnitentiam. Mar. 1. p. de inquiſ. num. 14. ſi verò poteſt probari ob infamiam ortam, poteſt procedere via ordinaria ad emendam. Mar. ibi. nu. 86. & etiam laici poſſunt admitti ad denunciandum. Nau. c. 25. nu. 32.

XLII. Si eſt prælatus inferior habens iuriſdictionem ordinariam, ſi Epiſcopum per citationem partis præuenerit, vel conſuetudo extet, vel ſi eandem cum Epiſcopo iuriſdictionem obtinet, non poteſt ab Epiſcopo per totam ſuam diœceſim impediri, aliàs ſic, quia poterit Epiſcopus cognoſcere de cauſis ſubditorum ſuorũ prælatorum. Bened. Capr. reg. 33. nu. 4 cum ſeq.

XLIII. Prælati ſucceſſor, licet geſtum nomine eccleſiæ per eum poſſit ratum habere. cap. liberti. 2. 12. q. 2. id tamen non procedit ſi vt ſingularis perſona, & non nomine eccleſiæ id geſſit. Capr. reg. 54. cum communi. quia id non poteſt ratificare, niſi eccleſia ei ſucceſſerit. Io. And. in cap. ratum. de reg. iur. in 6. quod intelligitur in ſucceſſione prælaturæ, & non canonicatus, in quo non ſuccedit priori nouus canonicus, ſed Capitulum. Capr. ibi. nu. 54. Sic ſucceſſor prælati non tenetur ſtare locationi per eum factæ nomine proprio. Abb. in c. quærelam. ne præl. vices ſuas. Rota deciſ. 232. in nouis. Si verò nomine eccleſiæ, ſi eccleſia eſt læſa, non tenetur ei ſtare; & hæres prælati tenetur ad debita prædeceſſoris non facta pro eccleſiæ neceſſitate, ad hęc enim tenetur ſucceſſor. Soc. conſ. 3. vol. 1. cum com. qui nec poteſt facere duas locationes poſt primum triennium renouandas. Card. in clem. 1. q. 5. de rebus eccl.

XLIIII. Si caret propinquis, poteſt extraneum inſtituere, eccleſia excluſa. Clar. in §. teſtamentum. q. 27. quod intelligerem ſi habet licentiam teſtandi de fructibus beneficij, vel talis conſuetudo extet, & cauſa ſubſit, quia de patrimonialibus res caret difficultate, indiſtinctè enim is poteſt.

7 *Prælati quæ* Quò ad quartum, multa ſunt quæ prælatis prohibentur, vel iis ſolis præſtare non licet.

Primò enim, prælatus, licet leuia poſſit explicare ſolus, ardua

dua tamen non niſi Capituli conſenſus, nedum conſilium habeatur,nō ſolū vbi agitur,de aliquo ſtatuendo, ſed etiam de aliquo negotio gerendo.c.quāto.de iis quæ fiunt.Innoc. & Abb.in c.nouit.eod.in c.2.de inſtit.in c. ad audiētiam. de cler.non reſ. Dec.in c. cùm omnes.col. pen.de conſtit.vnde irrita eſt Epiſcopi donatio, venditio,vel permutatio rei eccleſiaſticæ ſine conſenſu,& ſubſcriptione Capituli. c.1. & c. tua nuper.de his quæ fiunt.& ibi Abb.& in c.cum Apoſtolica.& in c.nulli.de reb. eccl. & vlterius requiruntur tres tractatus in alienatione,vt ibi dicit Abbas, in magna tamē neceſſitate, vel ſi res eſt parua poteſt ſolus prælatus id facere.c. terrulas. 12.q.2.& ſi Capitulum ſit extinctū, ob bella,& huiuſmodi,loco Capituli ſunt vocandi clerici honeſti: vt dicit Abb.in d.c.1 de his,quæ fiunt.& in c.edoceri. num. 6.de reſcript.& ibi Fel. ad fi. Si tamen prælatus ex præſcripta conſuetudine obtinuit,vt ardua explicet ſine Capitulo, id valet, vt dicit Imol. in clem. quia contingit. col.3. de relig. dom. Firm.de Epiſc.lib.4.p.4.nu.52.cum ſeq. & ſic nec Abbas ſine conuentu poteſt prædicta alienare: vt dicit Zab. in clemen. monaſteriorum.de reb.eccl.

agere non poſſunt, vel non ſoli.

Prælati ſine conſenſu capituli vendere,donare, permutare bona Eccleſia non debent,niſi fortè leuia quadam.

Hodie tamen ex conſtitutione Pauli II. in c.ambitioſæ. de rebus eccleſ.non alien.in extrauag. communi. requirūtur ſolemnitates, de quibus ibi, & quandoque licentia Papæ, modo quo habetur ſub cap.de Emptione.

II. Non debet committere cauſam temporalem, vel ciuilem clericorum laico iudici: ſi verò prælatus eſt dominus temporalis,tenetur cauſas criminales laicorum committere laico iudici.c.fi.ne cler.vel mon.in 6.not. Abb. in c.decernimus.nu.7.de iudic.

III. Non poteſt ſine conſilio Capituli, Abbates, Abbatiſſas,& alias perſonas eccleſiaſticas inſtituere, & diſtituere. d.c.nouit.& cap.quanto. de his, quæ fiunt. nec veterem dignitatem in eccleſia ſuppreſſam ſine Capituli conſenſu ſuſcitare. Innoc. Hoſt. Fel. in c.cùm acceſſiſſent. de conſtit. nec ſine eo ſtatum ſuæ eccleſiæ immutare. Abb. & alij. d.c. cùm acceſſiſſent. & in c.cùm omnes. eod. nec ſine eo beneficia conferre, niſi conſuetudo ſit in contrarium. Imol. in clem. quia contingit.de relig. dom. nec ſine duobus canonicis modum ſtatuere celebrandi diuina officia in eccleſia, vbi ſynodus prouincialis non prouidit c.cùm dignitates. in fi.ſeſſ.24.in Trid. Conc. nec procedere contra illos de Ca-

Digitized by Google

pitulo, niſi cum præſentia duorum de Capitulo c. 6. ead. ſeſſ. nec ſine iiſdem indulgentias publicare. cap. cùm multa ſeſſ. 21. in Trid. Conc.

IIII. Prælatus ſuperior, licèt concurrat cum inferiori pro iuribus eccleſiæ inferioris defendendis, tamen ſuperior repellitur, niſi inferior ſit ad nutum ſuperioris amouibilis, vel niſi idem inferior deficiat in defenſione, ſi verò agitur inter prælatum regularem, & eius inferiorem, ſi agitur de iure ſuperioris, vt de ſubiectione inferioris ei, & ſic ſuperior præfertur; ſi verò agitur de bonis domus inferioris, ſi cauſa eſt ardua, diſcuſſio ſpectat ad ſuperiorem, vel inferior non aget ſine eo; ſi verò prælati ſunt pares, is præfertur, qui ex priuilegio, vel conſuetudine id habet, vbi verò conſuetudo non adeſt, ſi eccleſia eſt ſubiecta ſuperiori, quò ad prælatum, & eius bona, licèt inferior poſſit agere, ſi tamen ſuperior concurrit, præfertur; ſi verò eſt ſubiecta, quò ad Prælatum tantum, ſi is non eſt amouibilis, præfertur inferior; ſi verò eſt ſubiecta, quò ad iuſpatronatus tantum, ſi agitur de ipſo iure patronatus, ſuperior præfertur, & exigit rationem bonorum ſi ſit patronus eccleſiaſticus, vt latè dicit Abb. in c. cum deputati. de iudic.

V. Prælatus electus, & confirmatus adminiſtrare non poteſt, antequam literas ſuæ promotionis à Papa obtinuerit ſub pœna priuationis ipſo iure, & excommunicationis latæ ſententiæ, ex Bulla 2. Iulij II. incip. Romani. & Iulij III. conſtit. 34. incip. Sanctiſſimus.

VI. Prælatus inferior non poteſt ſtatuere contra ius ſuperioris. c. quod ſuper his. de maiorit. & obed. Abb. in c. pen. 7. col. de iudic. ne tollere pœnam impoſitam per ſuperiorem. Abb. in c. ſi quorundam. de ſolut. niſi diſpenſet in caſibus ſibi conceſſis, vbi & agitur an poſſit tollere ſuſpenſionem latæ ſententiæ.

VI. Non poteſt Prælatus renunciare exceptioni competenti eccleſiæ in eius damnum, nec liti cedere ſine cauſa euidenti, & cum ſolemnitate debita ſi agatur de re immobili, vel mobili precioſa. Abb. in c. 1. depoſ. Nec ſolus poteſt reſcindere contractum per quem aliquod ius eccleſiæ eſt quæſitum, & aliqui de collegio poſſunt agere ad reuocationem eorum quæ prælatus illicitè alienauit. c. ſi quis presbyterorum de rebus eccl. Abb. in cap. quærelam. de Simon.

VIII. Præ

VIII. Prælatus depoſitus ſi quid agit, non valent eius acta, etiam ſi ignoret ſuam depoſitionem, quando eſt certa, & ſpecialis, ſecus ſi in genere, vt ſi dicatur, qui fecerit tale priuationem incurrat, quia ſic ignorans non afficitur ea ſententia. Fel. in c. ex parte decani. nu. 42. circa med.

IX. Si iurauit non alienare inconſulto Metropolitano, ſi petit licentiam, & tacet iuramentum, non valet conceſſio, ſecus ſi iurauit alienare Papa inconſulto, licèt enim taceat iuramentum, tenet conceſſio. Fel. in c. conſtitutus. nu. 7. de reſcript.

X. Non poteſt condemnare, & priuare clericum beneficio condemnatum de crimine ciuiliter, cùm acta in vno iudicio non probent in alio, nec etiam confeſſio, niſi ſit in eodem iudicio, & ſit vera non ficta iuris fictione, & facta per principalem, non per procuratorem, vt dicit Fel. in c. qualiter, & quando. nu. 24. de accuſ. nec vendere poteſt prælatus bona mobilia ſui beneficij, ſi agitur contra eum ad priuationem beneficij, licèt poſſit adminiſtrare beneficium. idem in c. prælatorum. eod.

XI. Non poteſt conferre ordines ſimoniacè, aliàs erit ſuſpenſus, vt dicit Fel. in c. per tuas. de ſim. & hodie eſt excommunicatus, ex c. ambitioſæ. de ſim. in extr. cõmuni. nec idem poteſt ſatisfacere familiaribus ſuis cum beneficiis loco ſalarij, & ſi facit pactum eſt ſimonia reali ſecuto effectu, & qui ſeruiunt cum hac intentione, committunt ſimoniam mentalem. Abb. & Fel. in c. cùm eſſent. de ſim. quod intelligitur ſi ſeruiat quis principaliter ob beneficium, & ob ſeruitutem expectet principaliter beneficiũ, ſecus ſi ſeruiat principaliter ad conciliandam ſibi amicitiam præſulis, licèt inde expectetur beneficium, non ex ſeruitute, ſed ex amicitia, vt dicit Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. ad tertium. poſt D. Tho. ibi Sot. lib. 6. de iuſtit. q. 1. art. 2. Nau. in c. ſi fœnerau eris. nu. 21. cum ſeq. 14. q. 3. Si tamen hæ intentiones in conſcientia actu ſeparentur, quòd vix fieri raró contingit.

XII. non poteſt ſine conſenſu Capituli remittere iniuriam competentem eccleſiæ, nec etiam ſolus poteſt repudiare legatum factum eccleſiæ, & ſi eccleſia patitur graue damnum in iure quærendo, vt in repudiatione legati, eccleſia poteſt habere recurſum ad bona ipſius, qui & tenetur ad damnum lucri ceſſantis eccleſiæ, & ſic delictum eius non præiudicat eccleſiæ, niſi fiat ſimul cum Capitulo. Feli. in c.

Digitized by Google

in c.contingit.propè finem.de ſent. excom. ſic enim probabiliter cum Capitulo poteſt repudiare hæreditatem, vel legatum ſibi delatum. Feder.de Senis conſ.9. Aret. in l.is qui hæres.§.fi.ff.de acq.hær.Lap.alleg. 23.nu.4.cum communi. nec poteſt reſcindere contractum, per quem ius eſt quæſitum eccleſiæ, vt idem dicit in c.quærelam. de ſim. nu.2.& ſi eſt prælatus regularis,ex ſola negligentia poteſt deponi, ſecularis verò non.idem in cap.1.de offic.deleg.Poteſt tamen prælatus remittere quod ſibi debetur ratione eccleſiæ, & id remittere debitori in vita ſua,& non vltra, dummodo non tangat vtilitatem eccleſiæ.Fel. in cap.veniens de teſtib.1.

XIII. Prælatus non poteſt viſitare curiam Romanam in habitu transformato: aliàs eo ipſo eſt excommunicatus. Felin.in c.conſuluit.de offic.deleg.nu.20.

XIIII. Non poteſt facere compromiſſum, vt procedatur de iure,& de facto.Abb.in c.cum tempore. de arbit. Fel. in c.1.de conſtit.

XV. Non poteſt deſiſtere adiuuare Papam,timore Principum ſecularium:aliàs eſt periurus, niſi ſit metus cadens in virum conſtantem,vel niſi habet iuuare contra proprios filios,& parentes,& ſeipſum, & quid de patria,declarat Abb. in c.ego de iureiur.& ibi Fel.num.9.

XVI. Non poteſt ſine Capitulo recipere monachum ad religionem,niſi ipſe, & vnus de conuentu,vel extraneus recipiat profeſſionem nomine conuentus,& Abbatis,quia tũc ſufficit ratificatio Capituli, vt valeat profeſſio, & vacante Abbate, conuentus poteſt recipere nomine Abbatis futuri, qui poſt ratificabit, & etiam id poteſt ſolus Abbas ſi receptus non obligatur monaſterio, ſed ſolum ordini, & requiritur maior pars conuentus; & Epiſcopus etiam poteſt creare moniales, ſi monaſterium patitur defectum monialium, & vires monaſterij ſuppetunt, maximè ſi Abbatiſſa negligat eas recipere. Franch. in c. fi. de regul.in 6.

XVII. Si Prælato eſt interdicta alienatio bonorum eccleſiæ, non poteſt alienare etiam in caſu permiſſo. idem in c. hoc conſultiſſimo. de rebus eccleſ.in 6.qui & vbi contulit beneficium non poteſt id reuocare ex quacunque ingratitudinis. Clar. in §. donatio. quæſt. 21. ver. ſed hic quæro.

XVIII. Prælatus regularis, vel ſecularis, non Epiſcopus,

pus, exemptus, petita licentia Papæ, & non obtenta, non poteſt profiteri ſtrictiorem religionem, ſecus ſi denegata non fuit, licet non data, ſi tamen Legatus de latere eam neget, adhuc poterit ingredi: vt dicit Franch. in c. cum non. de reg. iur. in 6.

Decimononò, non poteſt concedere alicui de bonis eccleſiæ, ad vitam, etiam ſi ſit prælatus ſecularis, nec etiam ad tempus ſine conſenſu Capituli, & ſine forma. clem. 1. de rebus eccl. ſi ſit conceſſio contra formam. d. clemen. per modum alienationis, nec etiam poteſt concedere poſſeſſiones, vel reditus temporales ſuæ menſæ prælatis laicis vel clericis benemeritis ad vitam, vel ad certum tempus, ne fiat fraus, nec decimas, aſſignãdo eas in titulum, fructus tamen earum poſſunt aſſignari, non tamen in perpetuum iure proprietatis in feudum, vel huiuſmodi titulo, nec poteſt dare penſionem alicui ad tempus cum pacto, quòd adepto beneficio, eam dimittat, quia ſic ſpirituale venditur: vt dicit Zab. in d. clem. vbi & multa ad idem tradit, vbi & quærit quis ibi dicatur prælatus proprius, & quando incurrat pœnam ibi poſitam, vel non.

Vigeſimò, non poteſt vna die recipere plures procurationes. idem Zab. in clem. 2. de cenſib.

Vigeſimoprimò, ſi ſit inferior Epiſcopo non poteſt concedere indulgẽtias, nec diſpenſare ſuper votis: vt dicit idem Zab. in clem. 2. de pœnit. nec poteſt præſcribere ius vniendi beneficia titularia, vt dicit in clem. 1. §. ad hæc. num. 5. de ſtatu reg, nec debet excõmunicare, ſi non ſit neceſſe, & idẽ de Epiſcopo. idem in clem. 1 nu. 3. de pœnit. & ſi eſt ſuſpenſus ab officio, ſi interim miniſtrat eſt irregularis. idem in clem. 1. de priu. nec debet ſe intromittere in eccleſiis exemptorum, in eis aliquid diſponendo. idem in clem. vnica. de exceſſ. præl. ver. præſentatos. niſi in caſibus conceſſis, nec etiam poteſt prohibere quin audiãtur Miſſæ in eccleſiis religioſorum, ſine tamen præiudicio iurium eccleſiarum parochialium, vt idem dicit in clem. frequens. num. 5. de exceſſ. præl. congruit tamen vt Miſſæ audiantur in parochia. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. de euitan.

Vigeſimoſecundò, non debet ponere onera inſolita, idem in clem. 1. num. 5. de cenſib. aliàs incurrit periculum animæ ſuæ, ſi quid exigit contra iuris diſpoſitionem. idem in clem. præſenti. num. 4. eod. & ſi vadit ad monaſterium, ex cauſa

volun

Digitized by Google

voluntaria, non poteſt id cogere ad miniſtrandum ei victualia, quia tunc id datur potius ex gratia, quàm de iure. idem in clemen.2.eod.

Vigeſimotertiò, inferior Epiſcopo, licet poſſit ſuo ſtatuto apponere pœnam pecuniariam, non poteſt tamen commutare pœnam iuris in pecuniariam. Fel. in c. cæterum. num. 4. de offic. ordin.

Vigeſimoquartò, non poteſt pecunia accepta iudicare, cum gratis id præſtare teneatur. Hoſt. in ſumma ne præl. num. 3. nec eccleſiam vacantem ſub annuo cenſu, vel pecunia accepta cõcedere, nec fructus eccleſiæ ſuæ vacantis vendere. idem ibi n. 4. & 5. & ſi ſubditos grauat occaſione ſeruitij, tenetur acceptum reſtituere, & tantundem pauperibus erogare. idem in ſumma, de immu. eccl. num. 6.

Vigeſimoquintò, non poteſt agere pro dãno dato ſuo ſubdito niſi probet ſua intereſſe. Rota deciſ. 1. de iudic. in antiq.

8 *Prælati quid agere debeãt & teneãtur circa tẽporalia bona eccleſiæ, vel non.*

Quò ad quintum, prælatus tanquam adminiſtrator bonorum eccleſiæ ſuæ ad multa tenetur.

Primò enim, ſi negligit acquirere eccleſiæ, vbi potuit tenetur ad inter eſſe lucri ceſſantis. gl. in cap. ſi. 2. q. 4. & eccleſia poteſt agere contra prælatum, qui paſſus eſt præſcribi res eccleſiæ, vel eius hæredes ad emendã. Abb. in cap. 2. de treuga, & pace. in c. 1. de dolo, & contum. Fel. in c. accepimus. de fide inſtrum. nec poteſt cum enormi damno eccleſiæ ipſius iura renunciare. Innoc. in c. conſtitutus. de elect. in cap. accedentibus: de exceſſ. prælat. cum leui tamen poteſt. arg. c. terrulas. 12. q. 2. Fede. de Senis conſ. 88. & vt alienans iam acquiſita debet adminiſtratione priuari, ita ſi fraudat in acquirendis, vt quia quæſita ex fructibus eccleſiæ ſibi, vel alteri appropriat. Abbas in cap. 2. de pecul. cler. Fructus tamen ſunt prælati, quò ad adminiſtrationem, & diſtributionem, & in iis ſuccedunt etiam conſanguinei, ſi id habet conſuetudo. Couar. in c. officij. cap. cum eſſes. de teſtam. & bona prælati ſunt tacitè obligata pro mala adminiſtratione, vt & bona tutoris. Abb. in cap. ex literis. de pignor. & prælato malè adminiſtranti debent canonici reſiſtere. Abb. in c. per inquiſitionẽ. de elect. excuſatur tamẽ ſi non mouet cauſam in qua ſumptus litis excedit quantitatem principalem. c. mediterraneæ. C. de ann. lib. 10. Anch. in c. nonnulli. de reſcript. Abb. in c. de appellationibus. de appel. nec poteſt renũciare priuilegio cõcernenti eccleſiã, nec poteſt de rebus eccleſię aliquid

donare

Digitized by Google

donare locis piis. Abb.in c.ad Apoſtolicæ. de donat.modicũ tamen dare poteſt. Abb.in c.1.de teſtam. in c. cæterũ.de donat. de quo tamen hodie dubitari poteſt, ex Conſtitutione Pauli II. incip. Ambitioſæ de rebus eccl.in extrau.cõmuni. quæ prohibet donationem,& omnem alienationem rei eccleſiæ, Papa inconſulto, poteſt tamen prælatus dare de fructibus eccleſiæ ſuæ ſpectantibus ad vitam eius, & maximè ex cauſa pietatis ſine Capitulo. Abb.in cap.continebatur. De his, quæ fiunt. Fel.in cap.veniens. 1.de teſtib. Zab.in clem.1. de reb eccl.

Quid de bonis Eccleſiæ dare poſſint prælati.

Secundò, æquiparatur tutori, vel curatori, cum quæritur an ex eius facto teneatur eccleſia, vel eius hæres ex facto prælati. Abb.in cap.cum deputati.in fi.de iudic.Hoſt. de foro comp.in ſum.ver. illud ſcias. vnde quicquid acquirit ex fructibus eccleſiæ ipſi eccleſiæ acquirit,& in dubio præſumitur acquiſiuiſſe ex eius fructibus, & idem ſi quid ei relinquitur intuitu eccleſiæ, vt quia dicatur, relinquo tali prælato talis eccleſiæ, ſic enim præſumitur intuitu eccleſiæ relictum, ſi verò intuitu perſonæ eſt ei relictum, vel ex induſtria quid acquiſiuit, poteſt de eo liberè diſponere. Abb.in cap.cum eſſes. de teſtam. in repet. poteſt tamen inducere teſtatorem blando ſermone vt non eccleſiæ, ſed ſibi relinquat, dummodo ceſſet dolus ipſius. Abb.in c.2.de pecul.cler.

Tertiò, non poteſt infeudare rẽ eccleſiæ conſanguineis, etiam ſi non det damnum eccleſiæ, etiam in caſibus permiſſis Abb.& Barbat. in cap.vt ſuper.de rebus eccl.& ſi contrahit mutuum nomine eccleſiæ, oportet probare rem eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ. Abb.in c.quod quibuſdam.de fideiuſſ. nec delictum prælati nocet eccleſiæ. Abb.in cap.1.de dolo,& cont.& ſi liberat aliquem, non præiudicat id eccleſiæ, niſi probetur in rem ipſius eccleſiæ id verſum. Abb. in conſ.32.

Prælatus nõ poteſt Eccleſiæ mutuo accipere niſi cõſtet eſſe ad Eccleſiæ vtilitatem.

Quartò, prælatus inferior Epiſcopo non poteſt donare quinquageſimam, vel centeſimam. Abb.in c. Apoſtolicæ.de donat. nec poteſt diſponere in vltima voluntate de quæſitis intuitu eccleſiæ. Abb.in c.3.de pecul. cler.niſi, vt ſupra, conſuetudo ſit in contrarium, aliàs tenetur eccleſiam inſtituere hæredem. Abb.in c.1.de teſtam.quæ tamen intuitu perſonæ quæſiuit ſunt hæredis. Abb.ibi. & in c.cum eſſes. 2.repet.de teſtam. & debet interpellare ſubditos, vt decimam ſoluant, aliàs peccat. Abb.in c.peruenit. de decim. ſi tamen prælatus aliqua

Digitized by Google

aliqua quæſiuit eccleſiæ, poteſt liberius diſponere de bonis eccleſiæ, quàm qui nil acquiſiuit. Abb.in cap.cum conſenſus.de rebus eccl.

Quintò, non ligat eccleſiam iuramentum præſtitum à prælato in damnum eccleſiæ. Abb.in cap.1.de his, quæ fiunt à maior.part.cap.

Sextò, non poteſt alienare rem mobilem pretioſam ſine conſenſu Papæ.id.cap.2.de rebus eccl.non alie.in extr.communi.& quilibet prælatus promotus per Papam, vel conſecratus de eius mandato, iurare debet de non alienando Papa inconſulto, quod iuramentum maximi ponderis eſt. Abb. in cap.vt ſuper.de rebus eccl.

Septimò, non poteſt renunciare exceptioni competenti eccleſiæ in eius damnum, nec cedere liti motæ, niſi ſubſit cauſa euidens,& interueniente debita ſolemnitate, ſi agatur de re immobili eccleſiæ, vel mobili pretioſa. Abb. in cap.1. depoſit. & ſi non ſeruauit modum in donatione, reuocatur donatio,& delictum ſolius prælati non nocet eccleſiæ. Abb. in cap.verum.de condit.appoſ.& ſi eſt diffamatus de dilapidatione, poteſt cogi vt reddat ei rationem adminiſtrationis. Abb.in c.qualiter.2.de accuſ.& interim non poterit alienare.idem in cap.ſi.eod.

Octauò, non poteſt ſolus reſcindere contractũ per quem eſt quæſitum ius eccleſiæ,& illi de collegio, vel aliqui ex illo poſſunt repetere alienata illicitè ab eo. Abb. in c.quærelam.de ſim. c.cum olim.de reſtit.ſpol. qui &, vt ſupra, in acquirendis, poteſt præiudicare eccleſiæ, in iam quæſitis, ſi in contrahendo, ei non præiudicat, quando alienat ſine debita ſolemnitate.cap.ſine.12.q.2. ſed patiendo rem præſcribi, ei præiudicat, ſed tenetur illi ad intereſſe de ſuo.cap.1.de præſcrip.gl.in c.placuit.2.q.3.ſed ſi delinquat cum toto Capitulo, nocet eccleſiæ. Aret.conſ.114.num.5.ſi verò ſolus, ſi pœna poteſt adaptari contra eum, non.l.meminerint.C.vnde vi.ſi verò non poteſt adaptari contra eum, nocet eccleſiæ. l.iubemus.C. de ſacr. ſan. eccl. cui tamen tenetur ad intereſſe. Abb.in cap.1.de dolo,& contum.

Nonò, negligentia prælati in implemento conditionis nocet eccleſiæ, quia ante conditionem res non debetur, licet ipſi teneatur ad intereſſe, ſecus in impletione modi, quia tũc donatio præſupponitur iam perfecta, niſi in donatione eſſet adiectum, quod modo non ſeruato, res reuertatur ad dominum,

Digitized by Google

minum, & eo magis negligentia prælati ſi ſit iuncta cum negligentia conuentus, nocet eccleſiæ, licet ipſi teneantur ad intereſſe eccleſiæ. Fel.in cap.verum.num.12. cum ſeq.de foro compet.

X. Prælatus in aliquibus æquiparatur tutori, in aliquibus pupillo: tutori enim æquiparatur in reddenda ratione adminiſtrationis, & quòd eius bona ſunt tacitè obligata ob malam adminiſtrationem, vt & bona tutoris, & quandoque ſi ſit ſuſpectus de dilapidatione, remouetur, vel ſuſpenditur ab adminiſtratione, quæ tamen ſæpè fallunt, nam prælatus poteſt ſuſtentare conſanguineos pauperes de bonis ſuis, quod tutor non poteſt, & ſi reddit rationem adminiſtrationis, in eo ſufficit iuramentum, & ſi non eſt ſuſpectus non reddit rationem, & vlterius prælatus habet liberam adminiſtrationem, tutor non, nec tenetur ad cõfectionem inuentarij iure communi, ex Bulla tamen Sixti V. ſic, vnde æquiparatur tutori, vbi eſt eadem ratio, aliàs non; æquiparatur verò pupillo eccleſia, quia debet defendi à prælato, & ſi eſt læſa reſtituitur. Fel.in c.cum deputati.num.10.11.& 12.de iudi.

XI. Si prælatus detinet rem alienam nomine eccleſiæ, & id ſcit certo, & ſit notorium, debet eam reſtituere, etiam ſi habeat eccleſiam collegiatã, ſi verò non conſtat notoriè, & ſolus ſcit, tunc non tenetur reſtituere. Fel.in c. fin de præſcr. In foro tamen conſcientiæ crederem eum id debere notificare Capitulo, & ſi legitimè id conſtat, debere cum eo reſtituere, cum etiam eccleſia non debeat ditari cum damno alterius, ex reg.nemo.de reg.iur.in 6.

XII. Non poteſt renunciare legatum factũ eccleſiæ ſine conſenſu Capituli. Fel.in c.contingit.num.8.de ſent excom.

XIII. Non poteſt tranſigere ſine conſenſu Epiſcopi, ſi ſit inferior Epiſcopo, niſi agatur de recuperando iure eccleſiæ amiſſo. Fel.in cap.cum omnes. num.6.de conſtit.nec reſcindere contractum per quem eſt quæſitum ius eccleſiæ. idem in c.quærelam. num.2.de Simon.

XIIII. Non poteſt eccleſiam vacantẽ ſub annuo cenſu, vel data pecunia concedere, aut fructus eccleſiæ ſuæ vacantis vendere. Hoſt.in ſumma. de exceſſ. prælat. num.4.& 5. nec exigere à ſubditis exactiones indebitas, aliàs punitur in quadruplum, nec occaſione procurationis debitæ Legato Apoſtolico, plus leuare, quàm poteſt, aliàs id debet reſtituere eccleſiæ ſuæ, & tantundem pauperibus erogare, nec

Digitized by Google

poteſt viſitans aliquem grauare ducendo equitaturas vltra numerum ſibi conceſſum, de quo ſupra tract. de Epiſc. cap. 6. ad fin. aliàs duplum tenetur reſtituere eccleſiæ læſæ. Non poteſt etiam iniuſtè cenſuras proferre, vel ſine conſenſu Capituli, niſi in contrariū præſcripſerit, vel monitione nō præmiſſa, aliàs ſuſpenſionem incurrit, & idem ſi ſine ſcriptis, quæ tamen ſententia non tangit Epiſcopos. c. 1. vbi glo. & Doct. de ſent. excom. in 6. nec etiam poteſt excommunicare poſt appellationem legitimam, nec pro leui cauſa, nec poteſt ſeipſum inſtituere in eccleſiis ſibi ſubditis, aliàs iis priuatur. Hoſt. in ſumma de exceſſ. prælat. §. qualiter.

XV. Si negligat curare bona eccleſiæ, tenetur ad intereſſe, is verò dicitur negligens, qui omittit ea quæ poteſt, & debet curare. Hoſt. in ſumma de negl. prælat. §. quid ſit.

XVI. Poteſt exigere emendas pecuniarias, ſi conſuetudo id habet. Franch. in cap. venerabilibus. §. denique. de ſent. excom. in 6. quomodo verò debitæ dicantur, tradit Hoſt. in ſum. de exceſſ. prælat. num. 4. & 5. & in ſumma, de cenſib. §. ex quibus cauſis. & de immun. eccl. Zab. in clem. vnica. ver. nonnulli. 1. de exceſſ. prælat. non poteſt tamen imponere, nec inſolita, vel contra iuris diſpoſitionem. Zab. in clem. 1. & clem. præſenti. de cenſib. & exact.

XVII. Debet defendere poſſeſſiones, & libertatem eccleſiæ, armis ſpiritualibus, & temporalibus, cum prudentis non ſit inermem ſe armatis objicere. Zab. in clem. vnica. nu. 25. de homic. arg. cap. ex delicto. de ſentent. excom. non intendens tamen occidere, ſed ſolùm ſe, & ſua tueri, ſine quibus ſuſtentari eccleſia non poteſt.

XVIII. Non ſuccedit vt hæres, & ideò non tenetur ſeruare omnes contractus initos, maximè inutiliter per prædeceſſorem, vnde & ſi locat bona eccleſiæ ſuæ nomine proprio, morte ipſius extinguitur locatio, ſi verò nomine eccleſiæ, & vtiliter, ac debita ſolemnitate ſeruata, ſi eſt prælatus cum adminiſtratione, ſucceſſor tenetur ſtare locationi, ſecus in ſimplici præbendario, vel beneficiario non prælato, qui non poteſt locare vltra tempus vitæ ſuæ. Rota deciſ. 332. 1. de locato. in nouis. modo vt at alibi.

XIX. Prælatus licet ſit vſufructuarius in vita fructuum eccleſiæ, in morte tamen eſt ſimpliciter vſuarius, vnde donare non poteſt. Rota ibid. de quo tamen, Deo dante, latius agetur, infra tract. de Beneficiatis.

XX.

Digitized by Google

XX. Non poteſt remittere iniuriam factam eccleſiæ, niſi cum conſenſu Capituli. Fel. in cap. contingit. de ſent. excom. num. 8. cum communi.

Quò ad ſextum, multa ſunt ad quæ prælatus tenetur. 9

Pralati circa ſpiritualia quid agere debeāt, & teneantur.

Primò enim, ſanctum ſui exemplum ſubditis præbere debet, ac eius vita tantum ſubditorum mores excedere debet, quantum diſtat grex à paſtore, vt inquit Greg. in paſt. 2. p. c. 1. dum enim loquendo, oſtendit quid ſit agendum, operando adiuuat vt fiat, vt ibi dicit c. 3. ac liberius ſubditorum vitia coarguit, nequaquam metuens ne in eum culpa retorqueatur, vt inquit Chryſ. lib. 5. de ſacerdotio: aliàs ſi malum ſui exemplum præbeat, ſummorum malorum cauſa eſt, vt idem dicit lib. 6. de ſacerdotio; facilè enim ſubditi præſulum mores, maximè deprauatos ſequuntur, quaſi aliquam excuſationem habeant quod id operentur, quod in prælato geri perſpexerint, vnde & Leuit. 4. Mandatur tantundem pro peccato Pontificis, ac totius populi offerri, quaſi is ſit malo ſui exemplo cauſa peccatorum eorum, cui enim plus creditur, plus ab eo exigitur, & magna ſublimitas, magnā debet habere cautelam, & vitam cōformem, vt inquit Ambr. tract. de dignit. ſacerd. c. 3. vnde irreprehēſibilis eſſe debet, ſobrius, pudicus, conſtans, placidus, expers iræ, charitate præditus, promptus ad iuuandum, prudens ad regendum: vt inquit ibi Ambr. cap. 4. & Clem. Rom. lib. 2. conſtit. cap. 2. 3. & 4. & in ſumma eſſe debet forma iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, aſſertor veritatis, fidei defenſor, doctor gentium, amicus ſponſi, magiſter inſipientium, refugium oppreſſorum, pauperū aduocatus, lingua mutorum, baculus ſenum, malorum metus, bonorum gloria, & forma gregis: vt inquit Bernar. lib. 4. de conſid. in fin. de quibus etiam agit latè Greg. in paſtor. c. 1. & 2. ne puram ſapientiam, quam ex ſcripturis haurit, vita corrumpat, & hoc modo aquam ſcripturæ turbidā ouibus propinet, vt ibi dicit c. 2. cōtra Ezech. c. 34. & ei ſubditi fluctus tentationum ſuarum pandere non erubeſcant, ſed fidenter ad paſtoris mentem, quaſi ad ſinum matris recurrant, vt ibi dicit Greg. in paſt. 2. p. c. 5. Tot enim mortibus dignus eſt prælatus, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittit, vnde à peccatis cauere debet, cum is non tantum moriatur, ſed omnium animarum, quas prauis exemplis deſtruit, reus ſit: vt dicit Bracaren. in ſtim. paſt. pag. 7. p. 1. & cōtra, eius exemplo bono ſubditi ad

bonum inuitentur, quod ei ad meriti proficit augmentum.

II. Humanus eſſe debet omnes audiendo benignè, & actioni ſe dando, ſic tamen, vt non agendo relinquat ſeipſum, ſed ad ſe ſæpè redeat, & ſeipſum conſideret, conſideratio enim mentem purificat, regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, diuinarum, & humanarum rerum ſcientiam confert, agenda præordinat, acta recogitat, vt nil adſit correctione egens, nec litium diſcuſſioni ſe multum implicet, non quia illis indignus ſit, ſed quia indignum eſt talibus implicari, *maior enim cura habenda de peccatis dimittendis, quàm de prædijs diuidendis*, vt inquit Bernard. lib. 1. de conſid. & Auguſt. lib. 9. ciuit. cap. 19. Vnde litium deciſionem prudenti fidei quique authoritate præſtet viro, & alia item negotia commendet, vt idem dicit lib. 4. de conſid. poſt med.

III. Solicitus eſſe debet in ſubditorum bono, illos cuſtodiendo ne peccent, & eos diſciplina corrigendo ſi peccarint, vt inquid Bernard. ſerm. 3. de aduent. domini. *Impunitas enim eſt iniuriæ ſoboles, mater inſolentiæ, radix impudentiæ, tranſgreſſionum nutrix*, vt idem dicit lib. 3. de conſid. in fine; *ſic tamen vt ſubditorum mater ſit non dominus, ſtudendo magis amari, quàm metui, vbera producendo, & ſi quandoq; ſeueritate eſt opus paterna ſit non tunica, mater ſi fouendo, pater corripiendo*, vt idem dicit ſerm. 23. in Cantic. & Aug. lib. 1. de ciuit. cap. 9. & lib. 19. cap. 21. & ſubditos debet paſcere verbo, ſacramentis, fructu orationum, & exemplo, vt dicit Bernard. epi. 201. ad Balduinum, doctrinam ſynceram ſpargendo, ſedulo operando, & curioſè gregem cuſtodiendo, vt idem dicit in ſententiis. ver. Tria prælatis. qui & non debet in perſecutione deſerere gregem, quando eſt vniuerſalis in idipſum, & populum, vt peſtis & belli, ſi verò tyrannus in odium præſulis graſſatur, poteſt inde ſe ſubtrahere, vbi per alios bono populi cõſuli poteſt: aliàs non, vt tempore opportuno redeat. c. ſuggeſtum. c. ſciſcitaris. c. aduerſitas. 7. q. 1. vbi Turr. Cr. Aug. ep. ad Honoratum. D. Th. 2. 2. q. 185. art. 5. vbi Caiet. ſi verò Tyrannus in eccleſiam graſſatur, non licet ei recedere, vt nec ſi in totum clerum eſt graſſatio, vt ſint qui ſacramenta miniſtrent, modo laici eos defendant, aliàs poſſunt recedere, aliquibus tamẽ relictis, qui ſacramenta miniſtrent. c. ſors. 20. q. 7. vt & in perſecutione generali, ſi totus põpulus recederet, poſſet & ipſe prælatus id agere, nec

Matth. 10. Cũ vos perſequentur in vna ciuitate fugite in aliã quando non grex ſed paſtor quæritur.

Digitized by Google

nec debet in perſecutione particulari deſerere gregē ſi ſcandalum adſit, vel ſi eius præſentia populo ſit neceſſaria, vt ſupra D. Tho. d. art. 5. Præterea habere debet clementiæ pietatem, zelum rectum, & diſcretionem harum moderatricē ne zelus fiat crudelitas, pietas relaxatio, quæ diſcretio docet quomodo ſe habere debeat in donandis, vel vlciſcendis iniuriis: vt dicit Bern. lib. 2. de conſider. col. pen. ver. oportet innoteſcant, vſque ad finem. Conſtans præterea eſſe debet in aduerſis ferendis ob Chriſti honorem ad eius imitationē, vt idem dicit feria 4. hebdom. pœnoſæ. Medicus quoque eſſe debet, vt languoribus animarum congruum afferat medicamen, vt idem dicit ſerm. 23. in Cantic. omnium neceſſitatib. ſine perſonarum acceptatione ſuccurrat, vt idem dicit ſerm. 52. in Cant. propè finem. Ploret pro peccatis ſubditorū, maximè qui diſciplinam non admittunt, ſuadens eis, vt medicinam, & manum medicam ſuſcipiant, ſine qua ſani fieri nequeūt, nec more phreneticorum ei indignentur, qui illos ſanos fieri cupit, vt idem dicit ſerm. 42. in Cāt. Zelet ſuper domum Dei, tentatis condoleat, mulceat, ſoletur eos, deſolatos erigat, cum proficientibus exultet, ſalutaribus monitis moueat, & accendat ad perſeuerandum, & proficiēdum in melius, omnibuſq; omnia ſe præbeat, vt idem dicit ſerm. 10. in Cant. & ſerm. 23. & omnia denique ſpiritualiter agere intendat, animarum lucra non propria, vel commoda quærens, perfectos imitetur, & quærat aſinas inuenire, id eſt peccatores in luce ſanctitatis cōuerſos aſpicere, vt dicit. Greg. lib. 4. Reg. c. 9. in illis verbis, *Perierant autem aſinæ*, & ſemper lenitas ſeueritati miſceatur, vt nec nimia aſperitate exulcerētur ſubditi, nec nimia benignitate ſoluātur, vt & in arca erat virga, & manna, virga directionis, & manna dulcedinis, vt virga feriat, ac baculum ſuſtentet, vt virga peccatum deleat, manna peccantem reficiat, ac reducat, & quos corripit, ex charitate amet, & Deo commendet, *vt & Moyſes ſic pro eis orauit, vt Deum rogaret, vel illis parceret, vel ſe deleret de libro vitæ*, & tamen eis peccantibus non pepercit: vt dicit Greg. lib. 3. Mor. & 20. c. 6. & habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 1. cum negligentia prælati, & diſſimulatio in corrigēdis peccatis ſit peccatū mortale. c. epheſiis. 43. diſt. c. præcipuè. 11. q. 3. c. irrefragabili. de offic. ord. not. Abb. in c. peruenit. de decim. gl. in c. clericos. de immun. eccl. in 6. idem Abb. in cap. 2. de treuga, & pace. vt & ſi tepidus ſit in iuſtitia exe-

quenda,poteſt deponi.c.2.de treuga,& pace.c.ſi quis Abbas. 18.q.2. ſicut econuerſo non debet facilè credere referenti in prejudicium alterius:vt dicit Abb.in c.licet Heli.de ſim.& ſi excedat modum in corrigendo ſit deponendus.c. cum beatus.45.diſt. *non tamen veniam à correctis petere debeat, ne ſubditi ob nimiam humilitatẽ prælati audaces ad malũ fiant:* vt dicit Hoſt.in ſum.de exceſſ.prælat.in fin. Vlterius tenetur prelatus ad ea quæ dixi tract.de Epiſc.c.1.4.& 7.& circa correctionem ſe habere debet, vt dixi d.c.7. Is etiam humilitatis virtutem amplectatur,ſubditis æqualem ſe cernẽs vt hominem, ſic tamen vt zelo vltionis peccantibus ſe anteferat, ne dum immoderatius cuſtoditur virtus humilitatis,ſoluantur iura regiminis,& dum ſe pluſquam decet,dejicit, ſubditorum vitam ſtringere ſub iugo diſciplinæ non poſſit,vt dicit Greg.in paſt.2.c.6.Is quoque duo caueat extrema,ne aut exterioribus curis nimis deditus ab intimis corruat,aut ſolis exterioribus occupatus,quæ foris debet, proximis non impendat,vt ibi dicit.Greg.c.6.& 7.2.p.& refert Bracaren.d.1. p.vt & cauere debet ne cupido placendi hominibus eum teneat,nec ſic debitam correctionẽ omittat,cupere tamẽ debet ab ouibus diligi,vt in eis faciat fructum,vt dilectio, & æſtimatio ſit quædam via,qua oues ad Dei amorẽ introducantur,*cum non libenter audiatur prædicator, qui non diligitur,* vt ibi dicit Greg.2.p.c.8. & ideò cum omnibus hominibus procurare debet pacẽ,vt idem dicit lib.2.ep.7.vt animarum lucrum omni feſtinatione faciat, cum nomen paſtoris non ad quietem, ſed ad laborem ſuſcipiatur. idem d. lib. ep. 15. exemplo Iacob,qui Gen.31.dicit,loquens de ouib. terrenis, *viginti annis fui tecum,oues tuæ ſteriles non fuerũt, nec captum à beſtia oſtendi tibi, die noctuq; æſtu & gelu vrgebat, fugiebatq; ſomnus ab oculis meis,* vt ſignificetur quid magis faciendum ſit pro ouibus Chriſti:vt idem dicit ep.29.Cauẽs quoque ne culmen regiminis,non ad officium portãdi oneris ſuſcipiat,ſed ad appetitum gloriæ, & trãſitorij honoris: vt idem dicit ep.126.lib.7.vt & cauere debet ne alios erigẽs, corruat,bene ſe & familiam cuſtodiẽdo,vt inquit Bern.li.4. de conſider. ad Eugenium. Is quoque bene ſe habere debet in beneficiorum collatione,ideò vacante beneficio oret prelatus,dicens,*Oſtende Domine quem elegeris.* Act.2. & imitetur Gregorium, qui ex omnibus partibus mundi bonos clericos quærebat,quib.beneficia conferret, vt is teſtatur. lib.2 ep.18.

Idem docet B.Aug. in Regula.

Digitized by Google

p. 18. & mortale ſit beneficium curatum conferre minus digno, omiſſo digniori: vt habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 1. de refor. & ſeſſ 24. de refor. c. 1. Is etiã reſidere debet, modo quo habetur tract. de Epiſc. c. de reſid. qui & docere populũ prædicatione debet, vt dicit Chryſ. hom. 15. in 1. ad Timoth. 3. incubans, vt gallina materna charitate, cui ob id raueeſcit vox, fit hiſpidũ corpus, alę demittũtur, ſuper oues, vt eis proſit, vt dicit Aug. in Pſal. 58. & largitate vti in egentes. c. fratrem. 86. diſt. Bracar. d. lib. 2. p. c. 3. quod multis ibi cõprobat; & ſolicitus eſſe in oratione, & ſacrificij oblatione: vt ibi d. c. 4. in omnib. puram intentionem habendo ouibus tantum proficiẽdi. idem ibi. c. 5. Modeſtia etiam in omnib. vtendo, vt ibi dicit. c. 6. & habetur in Cõc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. vt & conſtãs eſſe debet in aduerſitatibus, & perſecutionibus tolerandis. idem ibi. c. 8. pluribus ibi vtilitatem tribulationũ oſtendens; qui & zelo iuſtitiæ, fortitudine, ac magnanimitate, contra peccata vti debet. idem ibi. c. 9. & abjicere puſillanimitatem, & indebitos ſcrupulos conſcientiæ, & vanam triſtitiam, vt ibi probat. cap. 10. in omnibus vtendo prudentia, charitate, circunſtantia, & vigilantia, & ſcientia ſe ornando, quæ prudentiam illuſtret, & dirigat in agendo, & qua populum in lege Dei erudiat prædicando, ipſum etiam, & clerum viſitando, vt ibi dicit, & Granata in eius cõcione ibi annexa.

Quò ad ſeptimum, & vltimum, in multis peccare poteſt prælatus.

Primò, ſi prælaturam appetierit, & eo magis ſi ambierit, 10
& maximè ſi immeritus. c. nullus per ambitum. 1. q. 1. D. Th. *Prælatus in*
2. 2. q. 185. art. 1. & maximè ſi illicitè. c. auaritiæ. de elect. in *quibus peccare poſſit.*
6. c. fin. de ſint. & ſi ſimoniacè, tenetur reſtituere fructus, & beneficium. c. execrabilis. de ſim. in extr. communi. ſi non reſidet iuxta dicta. c. 5. de Epiſc. ſi ditauit cõſanguineos ex fructibus beneficiorum, vel beneficiis, iuxta dicta ſuperius, ſi fructus eccleſiarum vacantium ſibi vſurpauit, ſi plus debito à ſubditis exegit, vel viſitando; ſi non defendit iura eccleſię, vel paſſus eſt ea pręſcribi, ſi non correxit ſubditos, & prauos abuſus non amouit. c. cum quiſque. 23. q 4. c. ſit rector. 43. diſt. & d. c. cum quiſque. eod. ſi modum exceſſit in corrigendo, ſi malè impendit fructus beneficiorum, ſi beneficia, vel ordines indignis contulit, vel illicitè, vel huiuſmodi fecit, de quibus ſupra, tract. de Epiſc. eſt dictum.

Hæc de prælatis in generali.

DE PRÆLATIS IN SPECIALI,

ET PRIMO DE PRÆLATIS CVRIÆ ROMANÆ.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij Domini Papæ inſtitutio, & poteſtas.*

De Vicario Sanctiſſimi Domini Papæ. Cap. II.

1 *Vicarij Domini Papæ inſtitutio, & poteſtas.*

INTER Prælatos Vrbis, magnam dignitatem obtinet Vicarius Vrbis, ſeu Sanctiſſimi Domini Papæ, qui curam habet clericorum in curia exiſtentium, qui ideò ei canonicam debent obedientiam, & ſubiectionem, & ad illũ in omnibus cauſis eccleſiaſticis recurri poteſt, & ad eum etiam ſpectat Synodum Diœceſanã conuocare, ſacramenta miniſtrandi licentiam dare, & Eccleſias Vrbis viſitare, ex Bulla 21. Clementis VII. incip. Dilecto. Non ſolet tamen ei concedi, vt beneficia conferat, niſi rarò. Idem etiam iudicat de cauſis laicorum, & forenſium, qui ratione alicuius initæ confraternitatis, vel habitationis, aut ſeruitij in hoſpitalibus, & aliis piis locis religionẽ ſequi videntur, & Hebræorum, viduarum, pupillorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, ex dicta Bulla, & Bulla 55. Iulij III. incip. Cum ſicut. Idem cognoſcit de cauſis, vbi non agitur de proprietate rei, vt de locationibus, & conductionibus domuum, agrorum, deuolutione caſalium, domorum, & agrorum, & mercedum, & vbi de proprietate agitur, vſque ad ſummam ducatorum ſexaginta auri de Camera. In quibus caſibus ius dicit ordinaria facultate in Vrbe, & extra per quadraginta milliaria, ſummariè ſine obſeruatione terminorum ſubſtantialium, remota omni appellatione, etiam non friuola, & poteſtate dicendi de nullitate. Idem etiam ex poteſtate ſibi tradita, poteſt vti Põtificalibus, & ea

exercere, vt recōciliare loca polluta, conſecrare eccleſias, ordines conferre, etiam per alium Epiſcopum temporibus à iure ſtatutis dicta Bulla 21. Clementis VII. & etiam punire poteſt blaſphemos, vſurarios, periuros, inceſtuoſos, & huiuſmodi, quorum crimina ad Eccleſiam ſpectant, licèt clerici nō ſint, dicta Bulla 21. & Pauli III. 28. incip. Licèt ſi Eccleſiarū. & 34. eiuſdē. incip. Cùm onus. & idem etiam poteſt mulctas, quæ in curia infliguntur cōuertere in officium Vicariatus, vt de iis poſſit ſatisfacere officialibus officij, & in indumenta ſacra. Idem etiam viſitat carceratos, & dat votum pro carceratorum retentione, vel liberatione, & ſi coram eo de crimine agatur, pro quo pœna ſanguinis ſit infligenda, ſolet huiuſmodi ad gubernatorem, vel alios iudices ſeculares, vt eccleſiaſticus iudex, remittere. Is apud ſe habet tres notarios, & duos ſubſtitutos, vnum in ciuilibus, alium in criminalibus cauſis. Idem etiam procedere poteſt ad executionem obligationum in forma Cameræ, ex Bulla 24. Pij V. incip. Conſiderantes. & in cauſis clericorum inter Auditorem Cameræ, & Vicarium Vrbis eſt locus præuentioni, ex Bulla 113. eiuſdem. incip. Inter illa.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiarius ſummus, cur inſtitutus, & cui committatur id officium, & eius poteſtas.*

2 *Pœnitentiarius ſummus, quæ peragere debeat, vel non, & poſſit, & quæ eius ſint qualitates.*

De ſummo Pœnitentiario. Cap. III.

EX poteſtate Chriſti Vicario diuinitus tradita, ligandi, atque ſoluendi, ob multiplices Papæ occupationes ſtatutum eſt officium Pœnitentiariæ, cuius vnus ſupremus, qui ſummus dicitur Pœnitentiarius, vice Papæ curam gerat, à Benedicto II. introductum, qui abſoluit à caſibus Sedi Apoſtolicæ Reſeruatis, & diſpenſat in votis, iuramentis, ac gradibus Matrimonij in occultis, vbi maximè Matrimoniū iam eſt contractum, & etiam diſpenſat ad ordines ob defectū natalium, ætatis, vel alicuius membri, & item ad beneficia, & cum obtinentibus incom-

1 Pœnitentiarius ſummus, cur cōſtitutus, & cui committatur id officium, & eius poteſtas.

patibilia,& cum homicidis in foro conſcientiæ,cũ retentione beneficiorum, & diſpenſatione ad alia etiam in foro exteriori,cum ſimoniacis, cum aſtrictis iuramẽto,ad effectum agendi,& periuris, exulibus, in obſeruatione alicuius legis humanæ,maximè regularium regulis,Indulgentias cõcedit locis,& perſonis; Commiſsiones concedit ſuper declaratione validitatis, vel nullitatis matrimonij,ſuper confirmatione alienationis rei eccleſiæ, ſi in euidentem,& ſuper ceſsione bonorum,iuxta Cap.Odoardus. de ſolut. etiam inter laicos extra ſtatum temporalem eccleſiæ, vbi iuſiurandum interueniſſet. Idémque ordinaria fungitur authoritaie, & huiuſmodi officium non niſi Cardinalibus committi ſolet, & prædicta aliis ſępè committit,tam in Vrbe,quàm extra,& in Vrbe deputat Pœnitentiarios in Eccleſiis Diui Petri, Diui Ioannis in Laterano,& Diuæ Mariæ Maioris;Diſpẽſationes tamen ab humanæ legis obſeruatione, non niſi ex cauſa, & per ſeipſum concedit: vt patet ex Bulla 5. Iulij III. incip. Rationi congruit. vbi & declaratur eum habere facultatem in vtroque foro. Idem etiam plures habet ſubſtitutos, & Vicarios per quos ſuam poteſtatem exercet, & literas concedit,obſignatas quidem ſi ſint in foro conſcientiæ, apertas ſi in vtroque foro.

2 *Pœnitentiarius ſummus,quæ per agere debeat,vel nõ, & poſſit, & quæ eius ſint qualitates.*

Is verò, & eius ſubſtituti,ex Bulla 67. Pij IIII.incip. In ſublimi. abſtinere debet à commutationibus vltimarum voluntatum, & vnionibus, ſuppreſsionibus, vel tranſlationibus beneficiorum, & eorum confirmationibus. A conceſsione iuriſpatronatus ob augmentum fructuum, ſed tantum ob dotem, vel fundationem. A licentiis ſtandi extra monaſteria pro monialibus, ex qualibet cauſa, & à declaratoriis pro religioſis propter vim, & metum, quando poſt profeſsionem ordines ſacros ſuſceperint, licèt vi id dicatur factum, & in aliis cauſis declaratoriæ committantur ordinariis,vocato priore monaſterij, vbi profeſsio eſt emiſſa,non autem in curia. Idem non concedat religioſis poteſtatem ſtandi extra ob infirmitates, & huiuſmodi, vel ſubuentione parentum, aut cõſanguineorum, niſi de licentia ſuorum ſuperiorum, & in tranſlatione regularium de ordine ad ordinem clauſula apponenda, quòd ibi perpetuò in clauſtro domino ſeruiant. Apoſtatas non abſoluat, niſi ea lege vt ſtatim ad proprium monaſterium redeãt,vel alium æqualem, aut ſtrictioris obſeruantiæ, nec illis concedat, vt

retineant

retineant beneficia, vel iis ſeruiant, aut extra clauſtra degãt, etiam de licentia ſuorum ſuperiorum. Non concedat item commiſſiones alienationum, vel permutationum, vel affrancationum rerum eccleſiarum, quæ excedunt ſummam ducatorum viginti auri de Camera, & huiuſmodi commiſſiones ſemper committantur ordinario loci, & alteri perſonæ in dignitate conſtitutæ coniunctim, & Metropolitano, ſi agitur de intereſſe ordinarij, & ordinario viciniori, ſi agatur de re Metropolitani, non concedendo tamen huiuſmodi commiſſiones, vbi agitur de alienatione iuriſdictionum, vel vaſſallorum ad eccleſiam ſpectantium. Non cõcedat item abſolutiones pro homicidio, niſi in foro conſcientiæ, vel alio graui crimine, etiam occulto pro quo iure ciuili pœna capitis impoſita ſit: in leuioribus verò criminibus, vbi quis non eſt inquiſitus, vel citatus, committat Epiſcopo, vt huiuſmodi abſoluat, impoſita ei pœna pro eius arbitrio, & ſuſpendat ab executione ordinum arbitrio eodem, ſi cum tali ſuper irregularitate fuerit diſpenſatum, qui tamen Epiſcopos, vel ſuperiores, aut prælatos ſubditos immediatè ſedi Apoſtolicæ, vel delinquentes in Vrbe, vel ſtatu Eccleſiaſtico, extra forum conſcientiæ abſoluere nõ poſsit. Idem in abſolutione ſimoniacorum, non poſsit iis concedere retentionem beneficiorum, vel fructuum perceptorum, vbi ſimonia eſt realis, vel conuentionalis, in toto, vel in parte, ſed clauſula apponatur, quod vterq; ad beneficium ſuper quo cõmiſſa eſt ſimonia inhabilis exiſtat. Nec homicidæ voluntario concedere poſsit ordinis executionem, quò ad miniſterium altaris, vel aſcenſum ad ordines ſuperiores, vel reſtitutionem, aut retentionem beneficij, quo quis ſit priuatus, vel veniat priuandus, licèt aliàs canonicè ſit abſolutus. Non concedat item licentiam de promouendo ad primam tonſurã, vel ordines ſacros alicui, niſi appoſita cauſa iuſta ob quam ab eius ordinario promoueri non poteſt, vel ab eo dimiſſoriam obtinere, quo caſu concedi poteſt, vt à quocunque Antiſtite, &c. promoueatur. Idẽ non concedat abſolutiones à iuramento, niſi ad effectum agendi, nec diſpenſationes matrimoniales in forma gratioſa, ſed ſemper committantur ordinariis. Non concedat item vt regularis poſsit fieri magiſter, vel Doctor contra ſtatuta ordinis, niſi ex cauſa probabili, & licentia ſuperiorũ. Nec abſolutionem à fructibus indebitè perceptis, ob intruſionem, vel non pro-

motio

Digitized by Google

motionem, & huiuſmodi, niſi facta fructuum reſtitutione, etiam in foro conſcientiæ, nec concedat abſolutionem pro vſurpata iuriſdictione, vel eccleſiaſtica libertate, niſi cum clauſula, ſatisfacto prius de damnis parti læſæ. Nec facultatem teſtandi, etiam ad pias cauſas, & pro ſeruientibus, niſi ad ſummam centum ducatorum auri de Camera, non autem id concedatur etiam degentibus extra clauſtra, niſi Papa ſpecialiter id concedat. Non confirmet geſta per ordinarios, vel inferiores, aut ſuppleat eorum defectus. Non diſpenſet ſuper ætate ordinandorũ ad ſacros ordines, nec proroget tempus ſuſcipiendæ conſecrationis, vltra tres menſes, vel ſuſcipiendi ordines pro Parochis, vel aliis qui iure fundationis eos ſuſcipere tenentur, vltra ſex menſes. Et abſtineat ab expeditionibus in literis ſuæ facultatis nõ expreſſis, niſi iure communi ordinario conceſſæ reperiantur, non obſtante conſuetudine, vel poſſeſſione quacunque, aliàs gratiæ ipſæ nullæ ipſo iure ſint: vt patet in dicta Bulla. Idẽ non abſoluat malè promouẽtes ad ordines, vel promotos, aut irregulares ob id effectos, cùm id Papę tantum ſit reſeruatum, vt patet in Bulla Sixti V. contra clericos malè promotos; & Pœnitentiarij ſancti Petri non abſoluant à conſpiratione in Papam, delatione rerum prohibitarum ad infideles iniectione manuum violentarum in prælatos, in falſariis literarum Apoſtolicarum, ex Bulla 3. Alexandri VI. incip. Paſtoris. officium verò maioris Penitentiarij ſede Pontificali vacante in iis quæ ad forum pertinent omnino quieſcat, in pertinentibus verò ad forum conſcientiæ, fauore animæ perduret, ex dicta Bulla Pij IIII.

Ex Bulla demum Pij V. 89. incip. In omnibus ſtatuitur, vt maior Pœnitentiarius ſit magiſter, vel Doctor in Theologia, vel iure canonico, & officium exerceat per ſe, & ſi ex cauſa à Papa admiſſa ſit abſens, ſubroget alium Cardinalem eiuſdem qualitatis, literæ tamen nomine delegãtis expediantur, regens etiã Datarius, & corrector Doctores ſint, pij, & in caſibus conſcientiæ verſati, & corrector in rebus Pœnitentiariæ, & procuratores item integri ſint, qui omnes teneantur ad ſigillum eorum, quæ in officio illo geruntur, ſub pœna confeſſariis peccata reuelantibus indicta; procuratores verò & ſcriptores approbentur de vita, ſcientiaq; à rectore, & correctore, & à maiore Pœnitentiario officia illis committantur, qui omnes officium per ſe exerceant, nihilq;

Digitized by Google

nilque occaſione talis ſeruitij recipiant, etiam ſpontè oblatum ſub excommunicatione Papæ reſeruata ipſo facto incurrenda, eis ſtipendio aſſignato contenti. Regens verò prius caſus examinet, & quæ carent dubio iubeat expediri, ſine cuius licentia nil per ſcriptores ſcribatur. Dubia verò ad maiorem Pœnitẽtiarium referat:& corrector, antequam literæ ſcribãtur, minutas earum à procuratoribus conficiendas, cum ſupplicatione expedita diligenter recognoſcat, & examinet, ac corrigat, vt ſic literæ mundæ emittantur, & ſupplicationes prius expediantur, quàm literæ deſuper conficiantur. Sigillator verò eas recognoſcat, & earum datas cum libello ſupplicationis concordet, ac eorum omnium, & aliorum quæ ibi fiunt, authenticum inuentarium, & exemplum conficiat, quod in Archiuio ſeruetur, & literas ſic concordatas ſigillo Pœnitentiariæ obſignet, nil pro ſcriptura ſigillo, carta, cordula, & huiuſmodi recipiendo, & officiales Pœnitentiariæ, quotannis in manibus maioris Pœnitentiarij iuramentum præſtent de ſeruandis prædictis, & nil proponant petentibus, quo petita facilius impetrentur, ſemota inde omni fraude, dolo, & iniuſta acceptione, ſub priuatione officiorum, & inhabilitatione in poſterum, & infamia ipſo facto ſubeunda, præter cenſuras ſuperinde latas, & quòd aliter ſequuta ſcienter, vel ignoranter nullius ſint momenti.

SVMMARIVM.

1 *Vicecancellarius, cur inſtitutus, cur ſic dicatur, quis eſſe debeat, eius poteſtas, & officium.*

De Vicecancellario. Cap. IIII.

CANCELLARIAE officium habet Præpoſitum Cardinalem, qui Vicecancellarius dicitur, & tenet ſceptrum iuſtitiæ, & à Bonifacio VIII. id officium Cardinali eſt aſſignatũ, cũ ante per inferiores exerceretur, vt habetur in procem. 6. Ideò verò dicitur Vicecancellarius, quia Papa ſolus eſt Cancellarius in eccleſia Dei: vt dicit Gom. in procem. reg. Cancell. & dicitur Cancellarius, quia reſcripta priuilegia, Bullas, antequam ſigillo muniantur,

1 Vicecãcellarius cur inſtitutus, cur ſic dicatur, quis eſſe debeat, eius poteſtas, & officium.

niantur, cancellat, & corrigit, & Vicecancellarius, qui eius vices in illo officio exercet, vt d. Card. in clem. 2. de elect. & patet ex Bulla 40. Clementis VII. incip. Et ſi ad ſingula. & 5. Pauli III. incip. Singularis ingenij claritas. Is præeſt expeditionibus totius Orbis in rebus eccleſiaſticis, & officialibus dicti officij, ſcilicet abbreuiatoribus parci, qui minutas ex ſupplicationibus ſignatis dictant, & ſcriptoribus abbreuiatorum parci minoris, ſollicitatoribus, qui & Iannizeri dicuntur, plumbatoribus, & regiſtratoribus. Expeditio verò ſic fit, orator vbi habet ſupplicationem ſignatam & regiſtratam, curat minutam literarum apud abbreuiatores maioris parci dictari, dictatam apud ſcriptores in forma literarum conſcribi, ſcriptam in Cancellaria ad bancum ſcriptorum, per eum qui reſcribendarius dicitur taxari, & vibi eſt taxata, alter qui dicitur computator, ſuam apponit, & ibi ſoluitur ſcriptoribus taxa, & alia ſimilis apud abbreuiatores minoris parci, qui aliquid de taxa remittunt, & alter ipſorum nomen literis inſcribit, & inde iidem abbreuiatores minoris parci, receptis eorum pecuniis, Bullam ad abbreuiatores maioris parci remittunt, ad quorum bancum, duo ex iis nomen eorum adſcribũt paulò infra ſubſcriptionem abbreuiatoris minoris parci, inde literæ ad Iannizeros feruntur, quibus ſoluitur taxa certa ratione, ſcilicet duo ducatoni, & duo caroleni, ſi ſumma ſit triginta ducatorũ, ſi infra, vnus ducatus, & duo caroleni: Tum literæ ad alios abbreuiatores, qui de prima viſione dicuntur, feruntur, vbi per ſollicitatorem ſoluitur vnus carolenus, alteri ex dictis abbreuiatoribus, qui poſt literis manum apponit paulò infra ſubſcriptionem ſcriptoris Apoſtolici. Quòd ſi ex tali expeditione ſit annata ſoluenda, ſoluitur omnibus participantibus in Cancellaria pro rata; qua ſolutione facta Bulla cum ſupplicatione in eius ventre remittitur ad abbreuiatorem de parco maiori, qui illam dictauerat, cuius eſt conferre an Bulla cum ſupplicatione concordet, quæ ſi ſic eſt, iudicat illam talem, in cuius ſignum aſcribit nomẽ ſuum Bullæ, & illam de banco ſuo cum ſupplicatione in ventre proiicit in terram, quam ſublatam à famulo aſpicit diligenter in omni parte, & an omnes qui debẽt ei ſubſcripſerint, & an data eius cum data ſupplicationis concordet, & illam remittit ad regẽtem Cancellariæ, qui reſpicit à quo ſit collationata, vel iudicata, & ſi videtur, eam alteri abbreuiatori iterum collationandam

Expeditio literarum in officio Cancellariæ, quomodo fiat.

dam

m tradit: Tum à ſupplicatione Bullam ſeparat, & ſi eſt atioſa, in margine ponit A, à dextro latere, à ſiniſtro I: & rtis lineis circuit taxas in Bulla deſcriptas. Tum plũbator lam de manu regentis recipit, & eam affert ad officium lumbi, vbi plumbatur, & cordulæ applicantur, & cuſtos de nanu regentis ſupplicationem accipit, & Iannizeri ſcribunt, ro annata ſoluit tot: & ſi annata non ſit ſoluenda, poſt officium Iannizeratus non requiruntur vlteriores manus, de quibus ſupra, niſi alicuius conſenſus requiratur, quia tunc antequam Bulla ad abbreuiatorem illius dictatorem aſportetur, & iudicetur, notarius Cancellariæ à tergo ſcribit conſenſum, & Bullis in officio plumbi plumbatis, (à quo plumbo, in quo inſcriptæ ſunt imagines Diuorum Petri, & Pauli, Bulla recipit perfectionem, vt dicit glo. in clem. 1. de iureiur.) taxa plumbatorum notatur propè illam ſcriptoris, & Bulla ſic plumbata in manibus collectorum plumbi conſignatur, qui taxam ſuam à ſollicitatoribus exigunt, & etiam ſoluuntur quidam caroleni plumbatoribus, & Pœnitentiariis Diui Petri; Tum vnus ex Iannizeris, nomen ſuum intra Bullam, & à latere dextro ſcribit, addens N. ſollicitauit, vt ſic qui Bullam expediunt decipi non poſſint; Tum Bulla per vnum ex ſcriptoribus fertur ad regiſtrum bullarum, vbi alia taxa ſimilis præcedenti ſoluitur ſcriptoribus, & etiam regiſtratura Bullæ, magis vel minus pro breuitate, vel longitudine ſcripturæ, & Bullæ. Is accepta regiſtratura, Bullam alteri regiſtratori diſtribuit, qui illam in libris publicis deſcribit, & in regiſtrum ponit, regiſtrata cum originali concordatur, auſcultatæ verò magiſter officij à tergo eius fidem facit illius auſcultationis, dicens, Auſcultata, & ſi Bulla non eget annatæ ſolutione, parti petenti eam dat, ſi ſecus per regiſtratorem qui ſcripſit eam vni ex notariis Camaræ Apoſtolicæ præſentatur: & per ſollicitatorem ſoluitur dicto notario portio annatæ, quæ ad Papam ſpectat, qua ſoluta, idem notarius Bullam parti ſollicitanti reſtituit, hæcque ſi materia ſit gratioſa, maximè beneficialis, qui tamen reſignationem beneficiorum recipere non poteſt. Pariſ. de reſign. ben. lib. 7 q. 17.

Officia quæ a Vicecãcellario inferũtur.

Eidẽ verò Vicecancellario conceditur, ex Bulla 37. Leonis X. incip. In ſupereminenti. vt poſſit conferre officia infraſcripta vacantia, ſcilicet cubiculariorum trium, ſcutiferorum ſeptem, & militum ſancti Petri vigintiſex, & per Bullam vltimam

Digitized by Google

vltimam Pij V. incip. Cogit nos.traditur ordo tenendus in confectione Bullarum ſuper gratiis reſignationum parochialium & ſimplicium, vt ſcilicet cum in forma dignum reſcribitur, apponatur clauſula in reſignatione parochialiũ, quòd reſignans ſi in ſacris eſt,habeat vnde aliundè commodè viuere poſſit,& reſignatarius in examine per examinatores iuxta formam Concilij conſtitutos approbetur,& literæ ad ordinarium,vel eius Vicarium dirigantur, & ſic tunc ordinarius conferat, accepto etiam iuramento, quòd non interuenit ſimonia,vel alia corruptela, & etiam literæ executoriæ diriguntur Metropolitano, aut Epiſcopo viciniori, qui poſtquã ſibi conſtiterit ab ordinario intra triginta dies beneficium non eſſe collatum,ſeruatis prædictis,conferat.

Quòd ſi res iuſtitiam concernit, & ad iudices in prouinciis reſcribitur,literæ ſub plumbo deſuper expediuntur, vnde in Cancellaria adeſt officium his Præpoſitum,quod contradictarum dicitur,quia ſi inter partes altercaretur, de perſona iudicis,loco iudicij agendi,is qui ſe opponit,in hac audientia auditur apud eum qui dicitur Auditor contradictarum, & geſta in eo loco publicantur, & ſic cenſetur omnibus nota, nec ea ignorantes excuſantur, vnde & citationes, quæ fiunt per publicum edictum ob non tutum acceſſum ad locum,prius in hac audientia leguntur,inde in valuis Baſilicæ D.Petri,& certis aliis eccleſiis viciniæ citandi affiguntur,quæ affixiones arctant citatum ad comparendum, aliàs pro contumace victo habetur, & ſi grauetur, quandocunque à die habitæ notitiæ appellat; ſimiliter vbi iudices Romanæ curiæ, quem abſentem legitimè citatum habent pro contumace,ſolent parti concedere,vt citet contumacem per hanc audientiam,vt ſic habeatur pro contumace, reproductis citatione,& illius executione: ſolet etiam hoc officium ad iudicis decretum concedere literas maioris iuſtitiæ, Papæ nomine,litigantibus cum plumbo,vt remiſſorias,ſequeſtratorias,executoriales, interdictorias, & brachij ſecularis inuocatorias, reuiſo per alterum ex procuratoribus officij iudicis proceſſu,eoque in audientia relato,& probato.Præterea ſolet concedere plura per ſignaturam concedi ſolita abſque Papæ ſignatura,vt commiſſiones cauſarum ad iudices in prouinciis, cum inhibitione ſub cenſuris,cum facultate citandi per edictum,aggrauandi,reaggrauandi,cum inuocatione brachij ſecularis.Concedit etiam alia quæ dicuntur

tur

Digitized by Google

ır minoris iuſtitiæ, quæ dicuntur ordinariæ expeditiones, t ſimplices cauſarum commiſſiones, in forma conquæ-tus, commiſſiones vnius, vel pluriũm appellationum, uòd iudices non dentur vltra duas diœtas confirmationes nmunitatum, familiæ vel loci, confirmationes concor-iatum in forma communi, cum clauſula, ſi ſine alterius ræiudicio & prauitate factæ ſunt, & ab vtraque parte ſpon-è receptæ, confirmationes fundationis alicuius altaris, ſub :cto alicuius eccleſiæ, ac reſeruationis iuriſpatronatus, con-rmationes etiam beneficiorum exemplo nouæ prouiſio-is, cum clauſula canonicè adeptum, tranſlationes pro-:ſſi regularis de vno ordine ad alium, non tamen laxio-:m, ſed parem vel arctiorem, literas etiam reuocatorias ɔrum quæ per vſurã ſunt geſta, vt fructus in ſortem com-utentur, & alienationum eccleſiaſticæ rei in euidentem :cleſiæ vtilitatem, literas etiam ad ordinarium, vt pro-ıoto ad ordines ſacros prouideat de beneficio, & literas ɔnſeruatorias priuilegiorum, contra laicos moleſtantes ericos in impoſitionibus, contra prædones, contra paro-ııanos non ſoluentes decimas parocho, & huiuſmodi non iſcrepantia à ſacris canonibus, in hac audientia concedun-ır. Habet verò hoc officium Auditorem, & duos lecto-:s, & duos notarios, vnum pro Vicecancellario, qui notat ımnes publicationes, & citationes, & vnum pro Auditore, ıi eſt actuarius cauſarum, quæ coram eo aguntur, & qua-ıordecim procuratores impetrantium, qui dictant literas l modum abbreuiatorum, & eas ſub nomine Papæ cum gillo plumbeo ſedis Apoſtolicæ ſupplicibus tradunt, rece-ta mercede, vel taxa ipſi officio debita; quo tamen offi-um hodie non multum eſt in frequentia, cum aliis Magi-ratus, & Secretariatus, & cæteri huiuſmodi, adeantur pro .libus negotiis expediendis.

SVMMARIVM.

Camerarius cur introductus, quod eius officium, & poteſtas.

Camerarius & eius officiales à quibus abſtinere debeãt.

Clerici Cameræ qui eligendi, quæ eorum poteſtas, & officium.

Notarij Cameræ à quibus abſtinere debeant.

Digitized by Google

De Camerario, & Clericis Cameræ. Cap. V.

1 *Camerarius cur introductus quod eius officiũ, & poteſtas.*

CVM Papa plura per ſeipſum in ſua audientia domeſtica tractare ſoleret, vt facilius ea negotia gereret, ſed Prælatos domeſticos ſibi adſciuit, qui dicuntur Clerici Cameræ Apoſtolicæ, quaſi ad Cameram Papæ electos, cum quibus Papa agebat de his quæ pertinent ad regimen Vrbis, & totius ſtatus temporalis, & rationem ærarij Apoſtolici. Vnde Camerarij maxima eſt authoritas, & locum procuratoris Cæſaris tenet: vt dicit Bologn. in rubr. de officio eius. cum eo enim cõtractus nomine ſedis Apoſtolicæ fiunt, cognoſcit de cauſis, iuribus, rationibus, vel computis, inueſtitutis, & cõceſſionibus quibuſcunq; Cameræ Apoſtolicæ, cum voto, & aſſiſtentia quinque copulatorum, ex Bulla 148. Pij IIII. incip. Romanum. Idem etiam curam habet ſtudij Vrbis, ſimul cum ciuibus Romanis, & eligere habet Doctores legentes, ex Bulla 1. Eug. IIII. incip. A ſupremo. Idem curam habet de ædificiis publicis conſtruendis ad decorem Vrbis, ex Bulla 9. Sixti IIII. incip. Et ſi de cunctarum. & Pij IIII. 125. incip. Inter multiplices, & in ſumma cura ei ſit res Cameræ ritè, & vtiliter adminiſtrandi, iura, & reditus vtiliter locandi, & contractus deſuper neceſſarios ineundi, vnde ſimul cum clericus Cameræ dicitur cuſtos patrimonij Beati Petri, & ius reddit tam fiſco, quàm priuatis, cum fiſco agentibus, & eſt executor ſuper reuocatione alienandi bona Cameræ, ex Bulla 106. Pij IIII. Cum inter. & 148. Romanum. ac omnium obligationum in forma Cameræ, ex Bulla 128. eiuſdem. Cum nos. & ſuper annatarum literis, ex Bula 30. Iulij III. Cum nos.

2 *Camerarius & eius officiales à quibus abſtinere debeant.*

Is verò, & eius officiales, ex Bulla Pij IIII. 64. Romanus. *Cauere debet ne ſe ingerat auditioni cauſarum, inter priuatos etiam per viam appellationis, ex terris eccleſiæ ad Papam deuolutis, niſi connexa ſint negotijs fiſcalibus, ſed tantum de cauſis fiſci cognoſcat.* Similiter abſtineat à commiſſionibus, & auocationibus cauſarum, literis monitoriis, inhibitoriis, & ſequeſtrationibus, vbi non agitur de intereſſe fiſci, cum id ad ſignaturam ſpectet, permittendo tamen illi vt committere poſſit cauſas pauperum intra quadraginta milliaria ab vrbe, quæ ſummam vigintiquinque ducatorum non

non excedunt. Idem non concedat commiſſiones alienationum bonorum eccleſiæ,in forma ſi in euidentem pro rebus annuum reditum ducatorum quinque excedentibus, & tunc commiſſiones ordinario loci, & alteri perſonæ eccleſiaſticæ, in dignitate conſtitutæ, committãtur coniunctim. Non det etiam dilationes moratorias vltra menſem, & data idonea cautione,& pro his tantum, quibus alia dilatio non eſt amplius data:in alienationibus verò eccleſiaſticis, ſi de intereſſe Epiſcopi agatur, cauſa cõmittatur Metropolitano, ſi de Metropolitani, viciniori Epiſcopo dirigatur ſeruatis prædictis, & cõmiſſiones huiuſmodi non concedantur,vbi agitur de alienatione iuriſdictionum,vel vaſſallorum ad eccleſiam pertinentium. Idem abſtineat ab abſolutionibus, & remiſſionibus delictorum licet leuium,vel eorum commiſſionibus,aut ſaluis conductibus, etiam ex delictis commiſſis extra eccleſiæ terras.Idẽ non concedat tolerantias Hebræis, vel priuilegia in præiudicium Chriſtianorum,vel licentiam alicui extrahendi victualia ex vrbe,vel terris eccleſiæ,niſi de ſpeciali Papæ mandato; Sic etiam non concedat literas Camerales pro adeunda poſſeſſione beneficiorum,etiam Papæ reſeruatorum, vel prorogationem temporis ad expediendas literas Apoſtolicas cuiúſque gratiæ, vel ſolutionem annatarum,vel aliorum iurium.Similiter non augeat,minuat, vel alteret aliqua ex cauſa vectigalia,nec ſpolia clericorum, decimas, vel alia regalia, aut credita fiſcalia in toto vel in parte remittere poſſit, ſed commiſſarij ad prædicta exigenda viri probi cum iuramento, & cautione de fideliter adminiſtrando conſtituantur. *Clerici verò cameræ, qui ſinguli nullam habent iuriſdictionem, ſed tantum collegialiter, nil expediant priuatim niſi ex commiſſione eis facta in plena camera,& notarij in expeditionibus,& huiuſmodi commiſſione fidem faciant.* Camerarius etiam & clerici abſtineant ab omnibus licentiis, gratiis, & indultis de rebus ſpiritualibus in forma gratioſa,vel commiſſaria in terris eccleſiæ,vel extra, & ab aliis expeditionibus, quæ ratione ſuæ ordinariæ iuriſdictionis ob publicã vtilitatem eis expreſsè non conſtat eſſe cõceſſas,& notarij abſtineãt ab indebitis extorſionibus. Sede verò vacante, incumbant tantum exactioni pecuniarum cameræ Apoſtolicæ debitarum,illarum reſeruationi,& & prouiſionibus,ratione ſedis vacantis neceſſariò faciendis, abſtinẽtes etiã à ſolutione æris alieni Papa viuente cõtracti,

vel illius declarationis,nouationis,& rationum ſolidatione, & ab omnibus expeditionibus, gratiam, vel iuſtitiam continentibus,vel illarum executionibus,ſecus facientes,Camerarius Papæ inobedientiam, Clerici cameræ, & alij excommunicationem eo ipſo incurrât,& priuationem officiorum, & beneficiorum,ac inhabilitationem ad illa,& alia.

3 *Clerici cameræ qui eligẽdi & quæ eorũ poteſtas & officium.*

Vlterius ea Bulla 106. eiuſdem Pij IIII. incip. *Cum inter, ſtatuitur, vt clerici Cameræ eligantur viri ſcientia, & vita præſtantes, & rerum humanarum experti, & quòd nullus ex Vicecamerarijs clericis*, vel aliis officialibus Cameræ particeps ſit locationum,iurium,vel partitarum,quæ Cameræ nomine celebrantur,aliàs ipſo facto officio ſuo priuetur, nec etiam id concedatur vlli ex cõſanguineis prædictorum ad quartum gradum incluſiuè, ſub pœna ducatorum mille, nec cauſæ eiſdem committantur, aut ſe ingerant, in quibus clerici prædicti, vel alij officiales intereſſe prætendere poſſint,nec votum iidem dare poſſint in huiuſmodi cauſa, ſed ſtatim etiam iniuſſi,vbi de huiuſmodi cauſa agitur,è camera egrediantur, aliàs clericus per menſem ſuſpenſionem ab exercitio, aliis clericis eodem emolumento deuoluendo, incurrat, aſſiſtens ab ingreſſu camaræ per tres menſes, & ſalario aliis aſſiſtentibus applicando, amoueatur. Quòd ſi aliquis Cameralis à quoquam, vt ſuſpectus recuſetur, ſuſpitionis cauſa eſt alleganda, & in camara, recuſato abſente, diſcuti, & ſi à pluribus ſuſpectus iudicetur, illi cauſæ non ſe intromittat, quòd ſi ſuſpitio non probetur, eius ratio non habeatur. Theſaurarius etiam Cameræ antequam contractus celebretur, formet capitula, & eorum exempla clericis ſeorſum tradat, & in camara plena legantur, & ab officialibus approbentur,& poſtea imprimantur,& in locis publicis affigantur, vt res illæ ſub haſta licitentur, aliàs Vicecamerarius, Theſaurarius, Clerici, & alij excommunicationem Papæ reſeruatam incurrant, & contractus nulli exiſtant; & officiales prædicti, quibus diebus camara in palatio Apoſtolico habetur, ſummo mane conueniant, & curſores die præcedenti id denuncient Clericis, & aliis ſub pœna ſalarij amittendi,nec quiſquam à dicto officio abeſſe poſſit ſine licentia Camerarij, vel Decani, & qui ſemel, vel bis abeſt, emolumentis illius menſis aliis applicandis, priuetur,nec ei condonari poſſint vno tantum contradicente, nec ab vrbe ſine Papæ licẽtia quiſquam ex his abeſſe poſſit. Clerici verò

rochetto,

Digitized by Google

rochetto,& cappa vtantur,alij rubeis, & violateis, & aliter induti non admittantur, qui ſic induti ad Miſſam audiendam accedant, qua finita præeuntibus duobus curſoribus camaram accedant, ordine ſeruato, ibique indicto ſilentio per Camerarium,vel Vicecamerarium, cauſæ à procuratoribus ſine ſtrepitu proponantur, aliàs ad id onus deinceps non admittantur.

Notarij verò cameræ abſtineāt à procuratione cauſarum ſub pœna ducatorum ducentum camaræ applicandæ, ſed procuratores,vel ſollicitatores tantum id exequantur: Cauſæ verò pauperum ibidem à procuratore pauperum gratis proponantur, & eorum aduocatum informet, qui ſi gratis, & rectè id nō præſtiterint pro pauperibus, prima vice amittant ſalarium trium menſium, tum priuationem officij incurrant.Clerici autem, & alij Camerales non ingrediantur camaram, antequam omnes propoſitiones per clericum menſarium deſcriptæ non erunt, quibus expletis, à nouiſſimo clerico,recitetur flexis genibus,Oratio. *Adſumus Domine ſancte Spiritus*,qua finita, qui proponere volent, vel informare Cameram ingrediantur, & camera claudatur, & vnus curſor oſtium cameræ cuſtodiat, nec quiſquam introducatur ſine licentia Vicecamerarij,vel Decani,& clauſa camara,nulla propoſitio,niſi procuratoris fiſci, vel pauperum, vel Commiſſarij camaræ,vlterius audiatur, vel deſcribatur. Tum omnes ad propoſitiones faciendas, & decreta edenda incumbant per duas horas horologio propoſito ad minus, indéque nemo egrediatur, niſi euocatus à Papa, vel Cardinali Camerario, vel alia vrgente neceſſitate. Tum ſilentio indicto per Camerarium, Vicecamerarium, Decanúmve, Clericus menſarius propoſitiones legat, & ſolus Decanus, quò ad diſtributionem cauſarum,reſpondeat, quas per turnum committat clericis,incipiendo turno ab eo clerico qui præſens à Camerario nominatus erit, vel eo abſente ſorte prodierit,exceptis cauſis,quæ quotannis cuilibet clerico diſtribuuntur,ratione guberniorū,vel officiorū,quæ ipſis clericis relinquantur.Expeditio verò ſic fiat; quæ iudicij indaginem requirūt,à clericis,niſi parte citata ad informandum, & prius in camara communicatis,expediantur, & reſcripta manu Papæ ſignata,& dictę cameræ decreta in plena camera expediantur, & de voto omnium, niſi expreſsè dicatur, quòd vnus expedire poſſit, clericus verò qui Iudex, vel

4 *Notarij Cameræ à quib. abſtinere debent.*

Commiſſarius erit, cauſam propoſiturus partes ante audiat, & diligenter factum diſcutiat, & ſchedulam manu ſua ſubſcriptam parti agenti contra fiſcum, vel alium, vel procuratori fiſci contra partem de more tradat, qua etiam moneat Clericos, & Camerales ſe certa die cauſam propoſiturum, vt omnes ſuper illa cogitent, & die adueniente, diſcutiatur, & definiatur, ſi omnibus iudicibus datæ fuerint informationes etiam altera parte non informante, ſi id negotium patiatur, & ſi vnus ex iudicibus illā protrahat in fauorem, vel odium fiſci, vel partis, ab aliis iudicibus expediatur. Quòd ſi [in] die propoſitionis, informationis, parte, vel fiſco petentibus, omnibus datæ non fuerint, huiuſmodi propoſitio ſuſpendatur, quò ad omnes ſint informati, vel ſi res altiorem requirat diſcuſſionem, vel ſi pars quæ non informauit probarit ſe legitimè impeditam, tūc enim cauſa ad alium diem differri valeat, ſi quis verò negarit ſe habuiſſe informationes, quas habuit, eo ipſo excommunicationem incurrat; & clericus ex multis cauſis ſibi commiſſis, prælatis ſemper pauperibus, & viduis, ſeruato in eos ordine prius explicato, eam eligat quæ maiorem exigit celeritatem, & ſeriem illius facti fideliter proponat, & datis dubiis partibus, earum iura in alia camera breui ei referat, & omnes ſuper ea re interrogentur, ſic vt Decanus vltimus ſit, & quilibet ſententiam ſuam fideliter, Camerales conſulendo, Clerici decidendo, dicat, & vbi vota ſunt paria, illa pars, cui Camerarius, vel eo abſente, maior pars votorum conſultiuorum adhæſerit, præualeat, & dum aliquis proponit, omnes ſileant, in fine tamen quilibet ſuper facto eum interrogare poterit. Quod ſi aliqua quæſtio agatur gratiā ſapiēs pertinens ad iuriſdictionem Gubernatoris, vel Auditoris Cameræ, vel eius Theſaurarij, Decanus referat ad Papam, alia verò ad Theſaurarium, Gubernatorem, vel Auditorem prædictos, prout cuiuſque iuriſdictio eſt, & non ad alios clericos remittat. Et ſi quis aliorum ſuffragia, vel ſuam aut aliorum ſententiam foris patefecerit, excommunicationem Papæ reſeruatam incurrat, & vlterius pœnas pecuniarias incurrat, & Decanus, vel eo negligente, ſubſequens clericus tales Papæ indicare teneatur. Clerici verò die propoſitionis, acta & ſcripturas cauſarum, & dicta teſtium apud ſe habeant, & ſententia lata in librum referatur, & à menſario fideliter cuſtodiatur. Mandata verò Cameralia ab omnibus ſubſcribantur, ſententiæ tamen & mandata exe-

cutiua

cutiua earundem à ſolis Clericis, Iudicibus, & Commiſſariis earum ſubſcribantur, & quæ tangunt iuriſdictionem clericorum, priuatim à quoque expediantur, & à notariis principalibus, vel ſubſtitutis eorum à Clericis approbandis, deferantur. Theſaurarius verò, & alij adminiſtratores bonorum cameræ rationes ſic reddant in camera cum iuramento, quòd aſſerta ſint vera, idque per ſe non autem per procuratorem, vbi in vrbe quis erit, abſentes verò per procuratorem ſpeciale mandatum habentem cum eodem iuramento rationes reddant, & vbi quis eſt in vrbe, & ad cameram impediatur accedere, ad eum notarius cameræ mittatur ad iuramentum ſuſcipiendum, & notarius referat ſtatim ad calculatores rationes illas iuratas, & inde ad Præſidentem, & Theſaurarium, à quibus & diſcutiantur. Cum autem clericus ſolidationem computorum facere volet, Commiſſarium cameræ citet, quo præſente, & non aliter ſolidationes fiant. Liber autem adſit, in quo adminiſtratorum, & eorum facultatis fundamentum habeatur, & contractus deſcribantur, qui liber à notario cameræ cuſtodiatur, & in eo deſcribat nomen adminiſtratorũ, & tempus, quo rationẽ reddunt, quilibet formetur forma ibi latè deſcripta; & ſi rationes aliter redditæ erunt, libri omni fide careant, & adminiſtrator periurus habeatur, notarius pœnam ducatorum ducentum incurrat, & Clerici mille, Viceecamerarius, Theſaurarius, & Camerales, arbitrio Papæ puniantur; computator ab officio amoueatur, & rationes nullius ſit momenti. Clerici verò Iudices, quibus rationum redditio erit demãdata, antiquior cum poſteriore adminiſtratore, & computatore præſentibus, citato procuratore fiſci, vel Commiſſario Cameræ, cuncta diſcutiant, & dubia patti, & fiſco diſputanda relinquam, admiſſis admittendis, & reiectis rejiciendis, dubia verò prædicta in plena Camera terminentur. Adminiſtratores verò quouis anno rationem reddere teneantur ſub pœna priuationnis officij, niſi ex cauſa Cameræ aliud videatur, & Theſaurarius generalis, & ſecretus Papæ, & magiſter Domus eius, & Gubernator Vrbis, procurator fiſci, magiſtri viarum, rationem reddant exacti & dati, & condemnationum factarum quolibet ſemeſtri, & Commiſſarius notet commiſſiones redditionum rationum, & earum expeditionem procuret, & id quod reliquum erit ad manus Depoſitarij generalis quàm primum perueniat, & exemplum contractuum,

& capitulorum, Clericis, & Cameralibus det, aliàs prima vice ſalario vnius menſis, ſecunda, ſexta, tertia, officio priuetur. Deputati verò, clerici, præſidentes, & computatores librum habeant in quo deſcribant introitus, & exitus Cameræ, ac nomina debitorum, & creditorum, argumentum contractuum, diem, annum, & notarium deſuper rogatũ. Nuncios Apoſtolicos, Collectores, Sub collectores, pecuniarum Exactores, Theſaurarios, Commiſſarios, Depoſitarios, & huiuſmodi, breuia, literas patentes, & mandata Cameralia, cum die, anno, à quo clerico ſubſcripta, notarióve expedita, quæ ſingula incorrupta cuſtodiantur. Præfecti etiam tam in Vrbe, quàm extra, negotiis Cameralibus, antequam expeditiones exerceant, eas computatoribus in libro adnotatim exhibeant, quæ niſi ſic notatæ, & à tergo ab vno ex computatoribus ſubſcriptæ, eis non reſtituantur, qui computatores nil ex hoc pretij accipiant ſub pœna priuationis officij, omnes item adminiſtratores Cameræ ante officij exercitium iurent in manibus Camerarij res Cameræ fideliter geſturos, & tempore debito rationes reddituros, & reliquum reſtituturos, libros rationum legitimè conſcripturos, & illos tempore ſibi præfixo, in Cameram exhibituros, dantes ſuper his idoneum cautionem apud vnum notarium Cameræ, & cautio à computatoribus in libro annotetur, qui computatores ritè indicem conficiant ſingulorum librorum, & rationum, quæ in Camera redditæ ſunt, cum nomine eius qui illas reddidit, die, & anno; & huius libri exẽplum, vterque computator apud ſe habeat, nec cuique illum tradat, vel rationes, niſi clerico Cameræ, vel Camerali, quòd ſi quis alius Cameralis librum illum videre velit, de manu computatoris accipiat, in libro ad hoc deputato computatori fidem faciens ſe illum recepiſſe, & intra quindecim dies reſtituturum, & ſi computator prædicta omiſerit, officio ipſo iure ſit priuatus, & damnum reficiat parti, vel fiſco inde proueniens. Quòd ſi quis libros, vel ſcripturas ad Camerã pertinentes habet, illas computatoribus, vel cuſtodibus tradere debeat, aliàs excommunicationem eo ipſo incurrat; & computatores iurent, ac idoneæ caueant ſe officium fideliter adminiſtraturos. Clerici demum pro quocunque munere à Papa ſibi ordinariè, vel extraordinariè iniuncto, ſibi taxare non poſſint, ſed à Papa id fiat, vel perſona cui ea cura erit mandata, attenta negotij, & perſonæ qualitate.

Came

Digitized by Google

Cameralis verò ſemper reſcribit ſub aſſertione, quòd de mandato Papæ viuæ vocis oraculo, ſic dicit, & ei in hoc creditur, & eius reſcripta dicuntur literæ Camerales, quarum aliæ ſunt clauſæ, aliæ patentes ſub ſigillo Camerarij.

SVMMARIVM.

1 Theſaurarij officium, & poteſtas.
2 Præſidis Cameræ Apoſtolicæ officium quod.
3 Aduocatus pauperum, quis, & eius officium.
4 Aduocatus fiſcalis, quis, & eius officium.
5 Procurator fiſci, quis, & eius officium.
6 Commiſſarius Cameræ, quis, & eius officium.
7 Clericus ſacri Senatus, quis, & eius officium.
8 Audientia Cameralis quoties fiat, & quomodo.

De Theſaurario. Cap. VI.

POST Camerarium, ſuccedit Theſaurarius, apud quem æs omne, quod in Camaram Apoſtolicam intrat, reponitur, cuius officium eſt æs ipſum cuſtodire, & vbi opus eſt erogare, & conſueuit deputari inſignis aliquis mercator, qui de mandato Theſaurarij æs recipit, & ſoluit. 1 *Theſaurarij officiũ, & poteſtas quæ.*

De Præſidente Cameræ Apoſtolicæ.

PRęſidentis officium eſt rationibus vniuerſi ærarij prçeſſe, & vt cenſor, videt rationes omnium, qui prouentus Cameræ Apoſtolicæ adminiſtrant in Vrbe, vel in Prouinciis, & in Auditorio Cameræ, quæ vidit, recenſet. 2 *Præſidis Cameræ Apoſtolicæ officium quod.*

De Aduocato Pauperum.

CVm ſæpè oriantur controuerſiæ in hac Audientia, inter fiſcum, & priuatos, inſtitutus eſt Aduocatus ære publico conductus, qui priuatorum cauſas, præſertim pauperum, contra fiſcales defendit. 3 *Aduocatus pauperum, quis, & eius officium.*

De Aduocato fiſcali.

ADeſt etiam Aduocatus, qui partes fiſci tuetur in Audientia Camerali, & apud alios Iudices curiæ Ro- 4 *Aduocatus*

fiſcalis quis & ei⁹ officiũ. manæ, apud quos pro fiſco de iure reſpondet, & eſt ordinis eiuſdem conſiſtorialis.

De Procuratore Fiſci.

5 *Procurator fiſci quis, & eius officiũ.*

PRocurator fiſci cauſas fiſcales, vbi de publica pecunia, vel vindicta, aut bonorum publicatione agitur, defendit, & votum dat in cauſis illis ſaltem quò ad conſilium, non iudicat tamen, & publicis intereſt Conſiſtoriis, & eius munus ibi eſt curare, vt de rebus publicis ibi geſtis, vt de alicuius Principis obedientia, & huiuſmodi, publicum, per vnum ex prothonotariis Apoſtolicis fiat inſtrumentum.

De Commiſſario Cameræ Apoſtolicæ.

6 *Commiſſarius Cameræ quis, & eius officiũ.*

COmmiſſarius Cameræ eius negotia tractat, & exequitur quæ ad iudicia nõ pertinent. Is enim exactionibus, & publicis functionibus, vectigalibus annonæ, & pecuniæ cudendæ, ac aliis negotiis Cameralibus præeſt.

De Clerico ſacri Senatus.

7 *Clericus ſacri Senatus, quis, & eius officium.*

ES T alius, qui in Camera Apoſtolica, iura, & prouentus Cardinalibus deſignat, & defendit alia, quæ Cardinales tractant, & dicitur Clericus Sacri Senatus.

Audientia verò Cameralis, ter in hebdomada haberi ſolet in Camera Apoſtolica, in qua publica negotia aguntur, & audiuntur cauſæ, quæ inter ipſos miniſtros, vel ipſos & priuatos, aguntur de vectigalibus, & de cauſis omniũ mercium, quæ ad vrbem deferuntur, & adſunt duo iudices, vnus maritimis cauſis, qui dicitur Ripa, & eſt ciuis Romanus, alius montanis præeſt, & dicitur Ripettæ Iudex, & notarij decem, qui vlterius recipiunt cõſenſum in beneficialibus, & notant in libris publicis, ſupplicationes, ac conſenſuum extenſiones, qui libri in Archiuio conſeruantur, & à notariis cuſtodiuntur, cum aliis quæ per Cameram expediuntur.

SVMMARIVM.

1 *Auditoris Cameræ conſtitutio, officium, & poteſtas quæ.*
2 *Auditor Cameræ à quibus abſtinere debeat.*
3 *In Auditoris iudicio, quo ordine procedatur.*

De

De Auditore Cameræ Apoſtolicæ. Cap. VII.

AVDITOR Cameræ eſt ordinarius Iudex curiæ Romanæ, & exercet iuriſdictionem in criminalibus, & ciuilibus cauſis totius orbis Chriſtiani, vt teſtatur Pius IIII. cõſtitut. 66. Inter multiplices & eſt cenſurarum omnium fulminator, contra, Papæ, vel eius conſtitutionibus inobedientes, vel incidentes in literas eiuſdem cenſuratas, vt dicit Pius IIII. conſtit. 39. Ad eximiæ. & eſt Iudex omnium obligationum in forma Cameræ factarum, & cognoſcere poteſt omnes cauſas eccleſiaſticas, vel prophanas Cardinalium, Papæ commenſalium, Prælatorum, Imperatoris, Regum, Communitatum, Principum, Oratorum, & omnium Curialium, & curiam ſequentium, Mercatorum, penſionum, quæ manu regia, & ſummariè expedire poteſt, ſi ſummam ducatorum ducentum non excedunt, aliàs ſeruatis terminis, ſummariè tamen, vt in beneficialibus; & etiam cognoſcere poteſt omnia delicta in curia, extráve commiſſa per officiales Papæ, vel curiales, & exemptos ab ordinariis, & etiam exequi poteſt omnes literas Apoſtolicas generales, vel particulares Camerarij, & Pœnitentiarij ſolus, ſi tamen alij dati erunt in eis executores, accumulatiuè cum illis eas exequi poterit, & etiam procedere poteſt cõtra quoſcunq; qui in curia debita contraxerint, etiã extra eã ſint, etiam per edictũ publicũ, & decernere poteſt literas remiſſoriales, vel cõpulſoriales generales, vel ſpeciales arbitrio ſuo, & monitoria, citationes, & inhibitiones ad partes dirigere, & eas arreſtare, & incarcerare, pœnas dimittere, vel infligere citra mortẽ tamẽ, per ſe, vel per ſubſtitutos, & inobediẽtes excommunicare, & cẽſuras aggrauare cũ decreto quod ab eo; vel ſubſtitutis excõmunicati, excepto mortis articulo, abſolui non poſſit, ac eos, vel cõmunitates in dieb⁹ Paſchalibus, cũ reincidẽtia; abſoluere, cẽſuras ſuſpẽdere, & relaxare, & exequi obligationes in camera etiã poſt mortẽ debitoris, hæredibus legitimè citatis, vt in dicta Bulla 39. habetur, & exequi etiam poteſt omnes obligationes in forma iuris quarantigiæ Ripæ & Ripettæ in vrbe, ex Bulla 128. eiuſdem Pij IIII. Idem procedit cõtra non reſidentes in fructibus beneficiorum, in rebus Eccleſię malè alienatis, in abſolutionibus, appellationibus, ex Bulla 30. Leonis

1 Auditoris Cameræ cõſtitutio, officium, & poteſtas quæ.

X. Mini

Digitized by Google

X.Miniſterio 13.Pauli I I I.Grata 61. eiuſdẽ. Cùm ſicut.54. Pauli I I I I.Cũ nos.Pij I I I I.39.ad eximiæ.& 53.eiuſdem. Cùm ſicut.& 66.eiuſdem.Inter multiplices & primũ locum tenet poſt Gubernatorem Vrbis,& Oratores Principum,dicta Bulla 39.Ad eximiæ: & eſt etiam Iudex notariorũ Criminalium;ex Bulla 127.Pij I I I I. Ad generis ſic tamen, vt eius facultas non præiudicet iuriſdictioni Vicarij,& Gubernatoris Vrbis,ex Bulla 54.eiuſdem incip.Cùm ſicut.

2 *Auditor Cameræ à quibus abſtinere debeat.*

Is verò,ex Bulla 66. eiuſdem. *Inter multiplices. Cauere debet ne decernat matrimonia monitoria ſpecialia, etiam in terris eccleſiæ,vltra quadraginta milliaria ab Vrbe, quando valor cauſæ non excedit centum florenos.* Nec admittat appellationes,niſi cũ clauſula, quatenus à ſententia diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habentis ſit appellatũ, & in monitoriis generalibus reſeruet facultatem, etiam ordinario loci abſoluendi cenſuras in eis contentas.Non permittat affigi cedulones cum picturis dæmonum,& huiuſmodi.Non decernat ſequeſtra,niſi vt in Bulla Clementis V.incip. Ad cõpeſcendas.cũ clauſula prouiſio; vt cultus diuinus manuteneatur,cura animarum exerceatur, & alia onera beneficio incumbentia ſupportentur. Non decernat monitoria contra Epiſcopos,& ſuperiores, niſi vbi adſit commiſſio manu Papæ ſignata,ad perſonaliter comparendum,idq; gratis. Non concedat in cauſis criminalibus remiſſorium ad partes ad probandũ delictum,ſed teſtes aduocentur ad curiã,vel cauſa remittatur ad partes vbi eſt delictum commiſſum,nec literę concedantur ad capiẽda inditia,niſi in curia aliqualiter conſtet de delicto.Non permittat,quòd procurator fiſci examinet reos,ſed tantum examini interſit, ſed reus per iudicem examinetur,& idem de teſtibus, qui pro reo interrogabuntur,vel det interrogatoria in ſcriptis, nec detineri faciat reos in carcere vltra triduum antequã examinentur, niſi natura cauſæ aliud ſuadeat. Dilationes in fiſci fauorem abbreuiet, ne rei expenſis fatigẽtur, nec moretur cauſas inter priuatos, licet procurator fiſci proteſtetur cauſam non expediendam, niſi ipſo citato,niſi id ſtatim doceat ſaltem ſummariè. Nec inhibeat, aut moretur mercatoribus creditorũ exactionem ſub prætextu vſurarum ád inſtantiam fiſci, ſed procedatur ſeparatim in cauſa vſurarum, ſine retardatione ſolutionis, nec admittat appellationẽ fiſci ab abſolutoria data pro reo; quo inquiſito non fiat inuentarium bonorũ rei; niſi pœna, capi

Digitized by Google

capitalis eſſet imponenda, vel confiſcationis bonorum, & huiuſmodi, niſi detur cautio de ſtando iuri, & iudicato ſoluendo, & huiuſmodi inuentarium non ſcribatur in regiſtro, ſed ſolum merces moderata à notario accipiatur. Idem Auditor, vel eius locumtenens non recipiat ſportulas, nec notarius pro ſententia, ſed tantum in cauſis commiſſorialibus, & declaratoriis contumacialibus. Nec eius notarius, aut ſubſtituti ſint procuratores in cauſis eius tribunalis, vel paciſcātur de quota litis cum procuratoribus ſub pœna priuationis, & infamiæ. Notarij etiam non faciant ex ſe decreta, ſed recurrant ad iudicem ſub pœna falſi, & periurij, & cognoſcere debent contrahentes ſaltem per vnum teſtem in inſtrumento appoſitum, nec arrendent eorum officia, niſi perſonis ab Auditore approbatis. Non concedat monitoria, vel inhibitiones in vim conſtitutionis Eugenianæ, niſi pro his qui per annum ſaltem in curia ſteterint, nec mandata de manutenendo aliquem in poſſeſſione, niſi conſtito ſaltem extraiudicialiter eum accepiſſe actualiter, & non verbo tantum poſſeſſionem vacātem, & non cum ſpolio alterius, nec det mandatum ratione ſuſpitionis fugæ, niſi conſtito ſaltem extraiudicialiter de credito liquido, & de ſuſpitione fugæ ſaltem iuramento creditoris, & facto depoſito actuali de expenſis, caſu quo indebitè eſſent factæ. Et idem Auditor, vel eius locum tenens faciat ſemper dari copiam iudiciorum reo ante torturam, & carceratus poſſit loqui cum eius aduocatis dum facit defenſiones, quæ copia detur gratis pauperibus, niſi qualitas cauſæ aliud ſuadeat. Notarij verò non conficiant regiſtra in cauſis non excedentibus ducentum florenos, & ſeruent taxas, de quibus infra. Executio verò obligationis in forma camaræ ad Auditorem priuatiuè ad alia tribunalia pertineat, præterquam in inſtrumentis dependentibus à cauſis actis in aliis tribunalibus, vel ex motu proprio Papæ. Et ſi aliter quàm ſupra continetur; Auditor, locumtenens, iudices, vel notarij egerint, excommunicationem, & priuationem officiorum, eo ipſo incurrant, & acta aliter nulla ſint.

Præterea, idem Auditor ex Bulla 113. Pij V. incip. *Inter illa. Cauere debet, ne quis condemnetur ex obligatione facta per procuratorem, niſi idem procurator in iudicio fuerit conſtitutus, & cùm cōſtitueretur præſens onus defendendi ſpontè ſuſceperit.* Nec quis ratione ſui conſenſus in contractu, vel

Digitized by Google

vel quaſi,in iudicio,vel extra,per ſe,vel aliũ,etiam in ſuſceptione cenſuratũ purè ſub cõditione,vel in diẽ, cenſuris innodatus declaretur, vel iis innodetur,nec valeat conſtitutio procuratoris ad confitendũ debitũ,niſi & ſimul ad defenſionẽ conſtituatur,& ipſe onus defenſionis acceptet:aliàs cẽſurarũ conſenſus non recipiatur, niſi res illæ ad Camerã Apoſtolicam pertineãt, & ſi aliqui in vrbe ſe efficacius obligare voluerint,Iudex parti præſenti,& acceptanti indicat,vt certa die ſoluat,monens,quòd ſi deſiſtet,abſque alio actu contra eum procedet,& deficientibus bonis,vel ſi carcerari non poterit, excommunicabitur in ſubſidium,& die adueniente ſi in vrbe ſolutio eſt fienda, ſufficiet affixio prædictæ intimationis,ſi extra debitori legitimè intimetur, & tunc detur etiam alia dilatio,qua debitor ſoluiſſe debeat,& ſi parti petenti,& debitum fatenti danda eſt dilatio,ſit viginti, vel triginta dierum arbitrio iudicis, interim ab executione ceſſando, & ſi poſt decretum relaxarum dabitur dilatio, eo ceſſante ſoluere, nouo decreto opus non ſit,ſed eodem executio fiat:nec deueniatur ad excommunicationem in omnibus obligationibus, vbi non adeſt prædictum præceptum, vel monitio,niſi reus ſit contumax, & prius idẽ,& non tantum procurator eius legitimè citetur,& executio obligationum in forma cameræ in Vrbe ad Auditorem Cameræ ſolum ſpectet, Romani tamen laici poſſint conueniri in curia Capitolij,clerici verò Romani origine, vel beneficio conueniãtur coram prædicto Auditore,vel Vicario Vrbis,& locus ſit præuentioni.Idem Auditor,non admittat appellationes,niſi producta in actis notarij fide publica, quòd à diffinitiua,vel vim eius habente ſit appellatum,& iudices ipſi fidem prædictam appellantibus tradant, aliter ab officio iudicandi, & notarij ab officio ſint ſuſpenſi,donec damna parti reſarcierint, & interim Auditor, habita de huiuſmodi recuſatione fide, in cauſa procedat. Idem Auditor non exequatur literas Apoſtolicas,vbi certus eſt datus executor,nec vbi pars eſt citanda, niſi ſeruatis conſtitutionibus de vna, vel duabus diœtis, niſi expreſsè in literis derogetur dictis conſtitutionibus, & tunc nullum trahat extra diœceſim vltra diœtas in literis expreſſas, nec ſubdelegat cauſam niſi dignitatem habentibus,vel canonicis Cathedralis, exceptis literis penſionum in curia ſoluendarum, & vbi is erit datus executor, tunc enim ad ſe vndecunque partes euocare poterit.

Digitized by Google

terit.Non expediat monitoria generalia, pro reuelando,dicta ſignificauit, nec quid mandet ſine Papæ ſpeciali commiſſione,quo impediatur, vel ſuſpendatur id quod ad Epiſcopos circa morum correctionē,ex Conc.Triden. pertinet. Et in prædictis,nec monitoria,citationes,inhibitiones, ſeq; ſtra,mandatáve concedat, nec notarij illa ſcribant ſub pœna priuationis officij. In cauſis eius ciuilibus etiam ſummariis,ad pœnas non deueniat, ſed receptis probationibus, & dato termino parti abſenti,ſeruatis ſeruandis diffinitiuè pronuntiet etiam ſine litis conteſtatione. Mandata de manutenendo,niſi parte citata, & cum ſummaria cauſæ cognitione non concedat,& idem in ſequeſtris,niſi timeat de fuga, vel dilapidatione bonorum, nec quemquam ad comparendum coram extra Italiam moneat, niſi de Papæ conſenſu, cuius in literis mentio fiat. Notarij nil expediant, quod extra curiam mittendum ſit, niſi cum ſubſcriptione Auditoris, vel eius locum tenentis. Impenſæ verò in hoc tribunali fiant, iuxta taxam in præſenti Bulla contentam, & non vltra:& ſi Auditor,vel aliij quid expedierint contra prædicta, nullum ſit, & indignationem Papæ incurrat, alij priuationem officij,vt latè in dicta Bulla Pij V.habetur.

Ex conſtitutione demum 41.Gregorij XIII.incip.Ad generis nobilitatem, innouantur priuilegia conceſſa generali Auditori, & quod ipſe procedere poſſit in cauſis obligationum,in forma cameræ ſe habentibus:ſic tamen, vt pro cauſis dependētibus in litibus in eadem camera, vel introductis coram aliis iudicibus non per viam cenſurarum,ſed mādati executiui cognoſcat, excepto vbi alibi de expreſſo Papæ mandato cauſa eſt commiſſa, vel ſi agatur de cauſis ciuium Romanorum, quæ in curia Capitolij ſunt expediendæ: & idem Auditor inhibere poſſit iudicibus ſecularibus, vel eccleſiaſticis,ne in huiuſmodi obligationibus procedant, ſub pœna priuationis officiorum ſuorum, & florenorum quingentorum fiſco applicandorū,cum declaratione quod aliter factum irritum ſit. Solus etiam ratione dictarū obligationū poteſt cenſuras proferre, & iudicare omnes cauſas eccleſiaſticas,vel profanas,Cardinalium,familiarium Papæ,Prælatorum,Imperatoris, Regum,ſequentium curiam, notariorum curiæ,Auditoris,campſorum,mercatorum,penſionum, licet in partibus ſoluendarum,& tractare quaſcunque cauſas motas,vel mouendas, vel appellatas (exceptis cauſis ad Vicarium

carium Vrbis,Gubernatorem,Senatorē, & Iudices Capitolinos, ſpectantibus) ſummariè etiā manu regia ſi ſummam ducentum ducatorum non excedant,vel ſi excedant,& agatur inter,vel contra mercatores,vel notarios proprios,& eorum familiares,etiam priuatiuè,quò ad alia tribunalia,& in cauſis,quæ excedunt dictam ſummam, vel non, inter mercatores,& notarios prædictos;ſeruatis terminis,aliàs tamen ſummariè. Et idem cognoſcere poteſt de quibuſuis delictis tam in Vrbe, quàm extra, ab officialibus ſedis Apoſtolicæ, vel curiam ſequentibus,vel exemptis,commiſſis,tam ad inſtantiam fiſci,vel accuſatoris,aut denunciantis,quàm ex officio,& culpabiles, iuxta culpam punire:ſic tamen, vt Epiſcopos, vel ſuperiores non citet ad comparendum perſonaliter, niſi ex commiſſione manu Papæ ſignata. Idem etiam exequi poſſit ſolus Papæ literas generales, vel particulares, & Camerarij,ac Pœnitentiarij, dummodo in iis alij executores deputati non erunt, aliàs cum illis tunc accumulatiuè, & etiam exequi poterit tam proprias, & locumtenentium ſententias,ſed etiam aliorum iudicum eccleſiaſticorum, vel ſecularium, Auditorum palatij Apoſtolici, & etiam Papæ, etiam ſi ſpecialiter aliis commiſſæ ſint, exequi poſſit accumulatiuè cum fulminatione etiam cenſurarum,ſiue ſententiæ ſint generales, vel ſpeciales, vel proceſſus Bullæ Cœnæ Domini, ſeruatis terminis in tribunali Auditoris ſeruari ſolitis, etiam cum inuocatione brachij ſecularis. Idem etiam cogere poſſit eos qui debita in curia contraxerint, etiam ſi extra ſint, eccleſiaſtici, vel ſeculares, iis etiam per edictum citatis, conſtito ſummariè de non tuto acceſſu, vel extraordinariè;& literas remiſſoriales, vel compulſoriales generales,& ſpeciales decernere, & inhibere in vim conſtitutionis Eugenianæ,& Leoninæ:& monitoria,citationes, & inhibitiones,ad partes etiam per ſimile edictum decernere, eos arreſtare,carcerare,mulctas & pœnas dimittere,& relaxare, vel imponere pro criminum qualitate. Inobedičtes excommunicare,à diuinis ſuſpendere, generaliter vel ſpecialiter interdicere,& ſententias, cenſuras, & pœnas per ſe, vel locumtenentes latas iterum aggrauare, & quòd à ſe excommunicati, præterquam in mortis articulo abſolui non poſſint etiam de partium conſenſu,ſtatuere poſſit,communitates,& particulares in diebus Paſchalibus, cum reincidentia abſoluere,vel vt ſupra,cenſuras ſuſpendere & tollere:& etiā

exequi

Digitized by Google

exequi poteſt obligationes in forma Cameræ mortuo debitore etiam hæredibus legitimè citatis, & facere quicquid Auditores iure, vel conſuetudine facere poterant & exequi, & quòd conſtitutio Odoardus, vel aliæ dilationes non morētur, quominus obligationes prædictæ executioni demandentur, etiam ſi per Cardinales, Camerarium, vel clericos Cameræ decretæ ſint, non obſtante etiam appellatione, vel commiſsione deſuper facta, niſi faciat expreſſam mentionem huiuſmodi obligationis, & in cauſis eius tribunalis ſi comparēt creditores vſque ad ſummam quinquaginta ſcutorum pro quolibet, qui verè miſerabiles ſunt, iis de eorum credito, licet non ſint priores, vel potiores ſatisfieri poſsit & debeat, & admittat dictos pauperes, ſibi id conſtito ſummariè de eorum paupertate ad ſatisfaciendum eorum creditis, cum ampliſsima poteſtate citandi, inhibendi, etiam per edictum, conſtito de non tuto acceſſu, cenſuras infligendi, ac cum inuocatione brachij ſecularis, & iudicare poſsit de cauſis vſurariis, non obſtante facultate conceſſa Gubernatori Vrbis, & ſi Cardinales, vel iudices alij ſe ingerunt in obligationibus prædictis, in forma cameræ factis, vel earum executione, indignationem Papæ, interdictum, & excommunicationem Papæ reſeruatam, eo ipſo incurrant: vt latè dicit Gregorius XIII. in d. Bulla.

In hoc autem iudicio hoc ordine proceditur, *nam ſi agitur de ſumma minori centum, non ſeruantur termini ſubſtantiales, ſi de maiori ſeruantur, ſed ſummariè proceditur, vt & beneficialibus*, & ſi via monitorij monitus veniret condemnandus, proceditur ad reintegrationē eiuſdem monitorij per litis conteſtationem, & comparitionem rei ad viam ſimplicis citationis redacti, ſi actor viam cenſurarum eligit, & habita reintegratione reus præuiis citationibus, prima ad videndum ſe excommunicari, quia nō paruit monitorio, excommunicatur niſi pareat, niſi ad primam, cum intimatione, qua intimatione facta citatur reus ad vidēdum ſe declarari excommunicatum, & literas decerni, qui declaratur, & literæ decernuntur, decretæ relaxantur parti, relaxatæ publicantur, & pro publicatione affiguntur in acie Campi Floræ, tum reus per decem dies expectatur, quibus lapſis, tertio citatur ad videndum ſe aggrauari, reaggrauari, & brachium ſeculares decerni. Si verò lis non conteſtetur, & monitorium ſit exequutum in curia præuiis citationibus

3 In Auditoris officio, quo ordine procedatur.

proceditur, vt ſupra, vſque ad inuocationem brachij ſecularis, quod ſi extra curiam monitorium ſit exequutum, tunc præuiis quatuor dilationibus, vel citationibus ad videndum ſe paruiſſe monitorio, pro prima, ſecunda, tertia, quarta, dilationibus, reus ob non paritione excommunicatur, & proceditur, vt ſupra, vſque ad brachium ſeculare; & eadem forma ſeruatur, vbi agitur de paritione literarum Apoſtolicarum: Si verò ad earum exequutionem proceditur, non quia negligat parere, ſed quia inciderit in eas, Tunc reus citatur, & oſtenſis literis declaratur in pœnas contenta in eis incurriſſe, & idem ſi reus canonibus pœnalibus, & cenſuratis contrauenerit. Quòd ſi proceditur ad exequutionem obligationis in forma cameræ, à reo conſtituuntur procuratores irreuocabiles, etiam cum iuramento ad confitendum iudicialiter debitum, & præuia citatione ad debitum fatendum, & videndum ſe excommunicari, niſi reus per ſe confitetur, vel actor obtineat id confiteri poſſe per alterum ex procuratoribus nominatis iudicialiter, & notarius ſine ſcientia, verbo, vel præſentia dicti procuratoris extẽdit dictam confeſſionem, ſub ipſius nomine, & iudex ſub eadem citatione, decretum excommunicationis concedit cum dilatione, niſi intra tres dies non intimandis reo, comparuerit, quo triduo lapſo citatur reus ad vidẽdum ſe declarari, & literas decerni, & ſic fit, & declaratur, vt ſupra, vſque ad brachium ſeculare.

Idem Auditor habet duos Vicarios, quorum vnus priuatis, alius publicis iudiciis præeſt, & octo notarios.

SVMMARIVM.

1 *Datarij officium, & poteſtas qua.*

De Datario. Cap. VIII.

1 *Datarij officium, & poteſtas qua.*

DATARII officium eſt ſupplicationes Oratorum recipere, & emendare, ac corrigere, & Sanctiſſimo Domino noſtro præſentare, & ab eo ſignatis, & admiſſis apponere datam, & illas extendere; qui & præcedit Cameræ Auditorem, & Gubernatorem, cuius tamen officiũ per obitum Papæ expirat, de cuius etiam conſilio plerumque ſummus Pontifex electionẽ facit perſonarũ, quibus beneficia confert.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Secretarij Papæ quotuplices ſint, & quod eorum officium, & vt inter ſe differant, & quæ ſit eorum poteſtas.*

De Secretariis Domini Papæ. Cap. IX.

DVo ſunt genera Secretariorum, quidam qui inſeruiunt Apoſtolicæ ſedi in reſcribendo, vel literas dando Principibus de mandato Domini Papæ, & negotia fidei, vel ipſius ſummi Pontificis ſecreta, & magni ponderis expediendo, vel ad Epiſcopos, Cardinales, & huiuſmodi, cum ſigillo Domini Papæ, vel ipſius ſcribentis teſtantis ſe de mandato Domini Papæ ſcribere, & hic modus per hos Secretarios, vt plurimum ſeruatur, & hic Secretarius domeſticus aſſumitur ex numero Secretariorum infraſcriptorum, vel aliundè prout Papæ placuerit, vt habetur in Bulla Innocentij infra allegata, & ad Papæ nutum eſt amouibilis, & dum officium exercet, Secretariorum honore, & prærogatiua potitur, & habet duas partes emolumentorum; quibus Secretarij infraſcripti potiuntur. 1 *Secretarij Papæ quotuplices ſint, & quod eorum officiũ, & vt inter ſe differant, & quæ ſit eorum poteſtas.*

Alij, qui ob multitudinem negotiorum curam habent breuium expediendorum ſub cæra habito Papæ viuæ vocis oraculo, per ſeipſum, vel per alium, qui ad numerum triginta ab Innocentio VIII. in eius Bulla 7. incip. Non debet, redacti ſunt, qui geſtent habitum notariatus officij, vel alterius dignitatis, & à quocunque Prælato in curia prædictum habitum ſuſcipere poſſint, ſic tamen vt eorum electio ad Papam ſolum ſpectet, qui omnes conſtituant vnum collegium cum communi arca, vel burſa, ſigillo, capella, capellano, & aliis collegij inſignibus, qui & ſtatuta concedere poſſunt abſq; eo quòd ab aliquo cõfirmentur, & caput habeant vnum Cardinalem, qui eos vt membra habeat, & aſſignet illis locum congruentem de mándato Papæ in Cancelleria, & ſint veri Prælati Palatij Apoſtolici, Papæ familiares, & continui cõmenſales, & pro talibus in omnibus habeantur, habentes in Palatio Papæ vnã manſionem, & locum, in quo ſingulis diebus conuenire & morari debent, & de negotiis officij tractare, & decernere, qui dicitur Secretaria Apoſtolica, in quo ſolo expediantur quæ pertinent ad dictum

 officium,

officium, & plumbatores ad Secretariam Bullas deferre tenentur, vt ab vno ex Secretariis ſingulariter cum earum taxis,& tenoribus ſingulæ deſcribantur, ſubſcribantur, & expediantur, & reſcribendarius, ac alij in expeditionibus pro Secretariis pro eorum perſonis, teneātur omnia gratis præſtare, & ſi iidem à curia erunt abſentes pro negotiis Papæ, quò ad emolumenta pro præſentibus habeantur,ſi pro propriis per annum,ſi aliquis de collegio pro eis ſeruit,poſt annum verò non. Idem etiam poſſunt quādocunque reſignare eorum officium,etiam in infirmitate, & reſignatarius vltra cētum florenos auri pro ſignatura ſupplicationis,ſoluere non teneatur, & ſtatim notarius etiam intelligitur, ex reſignatione prædicta, & inſignia notariatus ei à Vicecancellario, vel cum notariis conceduntur, recepto ab eo iuramento fidelitatis, & literæ notariatus per Cancellariam, vel Cameram ſecretam ei expediantur, nec Datarius ob id aliquid exigere poſſit, vt vnita ſolutio ſufficiat, ſicut per conceſſionem Secretariatus, etiam notariatus venit, & habitus ei tradatur,ſi abſens erit ab Vrbe, cum primum ad curiā venerit, modo prædicto. Et quia vltra prædictos Secretarios Papa eget Secretario domeſtico,qui expediat ſtatum fidei,vel negotiorum Papæ cōcernentia, ideò Papa reſeruat ſibi, vt eligere poſſit ex dictis Sècretariis, vel aliundè, prout ſibi videbitur, vnum Secretarium domeſticum, qui prædicta expediat Papæ nutu amouibilem,qui dum officium exercet, Secretariorū honore, & prærogatiua potiatur. Secretarij verò percipiant emolumenta minutarum tabellionatus officij, altaris portatilis, celebrādi in locis interdictis, & ante diem, confeſſionalis perpetui,& Indulgentiarum in articulo mortis, & in vita & minutarum percipiendi eccleſiaſtica ſacramenta, & Indulgentiarum conceſſarum eccleſiis, monaſteriis, capellis, & aliis locis piis, & vlterius percipere poſſint quintam taxam literarum Apoſtolicarum,quæ per eandem Cameram ſecretam expediuntur, quæ ante alicui non tradantur, quàm dicta quinta taxa collegio Secretariorum ſoluta ſit, *ſecus verò faciens, vel procurans excommunicationem incurrat Papæ reſeruatam, à qua abſolui non poſſit, niſi ſoluta dicta taxa, etiam in mortis articulo per quodcunque indultum.* Et Auditor Cameræ procedat ad declarationem, & executionem dictarum pœnarum. Iidem etiā percipiant omnia emolumenta literarum Apoſtolicarum, in forma

breuis,

Digitized by Google

breuis,tam ſub cæra,quàm ſub plumbo, pro conceſſionibus factis de magiſtratibus ſtatus eccleſiaſtici , vel adminiſtrationis gabellarum,vel conductionibus rerum eccleſiæ officiis,aut cõceſſionibus,quę officia ob id in quinterno deſcribantur,vt ſciatur quid ad Secretarios pertineat,quorũ etiam officiorum,conceſſiones,ſingulis ſex menſibus renouentur, & ſingulis vicibus prædictis Secretariis vna taxa ſoluatur, prout in dicto quinterno erit notata , ac iidem percipiant emolumenta omnium aliorum breuium ad quoſcunq; ſpectantium ſub cęra,vel plumbo. Iidem etiam viſitare poſſunt & reuidere etiam omnes arces ſtatus eccleſiaſtici , & deſcriptiones gentium facere,tam equeſtrium,quàm pedeſtrium, cum exactione emolumentorum inde exigi conſuetorum, & quòd vnus ex ipſis prædicta exequi poſſit,cum cõuenienti ſalario, dummodo,ſummam ducatorum centum non excedat,& emolumenta prędicta colligi debeant,modo quem ipſi,Secretarij communi voto ſanxerint , quæ emolumenta inter eos ſic diuidantur , vt inter partes trigintaduas diſtributio fiat , quarum triginta Secretarij ſingulam percipiant, duas Secretarius domeſticus,ſingulis menſibus , & ſi Secretarij reducti erunt ad numerum vigintiſex emolumenta in vigintiſex partes ſcindantur,vt ſupra , diuidendæ , nec quis poſſit admitti ad dictum officium Secretariatus , niſi literis expeditis,aliàs excommunicationem incurrat,& omnes officiales terrarum Ecclesiæ teneantur ſingulis menſibus petere confirmationem eorum officiorum,ſingulis vicibus taxas prædictas ſoluentes , & Legati , ac Gubernatores ad requiſitionem Secretariorum, ad eam illis ſoluendam cogant abſque tela iudicij, quam taxam etiam Theſaurarij vel Camerarij,vel Depoſitarij locorum teneantur retinere ex ſalariis officialium , prout in dicto quinterno erit deſcriptũ pro ſoluendis Secretariis prædictis. Et vt prouideatur indemnitati Secretariorũ,qui in ingreſſu officij perſoluunt magnam ſummam pecuniarum, in euẽtum quòd taxa in dicto quinterno deſcripta,minueretur,vel exigi nõ poſſet,aut officium prædictorum reuocaretur , ſic quòd ſingulis annis ex dictis taxis non exigerentur quotannis octo mille ducati auri de Camera,tũc Camera Apoſtolica teneatur ad ſatisfaciendum ipſis de omni ſumma,quam ipſi , medio eorum iuramento, amiſiſſe teſtabuntur,& ſi officium erit reuocatum, vel alteratum, teneatur Camera reſtituere eis pecunias per eos ex-

burſatas,non computatis emolumentis, quæ interim ratione officij perceperunt,quæ ipſorum ſint,vt latè in dicta Bulla 7 Innocentij VIII.continetur.

Vlterius Alexander VI in eius Bulla 5.incip.Iniunctum. ſtatuit, vt pro ſingulis literis Apoſtolicis, quæ gratis pro quibuſuis perſonis expedientur, exceptis perſonis Cardinalium,& eorum nepotum,abbreuiatorum de maiori,ſcriptorum literarum Apoſtolicarum, & aliorum curiæ officialium, vnus ducatus officio Secretariorum perſoluatur, & ipſæ literæ cum inſcriptione nominis vnius ex Secretariis ſub plica literarum expediri debeant,& aliter expeditæ nullam fidem faciant.

Breuium verò officio præpoſitus eſt vnus Cardinalis iuriſperitus,qui habito viuæ vocis oraculo Papæ per ſeipſum, vel alium facto,abſque alia Papæ ſignatura:omiſſa etiã porrectione ſupplicationis, ſed ſola breuium minuta ab abbreuiatore recepta,videt formã breuis, addit & minuit pro eius arbitrio;& reuiſam minutã,& ſubſcriptam ab ipſo ſollicitatoribus reſtituit,quę poſtea apud expeditores fidem facit,& inde literæ in forma breuis in tenuiori pergameno ſcribuntur,& ſcriptæ,ſub annulo Piſcatoris, dicto ſub cæra, expediuntur, apud Secretarios domeſticos ; & eorum ſcriptores ferè ſemper,& expeditæ,expectantibus, accepta earum taxa pro rei natura,& ſcripturæ mercede,reſtituuntur. Apud hoc officium Secretariæ expediuntur etiam omnes ſupplicationes per breue expediri ſolitæ, vel in quibus ſignatura concedit,vt per breue expediri poſſint, & in hoc officio deputatur à Secretariis vnus ſubſtitutus, qui nomine collegij ſupplicationes expediendas à ſollicitatoribus recipit, & breuia deſuper expediri curat, & expedita, accepta taxa, & ſolita mercede,parti tradit. Hæc verò breuia triplici forma expediri ſolẽt,ſcilicet ſupplicatione introcluſa,quæ ſemper clauſa ſollicitatoribus dantur,quædam ſupplicatione non introcluſa,ſed extenſa,quarum aliqua aperta dantur, vt quæ non ad vniuerſitatem, vel ſingularem perſonam diriguntur, ſed ad vniuerſas & ſingulas perſonas,vel ſi ad particularem perſonam,& certum vniuerſitatis corpus ad futuram tamen rei memoriam,vel omni caſu cum ad Hebręos,vel eorum vniuerſitates, Papa reſcribit,quia ſic breue apertum datur,aliter ſemper clauſum,vt dicit Veſtr.lib.1.c.7. Præterea vltra literas in forma breuis, regiſtrantur etiam per Secretariam literæ

teræ multæ in forma Bullæ, de his quæ per Cameram expediuntur, & certæ materiæ, quæ ad Secretarios non ad Cameram pertinent, vt literæ facultatum, indultorum, confirmationum, diſpenſationum, abſolutionum, conſeruatoriæ, indulgentiæ, exemptionis, donationis, infeudationis, legationis, guberniiue, & omniũ gratiarum ad vacatura beneficia, non vacãtia, niſi eſſent literæ ſecundæ acceſſoriæ ad primas, vt in forma perinde valere, & aliæ literæ, in quibus fructus non exprimuntur, quas materias Summiſta ab aliis diſtinguit, & ad Secretarios regiſtrandas remittit, & etiam quandoque literæ de his quæ per Cameram expediũtur, vbi fructus exprimuntur per hoc officium Secretariæ expediuntur, ſed non niſi ex Papæ indulto, & vt Orator vitet ſolutiones debitas Cancellariæ, vel Cameræ in præiudiciũ officialium, ſed rarò, vt pro rebus affiniũ, & intimorum Papæ, pro Principibus, vel eorum familiaribus, & vbicunque Papæ videtur, quæ etiam via eſt breuior, nam vbi minuta Bullæ eſt dictata, Datarius in fidem ꝙ Papa hanc viam concedat, ſcribit in fine minutæ Secretariis, vt expediant, hinc minuta, & ſupplicatio ad Secretarios defertur, apud quos alter ex ſcriptoribus Bullam ſcribit recepta mercede, & alter eam iudicat cum ſupplicatione conformem, & corrigit vbi opus eſt, & concordatã remittit ad plumbatores, plumbata ad Secretarios reportatur, apud quos regiſtratur, cuius rei regiſtraturæ Secretarius fidem facit, ſcribens à tergo, Regiſtrata, & nomen ſuum ſcribit, tum eam parti ſollicitanti tradit; & Secretarij, ac plumbatores ſolent ab omnibus ſuum honorarium recipere, niſi Papa iubeat id remitti.

SVMMARIVM.

1 *Referendarij cur introducti, eorum officium, & poteſtas.*
2 *Referendarij à quibus abſtinere debeant.*

De Referendariis. Cap. X.

CVM reſcripta à Papa quotidie poſtulentur de his quæ ex eius mera liberalitate conceduntur, vt beneficiorum conceſſiones, & etiam quæ ſummo Pœnitentiario generaliter ſunt commiſſa; & alia de his, quæ iuſtitiam concernunt, de rebus eccleſiaſticis to- 1 *Referẽdarij cur introducti, eorum poteſtas, & officium.*

tius orbis, vel profanis ex patrimonio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel quæ à Principibus Papæ remittuntur, vel partium conſenſu ad Romanam curiam deuoluuntur, & vt pauperum, ac ineloquentium deſideria Papæ exponerent, & viderent an petita concedi debeant, quod Papa ob negotiorum multitudinem proſpicere non poteſt, vt dicit Pariſ. de reſign. ben. lib. 7. q. 19. qui hodie ex Bulla 39. Sixti V. Debent eſſe. 170. Gratiæ. & 30. Iuſtitiæ; ideò Papa his negotiis duo conſtituit Auditoria, in vno quorum poſtulantur ea quæ gratiam, in altero quæ iuſtitiam concernunt, & dicuntur ſignatura gratiæ, vel iuſtitiæ. Signaturæq; gratiæ Papa præponit omnes Cardinales iuriſperitos, & Prælatos non niſi iuriſperitos, gratiæ, vel iuſtitiæ ſignaturæ præponit, vel quãdoque vtrique qui Referendarij dicuntur, quod officium ab Alexandro VI. eſt introductum, & multis priuilegiis ſunt decorati. Prælati enim ſunt, & familiares, ac continui Papæ cõmenſales, ac comites Aulę Lateranenſis, & nobiles creantur, licet aliàs non eſſent, & propinquius Papæ aſſiſtũt circa ſupplicationes, & commiſſiones pro Apoſtolicę ſedis honore, & vti poſſunt inſigniis Papæ in armis ſuis, ſimul cũ propriis, vel ſeparatim ab ipſis & poſſunt creare notarios, & iudices ordinarios extra vrbẽ, recepto ab eis ſolito iuramento, & legitimare poſſunt ſpurios, manſeres, etiam ex damnato ſacrilegóve coitu ortos, ad bona, & hæreditates, viuentibus, vel mortuis parentibus, & ad officia ſecularia, publica ac priuata, & honores, & bona quæcunque; non licet tamẽ hodie legitimare aliquos in præiudicium vocatorum ex fideicommiſſo, teſtamento, vel alia valida diſpoſitione, & facultates in contrariũ conceſſæ reuocãtur, ex Bulla 60. Pij IIII. Quamuis. & poſſunt promouere ad Doctoratum, Baccalaureatum, licentiaturam, magiſterium in vtroque, vel altero iure, Theologia, artibúſve, quoſcunque idoneos, adiunctis ſibi duobus, vel tribus Doctoribus, vel magiſtris facultatis promouendorũ, qui Doctorati fruãtur priuilegiis Bononiæ, Pariſiẽſis, Louaniæ, & Toloſanæ facultatũ, etiam quò ad aſſecutionẽ beneficiorũ eccleſiaſticorũ, modo vt alibi. Iidem etiam Referendarij ſi monaſteria in commendã obtinẽt, in monaſteriis, quorum Abbates ſunt, vti poſſunt mitra, paſtorali, baculo, annulo, & aliis inſignibus Pontificalibus, & ſolemniter benedicere in Miſſa ſolemni, vel veſperis, dũmodo ibi non adſit Antiſtes, vel Legatus, niſi de eius licentia; &

quilibet

quilibet eorũ habere poteſt duos familiares notatos in rotulo familiarium Papæ, qui in omnibus tribunalibus gratis ſuas literas expediant, vt faciunt Papæ continui commenſales, & quilibet Referendariorum quotannis ex Ripa, & Ripetta ſex vegetes vini gratis extrahere poſſunt. Iidem etiam Referẽdarij ſimul cum prædictis, & eorum beneficia exempta ſunt ob omni Epiſcoporum viſitatione, correctione, ſuperioritate, & immunes à gabellis ratione bonorum ipſorum, decimarum, & cuiuſuis oneris, & ſuſcipiuntur ſub protectione B. Petri, & Apoſtolicæ ſedis, ſimul cũ capellanis familiaribus & ſeruitoribus prædictis, qui non corã ordinario in criminalibus, vel ciuilibus, ſed ſolũ coram Papa reſpõdere teneantur. Iiſdẽ etiã Referendariis, & eorũ prædictis familiaribus cõceditur, vt cum generaliter concedi eis contigerit literas expectatiuarum, abſq; alia ſignatura tres eccleſias habere poſſit, etiam cum creatione in canonicum Cathedralis, vel etiam regulare, non tamen conuentuale, nec clauſtrale, nec ratione beneficiorum teneantur ſuſcipere ordines, nec reſidere, in quo tamen hodie ſecus eſt, cũ expectatiuæ ſint ſublatæ, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 19. & quilibet reſidere teneantur. ſeſſ. 23. de reform. c. 1. d. Conc. vt alibi.

Iidem etiam eligere ſibi poſſunt ſacerdotem regularem, vel ſecularem, qui eos abſoluat à caſibus ſedi Apoſtolicę reſeruatis, exceptis offenſa Eccleſiaſticæ libertatis, hæreſis, rebellionis, conſpirationis in perſonã, vel ſtatũ Papæ, falſitatis literarum Apoſtolicarum, ſupplicationũ, & commiſſionum, inuaſionis, depredationis terrarum & maris Romanę Eccleſiæ, mediatè, vel immediatè ſubiectarum, offenſæ perſonæ Epiſcopi, vel alterius Prælati, prohibitionis deuolutionis cauſarum ad Romanam curiam, delationis prohibitorum ad partes infidelium, ſemel in vita, in aliis verò quoties opus erit, iniuncta pœnitentia ſalutari, & commutare eorum vota in alia pietatis opera, exceptis Hieroſolymitano, ſancti Iacobi in Compoſtella, liminum Beati Petri, & Pauli, caſtitatis, & religionis, quæ commutare non poſſit, & ſemel in vita, ac etiam in morte, plenam indulgentiam peccatorum ſuorum concedere poſſint, ſic tamen, vt vbi eſt alicui ſatiſfactio fienda, id fiat, vel iniungatur. Iidem etiam vti poſſunt altari portatili in quo celebrent in locis honeſtis, & ante diem, propè tamen; quod tamen de altari portatili hodie non viget, vt dicit Nau. in Man. c. 25. nu. 81. 82.

Digitized by Google

Iidem etiam poſſunt celebrari ſibi facere in locis interdictis, etiam Apoſtolica authoritate, clauſis ianuis, ſine campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis; qui tamẽ quatuor ex interdictis admittere poſſint, ſi interdicto cauſam non dederunt, vt tempore interdicti diuini; & recipere poſſint eccleſiaſtica ſacramenta, & eorum corpora cum funerali pompa ſepeliri, & diebus ſtationum viſitando duas eccleſias, vel duo, aut tria altaria, indulgentias earum conſequãtur, & diebus Quadrageſimæ, & prohibitis, vti poſſint ouis, & butiro; & etiã carnibus de conſilio vtriuſq; Medici, & horas canonicas ſecundùm morẽ Romanæ Eccleſiæ ſoli, vel cum vno, vel pluribus ſecundùm ritũ Rom. Eccl. recitare poſſint, nec ad aliũ ritum cogi poſſint, etiam ratione beneficiorum, & à caſibus Epiſcopo reſeruatis ad ſe accedẽtes abſoluere poſſunt, ac de omnibus eorum bonis immobilibus, vel mobilibus ratione eccleſiarum acquiſitis tam in vita, quam in vltima voluntate diſponere poſſunt, etiã inter conſanguineos, ad modum Auditorum Curiæ, & eorum beneficia reſignare, & permutare, & conſentire vnionum prædictorum diſſolutioni in manibus ordinariorũ extra curiam, & ordinarij prædicta admittere poſſint, & ipſi Referẽdarij prædicta beneficia ſibi per permutationem collata, retinere poſsint, etiam ſi affecta ſint & Apoſtolicæ ſedi reſeruata, dummodo non ſit prioratus, vel dignitas conuentualis, aut maior dignitas poſt Pontificalem in eccleſia Cathedrali, vel prima collegiatę, non obſtantibus quibuſcunque, ſic tamen, vt in incompatibilibus, vel curatis debita onera ſupportentur, & animarum cura laudabiliter per alios idoneos exerceatur, vt latè ſtatuit Paulus III. in eius Bulla 19. incip. Debita conſideratione.

2 *Iidem etiam executores ſunt literarum reformationis officialium curiæ, & ſunt veri Prelati, & Papæ familiares ex palatio Apoſtolico, panem edentes.* ex Bulla 1. Pauli prædicti. Sanctiſsimus. & Bulla 2. eiuſdem. Cùm dudum.

Referendarij à quibus abſtinere debeant.

Hi verò abſtinere debent ne ſe ingerant in cauſis ciuium Romanorum, qui foro capitolino ſubijciuntur. ex Bulla 8. Iulij III. Ex querelis. & ne ipſi vel eorum familiares impetrẽt beneficia, quorum iudices fuere, aliàs impetrationes huiuſmodi nullius ſunt momenti, etiam ſi Cardinales ſint, ex Bulla 11. Pij IIII. incip. Cupientes. Iidem etiam reiectas in ſignatura iuſtitiæ, commiſsiones, coram Papa in ſignatura gratiæ

Digitized by Google

gratiæ proponere non debent, niſi ea cauſa Papæ ſcientiam requirat, vel à ſignatura iuſtitiæ eo remiſſa ſit. Nec apponere manum in antiquis, & arduis materiis, vbi plures vndique expeditæ ſint commiſsiones, & in auocatoriis, niſi prioribus iudicibus, vel aliter præiudicialibus, vel niſi parte intereſſe habēte citata. Cũ etiã agitur de reuocatione, vel moderatione alicuius præinſertæ, niſi præinſerta ſit appoſitum nomẽ Referendarij, qui illi manũ appoſuit. Nec reformatio dictæ præinſertæ ab habente ſignaturam iuſtitiæ ſignetur, niſi in præinſerta appoſitum ſit nomen, vt ſuprà, Referendarij, & minus in commiſsionibus, appellationibus ab interlocutoriis, niſi expreſſo releuanti grauamine, nec cum appellatur à diffinitiua, cũ clauſula, aut vim diffinitiuæ habente, niſi res ſic exprimatur, vt Referendarius videat tale eſſe grauamẽ, quod in diffinitiua reparari non poſsit, & cùm in commiſsione eſt appoſita clauſula, cum toto negotio principali, addatur, iuſtificato tamen grauamine. Iidem caueant ne manum apponant in commiſsionibus nullitatum, & attentatorum, niſi exprimantur nullitates ex defectu iuriſdictionis, citationis, vel mandati, & ipſa attentata, & ſimiliter in illis vbi dicitur pronunciatum fuiſſe, vt in ſchedula, nec etiam in commiſsionibus prorogationis fatalium, niſi vbi prima vice prorogatio petitur, aliæ verò in ſignatura gratiæ proponantur. Cauſæ criminales, & beneficiales non cõmittantur inferioribus Epiſcopo, in terris verò Eccleſiæ, criminales in ſacris conſtitutorum clericorum ordinario, reliquorum clericorum, & laicorum gubernatoribus locorũ committantur. Iudex verò quicunq; cui committitur cauſa reſtitutionis in integrũ, nullitatis, & attentatorum, poteſt ſine ſpeciali commiſſione præfigere terminum ad docendum de cauſa reſtitutionis, nullitatis, & attentatis, quo lapſo, & non docto, ad expeditionem principalis negotij procedat, & terminos etiam ſubſtantiales poteſt abſque ſpeciali commiſſione reiterare, & appellatio ſemel tantum committatur ab exceſsiua taxatione expenſarum, & duæ ſententiæ habeant vim trium. Cauſæ diſcuſsionum inter creditores, & hæredes defuncti, vel alterius debitoris de cuius bonis inter creditores agitur expediantur intra tres menſes, quò ad præſentes intra ſe menſes, quò ad abſentes citra montes, intra nouem vltra montes, & non niſi ex magna cauſa, & in ſignatura gratiæ huiuſmodi inſtãtia protegetur, & hæredes præſen

Digitized by Google

præſentes à die obitus debitoris intra duos menſes, abſentes citra montes infra quatuor, vltra, intra ſex teneantur facere inuentarium, & deliberare an velint hæreditatem adire, & interim iudices coram quibus cauſa huiuſmodi pẽdet, conſignent bona debitoris creditoribus habentibus credita liquida, & præſtita cautione de reſtituendo habentibus potiora, vel anteriora iura; & aliter factæ commiſſiones, quàm ſuprà, habetur, nullæ ſunt, vt in dicta Bulla habetur.

Referendariorũ porrò munus eſt videre poſtulata ſupplicum. Et ſi ſint de his quæ concedi ſolent, in capite ſupplicationis nomen ſuũ apponunt, ſi verò quis petat, quod alteri præiudicium inferat, non conceditur ſine partis citatione, & ſi res ſit grauis, vel dubia, Referendarius eam in pleno Auditorio proponit, nec ſupplicatio admittitur, niſi ex communi omnium conſenſu. Vnde certa die cuiuſq; hebdomadæ Referendarij ſimul conueniunt, & Referendarius breuiter poſtulata refert, & re inter partes diſputata, Prępoſitus ſignaturæ, qui Cardinalis eſt iuxta plurium vota poſtulata admittere, vel refellere debet, & vbi eſt contradictor ſolet citari coram Referendario proponẽte per curſores, Sic, *Coram Reuer. N. citetur N. ad dicendam cauſam quare ſupplicatio, vel commiſſio ſignari non debeat.* In hoc etiam Auditorio, quilibet Referẽdarius proponere poteſt ſeruato ordine antiquitatis, & hoc in ſignatura iuſtitiæ: ſignatura verò gratię corã Papa conuenit, & duo tãtum proponunt, ſi tempus adeſt, & Papa ferè ſemper reſcribit, *placet*, ſi concernit iuſtitiam, ſi gratiam, *fiat vt petitur*, ſi motu proprio, dicit in fine, *motu proprio.* Cardinalis verò Præpoſitus ſignaturæ gratiæ reſcribit, *conceſſum in præſentia domini noſtri Papæ.* Et poſteà nomen ſuum ſubiungit. Cardinalis Iuſtinianus, Præfectus verò ſignaturæ iuſtitiæ, ponit ſuum nomen, *Alexander Farneſius*; & ſi reſcribit ad Iudices Romanæ curiæ, reſcribit, *placet domino noſtro Papæ*, ſubiuncto ſuo nomine. Si ad Iudices in Prouinciis; *Conceſſum in præſentia domini noſtri Papæ. Alexander Cardinalis Farneſius.* Vel quandoque reſcribit; *placet prout de iure*; *Conceſſum prout de iure*; *placet arbitrio iudicis*; *Conceſſum arbitrio.* Et vbi commiſſiones ad Iudices Romanæ curiæ reſcribuntur, vbi ſunt ſignatæ, ad Cancellariã tranſmittũtur, vbi regens Cancellariæ, vice ipſius Reuerendiſſ. ſub compendio reſcribit; *De mandato domini noſtri Papæ, Audiat magiſter N. citet*

Digitized by Google

titet, inhibeat, & iuſtitiam faciat. Reſcripta verò iuſtitiæ, quæ ad Iudices in Prouinciis reſcribuntur non perueniunt ad manus regentis, ſed remittuntur ad Datarium abſque extenſione ſignaturæ, vt etiam quæ gratiam concernunt, qui omnibus diem datæ adſcribit, inde ad regiſtrum mittuntur, vbi de verbo ad verbum in libris publicis notantur, inde auſcultata, à ſollicitatoribus reſtituuntur in forma literarum expediendarum. Vnde triplex eſt via prædicta expediendi, ſi eſt materia iuſtitiæ per Cancellariam, & eſt officium contradictarum ſub plumbo, vel *per Secretariam in forma breuis ſub annulo Piſcatoris*: prout ſcribens cõcedit: ſi verò gratiam cõcernit res, *per Cancellariam, vel Cameram*: & extra ordinem etiam quandoque, *per Secretariam.*

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ cur inſtituti, & quales eſſe debeant.*
2 *Auditorum Rotæ priuilegia quæ ſint.*
3 *Auditorum Rotæ officium, & poteſtas quæ.*

De Auditoribus Rotæ. Cap. XI.

CVm plurimæ cauſæ confluant ad Romanam curiam, vel iuris diſpoſitione, & cauſæ natura, vel Principum remiſſione, vel ex partium conſenſu, & eas, ſi conſiſtoriales non eſſent, ideſt ſacri Palatij, Papa audiebat per ſeipſum ſeorſum à Senatu in ſua capella adſcitis ſibi eius capellanis, ideò introductum eſt Auditorium Rotæ in quo huiuſmodi cauſæ examinantur, eo quod per Rotam, ideſt, ordinem, Auditoribus ſedentibus examinantur, ſic dicti, qui & Cappellani Papæ exiſtunt, & in Capella diuinis inſeruiunt. Hi ſunt numero duodecim iuriſperiti inſignes, qui primò tantum audiebant cauſas, & eas Papæ referebant, rebus verò auctis, fuit eis data poteſtas eas diffiniẽdi, vt dicit Specul. tit. de delegato. §. iam nunc dicendum. ver. item non obſtat ſi obiicit, & in tit. de Auditore. *Eligendi verò in Auditores ſacri Palatij Apoſtolici. ex Bulla 2. Martini V. In Apoſtolica. Debent eſſe Doctores famoſi, & quòd poſt Doctoratum per triennium in eo ſaltem legerint, vita integritate commendati, & ijdem habeant in bonis ſaltem*

1 *Auditores Rotæ cur inſtituti, & quales eſſe debeant.*

Qui debeant eligi au itores Rotæ.

Digitized by Google

ſaltem ducentum florenos annuos in beneficijs, vel bonis temporalibus deportatis. Et cum quis decretus fuerit per Papam in Auditorem admitti, ante eius ſuſceptionem, Decanus Auditorum de præmiſſis diligentem faciat inquiſitionem, qui id referat Vicecancellario, qui id Papæ exponat, & ſi quid deeſt, non admittatur niſi de Papæ mandato. Quòd ſi conſtet eum prædictis ornatum eſſe, Vicecancellarius cum quatuor Auditoribus ei aſſignet legem ſi legiſta, canonem ſi canoniſta, qui intra menſem eã repetere teneatur in præſentia notariorum ſedis Apoſtolicæ, Auditorum, aduocatorum conciſtorialium, & aliorum Prælatorum, & literatorum, vbi qui volent poſſint arguere, & quatuor ex vltimis Auditoribus, & quatuor vltimi aduocati arguere teneantur, & ſi idoneus videtur, Vicecancellarius iuxta relationem maioris partis notariorum, Auditorum, & Aduocatorum, in Auditorem admittat, ſin ſecus repellatur.

2 *Auditorum Rotæ priuilegia quæ ſint.* Ij porrò multis priuilegiis potiuntur, ex Bulla 10. Clementis VII. incip. *Conuenit*: vt poſſint conſequi quælibet beneficia; cùm cura, vel ſine, regularia, commendata, Cathedrales, & ſuperiores eccleſias, & ratione beneficiorum non teneantur per ſeptenniũ ſuſcipere ordines ſacros, & abſoluere poſſunt à caſibus Epiſcopo reſeruatis, & diſponere de quæſitis intuitu beneficiorum in vltima voluntate, vel inter viuos, & permutare eorum beneficia, vel reſignare, etiã ſi qualificata, vel reſeruata fuerunt quæ requirunt, nec in curatis reſidere teneantur, & fructus, ac diſtributiones percipiant, ſupportatis tamen oneribus beneficiorum, & curæ animarum prouiſo, & iubere poſſunt miniſtrari ſacramenta ſine ordinarij licentia, ac horas canonicas ſecundùm ritũ Romanæ Eccleſiæ, quandocunque etiam horis non ſeruatis, nec arctati alium ritum ſeruare, recitare poſſunt, & eligere ſibi poſſunt confeſſorem ſecularem, vel regularem, qui à caſibus Apoſtolicæ ſedi reſeruatis in vita (excepta violatione eccleſiaſticæ libertatis, hæreſis, rebellionis in perſonam Papæ, vel ſedem Apoſtolicam factam, falſitatis literarum Apoſtolicarum, ſupplicationũ, commiſſionum, deuaſtationis terrarum, vel maris Eccleſiæ, delationis prohibitorum ad infideles) ſemel in anno, & in periculo mortis eos abſoluere poteſt, & vota commutare (excepto vltramarino, viſitationis Beati Petri, & Pauli, ſancti Iacobi in Cõpoſtella, caſtitatis, & religionis) & idẽ cõfeſſor ſingulis annis, & in periculo

culo mortis plenariam Indulgentiam peccatorũ eis largiatur,ſic tamen, vt ſatisfiat quibus debetur, vel id mandetur. Iidem etiã habere poſſunt altare portatile in quo,locis conuenientibus, etiam ante diem, parum tamen ante celebretur, & celebrare in locis interdictis ianuis clauſis ſine pulſu campanarum, excluſis excommunicatis, & interdictis, & admittere ſex ex populo, qui cauſam interdicto non dederint, & tunc ſacramenta recipere poſſunt, & ſi moriantur, in loco ſacro ſepeliri, & ſi viſitent duas eccleſias, vel duo, aut tria altaria,Indulgentias ſtationum cõſequantur,& tempore Quadrageſimæ,& vetitis, vti poſſunt ouis, & lacticiniis, & etiam carnibus de conſilio tamen vtriuſque Medici, & iidem obtinere poſſunt beneficia,& expectatiuas, modo quo ſupra,de Referendariis eſt dictum,& ea gratis expediãt, aliàs qui id ſibi gratis non concedunt, excommunicationem eo ipſo incurrunt:iidem etiam & eorum locumtenentes exempti ſunt ab ordinariis, & ſub protectione Beati Petri ſimul cum eorum bonis recipiuntur tam in criminalibus, quàm in ciuilibus,& liberi ſunt, & eorum res in vrbe,& extra à ſolutione gabellarum,pedagiorum,decimarum,& Gubernator vrbis, ac Auditor debent facere obſeruari eorum priuilegia, non obſtantibus quibuſcunque, quæ ibi latè extenduntur in dicta Bulla 10.Clemẽtis VII & Bulla 12.Pauli III. incip. Attendentes, quæ priuilegia à Paulo III.in Bulla 11.Pauli III. Romani. & in Bulla 1.eiuſdem. declarantur,& eos eſſe Papæ familiares, & habẽt etiam facultatẽ iidem excõmunicandi,& aggrauandi ex Bulla 2.Greg.XI.Quamuis.

Ij verò tenentur habere libros ordinarios iuris, & etiam eorum locumtenentes,& perſonaliter videre proceſſus cauſarum coram eis agitatarum, & teſtes in cauſis magni ponderis, maximè parte petente, per ſe examinent, in aliis per duos notarios,nec credãt relationi cuiuſcunque notarij,nec ſententiam ferant, niſi viſis regiſtris prædictis,& ſi quis ex eis non fuerit expertus iuri ob non ſtudendum, negligens præceps in iudiciis,acceptor munerum, vagus,vel malæ famæ,à Vicecancellario moneatur,vt ſe emendet,quod ſi non præſtiterit, poſt tres menſes ei commiſſiones non concedat,& ſi poſt alios tres menſes non emendetur, idem Vicecancellarius, vel eius viceſgerens cum duobus Auditoribus id Papæ referre teneatur.Quòd ſi ſuper eadẽ re duobus Auditoribus cauſa cõmittatur, qui prius erit in cõmiſſione, ſit iudex,

3 Auditorum Rotæ officiũ, & poteſtas quæ.

iudex, & ſi opponatur de iuriſdictione alterius id prius cognoſcatur, aliàs non valeat proceſſus, & iudex parti teneantur ad expenſas, & intereſſe, idem de notario, qui & ſcripturæ mercedem amittit, quæ ſi Auditor, vel notarius non præſtiterint, excommunicationem eo ipſo incurrunt, à qua non poſſunt abſolui, niſi facta ſatisfactione, & idem de aliis iudicibus, commiſſariis, & notariis in curia exiſtentibus. Nullus etiam ex dictis notariis cum Auditoribus habitet, & ſi habitet, vltra iuſtam penſionem domus, vel expenſarum non ſoluat, & ſi reſpectu officij quid dederit Auditori, vterque Papæ excommunicationem reſeruatam incurrit, & duplum quilibet de mandato Vicecancellarij ſoluere pauperibus teneatur. Nulluſque admittatur in notarium ibidem niſi vigeſimumquintum annum attigerit, ſit bonæ famæ, & examinatus, ac ſufficiens repertus, quæ prius examinẽtur, & notarij per ſe officium exerceant: aliàs, niſi ex cauſa à Vicecancellario probata per alium ſeruierint, poſt menſem ſint officio priuati, Vicecancellarius tamen ad tempus eam licentiam ſeruiendi per alium dare poterit. Iidem notarij in habitu clericali incedant, non ſint concubinarij, ſint bonæ vitæ, aliàs officiis priuentur, & ſi quis eorum presbyter factus erit, vel beneficiũ cum reſidentia adeptus erit, officium dimittat, & ſi diffamatus ſit, quòd acceptator perſonarum ſit, & ſecreta partibus detegat, ſuſpendatur ab officio, & Auditor Cameræ, requirente Vicecancellario inquirat, & ſi culpabilis reperitur priuetur officio quolibet in curia, & ab ea ſit proſcriptus, & in quingentis fiorenis mulctentur, & idem ſi ſe non purgauerint. Iidem etiam notarij vltra taxas præfixas non accipiant, vel petant, aliàs ad Vicecancellarium recurratur, qui eos moderabitur, & medietatem eius, quod eſt exceſſiuum illos pauperibus erogare coget, & bis ſcripta ſemel tantum ſoluantur in taxa, & ſcripturæ ſuperfluæ habeantur pro non ſcriptis, & notarius, qui de petia notæ regiſtri ſententiæ diffinitiuæ duodecim groſſos turonenſes receperit, de petia inſtrumenti ſuper ea facti pretium copiæ tantum recipiat, & è conuerſo plus quod excedit parti reſtituere teneatur, & totidem ſoluere pro Capella Auditorum, vel curſorum infra octodies, ab executione officij per menſem ſuſpenſus eſt, cui ſi ſe ingeſſerit, grauius per Vicecancellarium puniatur. Aduocatus etiam in dicto officio non admittatur, niſi ſeruatis ſupra de Auditore explicatis, & ſint

contenti

Digitized by Google

contenti vno floreno de Camera pro ſingulis commiſſionibus de iuſtitia, extra conſiſtorium per eos proponendis, aliter ſuperfluum parti dare, & tantundem pauperibus teneantur, & ſi aduocatus quid proponat in infamiam alicuius, niſi pars principalis præſens dicat ſe id facere proponi, ad finem accuſandi, vel denunciandi, teneatur actione iniuriarũ læſo, & in decem florenis Cameræ condemnetur, & ſi eſt tumultuoſus, per duos menſes ſuſpenſus eſt ab officio, & in quinque florenis qualibet vice condemnatur Cameræ ſoluendis. Et ſi duo aduocati vnam cauſam in conſiſtorio defendunt, ſenior proponat, niſi ex cauſa aliter inter eos fuerit concordatum, & nullus in dicto officio gerat officium aduocati, niſi ſit graduatus, vel exercitatus in curia, & de fide ac diligentia probatus à Viceeancellario cum vno, vel duobus Auditoribus, & totidem aduocatis, nec cauſas iniuſtas ſuſcipiant, vel eas protrahant malitioſè, aliàs per Auditorem, vel Vicecancellarium, eo omittente, ad tempus ab officio ſuſpẽdantur, vel etiam perpetuò, & aliàs iuxta delictum puniantur, & idem ſi per corruptionem, vel negligentiam cauſam amiſerint, qui & ad intereſſe partis teneantur, & idem ſi defenſa vna parte, poſt contra eam in illa cauſa agant, & ſi quis illorum poſt appellationem in curia interpoſitam finxerint cauſam eſſe commiſſam, in viginti florenis condemnetur, & qui fictis appellationibus, vel commiſſionibus vtuntur, niſi id probent, à prædictis puniantur, & parti ad intereſſe teneantur. *Iidem habitum honeſtum gerant, tabernas vitantes, & concubinas: aliàs ab officio remoueantur, & qui eorum ſacerdos eſt factus, vel beneficium cum reſidentia obtinuerit, huiuſmodi officium dimittat, & ſi per partem de hoc opponatur, proceſſus non valeat, & iterum pars in iudicium vocetur.* Aduocati etiam in prima ſententia in cauſis leuibus, viginti, in ſecunda ſeptem, in tertia octo, Procuratores verò in prima, decem, in ſecunda, ſeptem, in tertia, quatuor tantum florenos percipiant, vt habetur in dicta Bulla 2. Martini V. §. & nihilominus. vſque ad finem. Iidem etiam Auditores debent eſſe diligentes in officio, & hora debita conuenire, & tempeſtiuè diebus iuridicis, nec quicquam recipere poſſunt à partibus, quarum cauſam habent, nec etiam promiſſionem, nec à notariis eorum, & tenere debent conſilia coadiutorum, aliàs per menſem ab ingreſſu Palatij ſuſpendantur, & ſecundo, officio priuentur. Antiquior verò

Digitized by Google

Auditor referat ſuis coadiutoribus cauſas quas audit, & alij ſucceſſiuè, & ponant in relationibus, & poſita vna cauſa in relationibus, alia ponatur, donec partes allegauerint, ſi volunt, qui tamē Auditores allegationes ſuperfluas audire non teneantur, & Auditor referens, conſilia aliorum exquirat, & iuxta ea diffiniat, & quilibet Auditor notarios fideles, & diligentes habeat, qui per ſe, & non alios coram Auditoribus in cauſis ſcribant, nec alij notario ab Auditoribus ſcribendæ committātur, qui ſit notarius alterius Auditoris, qui notarij non recipiant vltra taxatum, & vbi quis eſt notabiliter pauper, Auditor cogat notarios ad dandum ei copiam actorum gratis. Iidem Auditores in cauſis eorum non dent cōſilium per ſe, vel alios, nec patrocinium præſtent, niſi in cauſa propria, vel conſanguineorum ad tertium gradum, vel dominorum, aut familiarium ſuorum, vel eccleſiarum in quibus beneficium habent, quibus vltimis caſibus talis Auditor non concurrat in conſilio talis cauſæ cum coadiutoribus, & vbi quis Auditor in cauſa dedit conſilium, nullus Auditorum eam recipiat audiendam, ſi committitur ei qui conſilium dedit, ſed ad Cancellariam remittatur, alteri committenda. Notarij modeſti ſint, & qui vnius Auditoris notarius eſt, alterius eſſe non poſſit, dum erit notarius primi, & notarij, vel promotores in cauſis quæ coram ſuo Auditore agitantur, in palatio non exiſtant, & nullus notarius ſcribat in cauſa, ſi alterius partium dictæ cauſæ, in audientia literarum contradictarum, vel in palatio Apoſtolico, vel in Romana curia procurator negotiorū, vel penſionarius extiterit. & ſi Auditor ignorans id fecerit, notarius ſtatim huiuſmodi cauſam in manibus Auditoris reſtituat, aliter per annum priuatus eſt ab officio notariatus in palatio exercendo; iidem regiſtrum cuiuſque cauſæ, cum manuali ſuo, & productis originalibus, antequam regiſtrum Auditori exhibeant, & copias in publicam formā, vel ſimplicem, antequam partibus tradant, auſcultent, & corrigant diligenter, ſic quòd nil de ſubſtantialibus omittatur; & iidem omnes actus iudiciarios clarè, & ſubſtantialiter in memoriali Auditoris cauſæ, in præſentia partium, conſcribant, & in regiſtrum redigant, & eorum exemplum partibus, cum Auditor decreuerit, cum moderato ſalario, tradant, & in eo regiſtro omnes ſentētias diffinitiuas, interlocutorias, inhibitiones, intimationes, & appellationes, verbo, vel ſcripto factas, de verbo ad verbum conſcri

conſcribant, cum per partem, vel Auditorem cauſæ fuerint requiſiti, & inſtrumenta, & alia per partes producta regiſtrent, acta verò in partibus non regiſtrentur, ſed cuſtodiantur, niſi pars petat ea regiſtrari, & regiſtro ſatisfaciat, nec ponant ſuperflua, aut differant malitioſè ſcripturas partibus aſſignare, aliàs duplum reſtituant, vt latè habetur in Bulla Ioannis XXIII. incip. Ratio.

Vlterius iidem ex Bulla 2. Gregorij XI. incip. *Quamuis; Calumnioſum procuratorem ex officio repellere debent, nec poſſunt impetrare beneficia quorum Iudices fuere.* Et ibidem traditur, quæ notarij officij illius, vel procuratores agere, vel cauere debent. Et ex Bulla 63. Pij IIII. incip. In Throno. ſtatuitur ad lites abbreuiandas, quòd vnica commiſſio in qualibet inſtantia fiat, cuius vigore Auditor cauſam cognoſcat, & cum emergentibus definiat, & ſine noua commiſſione poſſit præfigere terminum ad docendum de attentatis, nullitatibus, & cauſis ob quas quis in integrum reſtitui debeat, quo elapſo nec docto, poſſit procedere ad cauſæ expeditionem, remiſſorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, & ea quæ ordinarij iure poſſunt agere: ſic tamẽ, vt prorogationes fatalium non concedat ſæpius, niſi ex cauſa, & arbitrio Rotæ; Auditor tamen non ferat ſententiam diffinitiuam, vel eius vim habentem, niſi propoſita cauſa in Rota, & cum votis coadiutorum, niſi partes in actis conſentiant, quòd ſine illis expediri poſſit, & pariter alia decreta præiudicialia in Rota cognoſcantur, ſi pars ſic inſtituerit. Sententiæ verò Auditorum latæ prout in ſchedula, vel per viã termini pro ſeruato, ſubſcribi debent, & publicari in actis intra quindecim dies, & latæ in vltima audientia anni, infra menſem, aliter pronunciationes huiuſmodi pro circunductis habeantur, & termini habiti pro ſeruatis, & ſchedulæ ſententiarum, quæ quandoq; per alium notarium, quàm actuarium cauſæ ad referendum accipiuntur, referantur notario cauſæ ea die qua recipiuntur, vel ſequenti, in vltimis verò audientiis infra triduum, & ſi Auditor qui pronunciauit, vt in ſchedula, vel habuit terminum pro ſeruato, retinuit citationẽ apud ſe, notario cauſæ infra illos dies conſignare teneatur, aliàs illi termini circunducti, & nulli habeantur; & Auditor non pronunciet in cauſa, niſi perfecto regiſtro, & ad Rotam delato, cum dictis teſtium, & iuribus cauſæ, & in vltima audientia anni, & vbi

Digitized by Google

agitur de ferenda declaratoria contra contumacem,& regiſtro non perfecto, ex originalibus pronunciari poſſit, ſic tamen, vt pars pro qua erit pronunciatum, regiſtrum pro conſeruatione actorum, quamprimum perfici curet, & Auditor tradat partibus petentibus copiam deciſionis in cauſa factæ cum iuribus,& rationibus. Cauſæ verò Auditorũ, & eorum familiarium, ac conſanguineorum, vel affinium, vſque ad ſecundum gradum computãdum iuxta ius canonicum, non cognoſcantur in Rota (in quo corrigitur Bulla Clementis VII. ſupra relata, quæ id concedebat) nec Auditores domi habeant ſubſtitutos, aduocatos, vel procuratores eius officij etiam affines, aut etiam notarios, nec aduocati affines Auditoris cui eſt cauſa cõmiſſa in ea patrocinari poſſint, nec Auditores cogant partes, vt ſumant certum aduocatũ; Decanus etiam, & Auditores maximè antiquiores videant ne contra ſtilum, vel deciſiones impreſſas pronuncient, niſi cum maxima ratione, & cum duabus partibus collegij conſentientibus,& in cauſis pendentibus non attendantur aliquæ nullitates, præterquam ex defectu iuriſdictionis, citationis, vel mandati, niſi cauſa nullitatis ante datã, literarum commiſſa reperiatur,& à liquidatione fructuum,& expenſarum ſemel tantum appellatio detur; Auditores verò partibus ſolis petentibus, cauſas eis commiſſas ad Cancellariam non remittant, niſi de licentia Papæ, vel iuſtis de cauſis in Rota probatis. Quòd ſi Auditor ex actis cognouerit eſſe ſuſpitionẽ criminis, remittat acta eius, vel exemplum ad iudicem ordinarium, & ſi cauſa criminalis præiudicet ciuili in eius cognitione, ſuperſedeat, & vbi iudex ordinarius eget depoſitionibus teſtiũ, vel ſcripturis, Auditor ei illa remittat, vel eorum exemplum. Auditor etiã nomine ſportularum in cauſis profanis, vel pecuniariis non excedentibus mille ducatos, plus decem aureis non exigat, vigintiquinque vſque ad decem millia, quinquaginta, vſq; ad vigintiquinque millia, ab inde ſupra, centũ. In beneficialibus reditus centum, decẽ, vigintiquinque, à centum ad mille, à mille, ad tria millia; quinquaginta, inde ſupra, centum tantum pro ſententia diffinitiua, & vbi res non exigit æſtimationẽ, ſportulæ moderatæ accipiantur,& idem de familiaribus, vel affinibus Auditorũ, exceptis eſculentis, quæ triduo conſumi poſſunt, quæ taxa apud notarium, cauſæ deponatur, & Auditori conſignetur poſt ſententiã ſubſcriptam. *Notarij Rotæ idonei ſumantur,*

quæ

qui per ſe officium exerceant, cauſa rationabili excepta, quòd arrendare non poſſint, nec alium ſubſtituere, niſi de licentia proprij Auditoris, qui notarij etiam caueant de officio rectè adminiſtrando, & notarij teneantur pro facto ſubſtitutorum. Vt latè habetur in dicta Bulla, quæ quotannis à Decano, & Auditoribus in prima àudientia publicetur cum antiquis conſtitutionibus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Prothonotariorum inſtitutio, officium, inſignia, & poteſtas quæ.*
2 *Notarij alij qui, & eorum officium.*

De Prothonotariis Apoſtolicis. Cap. XII.

PROTHONOTARIORVM *officium, & ordo in Eccleſia antiquiſſimus eſt.* Clemens enim primus ſeptem notarios inſtituit ad geſta Sanctorum perquirenda, & conſcribenda, quibus regiones ſeptem vrbis, paræcias dictas, diſtribuit, vnde & regionarij notarij ſunt dicti, vt dicit Damaſus in Clemente, & teſtatur Leo X. in Bulla eius 8. incip. Sacro approbante. Tum Antherus I. ſtatuit ſcripta illa in ſcriniis eccleſiæ ſeruari, vnde & fortè ſcriniarij ſunt dicti, vt dicit glo. in cap. ad audientiam. de præſcript. Tum ceſſantibus martyriis, Iulius I. *ſtatuit eos debere ſcribere pertinentia ad eccleſiam, & literas Apoſtolicas tempore Conſtantini Magni*, vt dicit Damaſus in vita Iulij. Inde creſcentibus opibus iidem, vt differrent ab aliis notariis vrbis dicti ſunt Prothonotarij, id eſt primi notarij, quorum numerus eſt ſeptem ordinariorum, qui collegium inſtituunt, qui tamen hodie officium non exercet, quod receſſit ab aula, alij extraordinarij ſunt abſque numero determinato honoris gratia eo munere decorati, potientes iiſdem priuilegiis, quibus & ordinarij prothonotarij. 1 *Prothonotariorum inſtitutio, officiũ, inſignia, & poteſtas quæ.*

Ij vtuntur pileo nigro, & rochetto, ac mantelletto, in ſignum, quòd ſunt Prælati, qui etiam exempti ſunt à iuriſdictione ordinariorum dum deferunt habitum cum rochetto, aliàs nõ, vel actu officia ſua exercent cum habitu ſupraſcri-

pto, ex Bulla prædicta Leonis X. qui tamen ſubiacent iuriſdictioni ordinariorum in cauſis non excedentibus ſummam triginta ducatorum auri de Camera, ex dicta Bulla; & etiam iidem ſunt familiares Papæ, ex Palatio Apoſtolico panem edentes, ex Bulla 1. Paulli III. Sãctiſſimus, & proximiorem Pontificiæ ſedi locum habent in conſiſtoriis publicis, in capella verò, & alibi poſt Epiſcopos ſedẽt; ex Bulla 2. Pij II. Cum ſeruare. Cum ad eos ſpectet rogari de actibus in conſiſtorio peractis, vt ibi habetur, & iidem etiam exempti ſunt à taxis Capitolij, vt habetur in Bulla 2. Leonis X. Dum ſingularem.

2 *Notarij alij qui, & eorũ officium.* Alij notarij ſunt numero quadraginta octo, quatuor ſub quolibet Auditore, apud quos litigantes deponunt omnia quæ in iudicio aguntur, vt publicas perſonas, de quibus dictum eſt ſupra, cap. de Auditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator cur introductus, eius poteſtas, & officium.*

De Gubernatore Vrbis. Cap. XIII.

1 *Gubernator cur introductus, eius poteſtas, & officium.* CVM Papa vtrumque gladium à Deo ſibi cõceſſum obtineat, temporalis poteſtatem Gubernatori cõcedit, ad quem pertinet delicta punire, is enim à multis annis citra eſt Vicarius Camerarij, cui Camerarij, vt ſe ab ordinariis audientiis Cameralibus reuocarent, ſuas vices ſubdelegarunt, qua ratione ad eum pertinet, cum nullum tribunal cognitionum ſuarum teneat, remittere venientem ad ſuum iudicem, & curare vt omnes iudices ſuos terminos obſeruent, contra facientes puniendo, vel Papæ id referendo, cárceres prædiorum viſitando, & de officialium omnium, maximè notariorum tranſgreſſionibus, cognoſcendo, & ad debitam formam reducendo, in cõcernentibus verò ſtatum, vel pacem & quietem ciuitatis, & curiæ Romanę, officialem ad quem ſpectat iuuando, & omnia pro poſſe ad pacem reducendo, vt patet in Bulla 2. Sixti IIII. *Sanctiſſimus*, & idem etiã cognoſcit, & terminat cauſas quęrelarum contra barones, & capitales, ſcilicet mortis naturalis, vel brigarum vnà cum paceriis, & etiã per ſe cognoſcit

cauſas

cauſas treugæ, vel pacis ruptæ, & mercedum ſalariorum in quibus cognoſcit manu regia, & ſummariè, in quibus tamē ſit locus præuentioni inter ipſum, & Senatorem Vrbis, & ſi concurrant, Senator præferatur, & notarij Gubernatoris per ſe officium exerceant ſine tribunali, nec faciant regiſtra, & ipſe Gubernator habeat vnum conteſtabilem, cum viginti-quinque militibus, vel ſatellitibus ſine quo conteſtabili executores Gubernatoris non fiant. Idem tamen Gubernator ratione obligationis in forma Cameræ non poteſt aliquem excommunicare, vel denunciare excommunicatum, aliàs ſint nullæ, & Baricellus ſit merus executor nō iudex, & executiones per eū fiendæ fiant in Capitolio, niſi pro maleficij grauitate, & qualitate aliter videatur, repertos tamen in flagranti punire poteſt iuxta formam breuis eius, & dicti officiales in fine anni teneantur ſtare ſindicatui; & Gubernator teneatur pro ſe, & ſuis officialibus, ſuper quo in principio eius officij caueat. Idem etiam Gubernator in criminalibus cognoſcit de cauſis notabilium mercatorum, & cāpſorum, Oratorum, Principum, communitatum, familiarium Cardinalium, vel officialium curiæ, ſi laici ſint, ſic tamen, quòd in dictis cauſis locus ſit præuentioni inter ipſum, Auditorē & Iudicem Mareſcalli, qui tamē Auditor ſe intromittere non poteſt in cauſis capitalibus: alij verò laici curiam ſequentes conueniuntur in curia Mareſcalli, dummodo non ſint perſonæ prædictæ, Romani verò apud eorum iudices laicos, vt patet in Bulla 9. Iulij II. incip. *Decet*. Idem Gubernator poteſt mandare aliquem capi ſine legitimis indiciis præcedentibus, quod aliis iudicibus non licet, ſic tamen, vt Gubernator id faciat ex iuſtà cauſa, & iubeat inſtigatorem cauere de damnis, iniuriis, & intereſſe, vel cogat eum ad cauendum de ſe præſentando, vel mittat ad carceres arbitrio ſuo, ſed ſi indicia nō ſuperuenerint infra biduum, relaxetur; Idem etiam Gubernator arreſtare poteſt ob delationem armorum, vt habetur in Bulla 46. Pauli III. incip. Ad onus. & authoritati Gubernatoris facultas Capitolij non præiudicat, ex Bulla 137. Pij III. nec facultas Auditoris Cameræ. ex Bulla 54. eiuſdem. incip. Cum ſicut.

Ex Bulla verò Pauli IIII. 31. incip. Cupientes. ſtatuitur, vt Gubernator habitet in Vrbe in amplo palatio impenſis Apoſtolicæ ſedis conducendo, in quo ſint duæ aulæ, vna pro ciuilibus, alia pro criminalibus cauſis, & habeat ſub ſe tres

Digitized by Google

Iudices in ciuilibus, tres in criminalibus, cùm prouiſione quingentorum ſcutorum auri pro quolibet, qui ſummo mane coram eo compareant, & ibi tribus horis morentur, cum aduocato pauperum, qui iudices ipſos informare habet, aliis duabus horis operam dando cauſis audiendis coram iis deductis, qui iudices in fine anni coram Gubernatore ſindicatui ſtent, & Gubernator cauſas prædictis deleget, quæ voto omnium iudicum ciuilium, ciuiles, & criminales pariter terminentur, & à prandio ipſe, vel iudices prędicti cauſas mercedum, & huiuſmodi, manu regia terminet, & ſæpè incuſet iudices prædictos eos monendo, & etiam Papæ mandato præcipiendo, vt iuſtè iudicent, & quolibet menſe vni ciuili iudici, vnam cameram in palatio aſſignet, & vni criminali, aliam cum alimentis, quo elapſo, duo alij ſuccedant, & ſic ſucceſſiuè, & Gubernator, ac iudices ſub excommunicatione latæ ſententiæ, non recipiant munera à partibus, præter paucos fructus, nec eſculenta, aut poculenta, & quolibet die ſabbati dicti iudices in aulis prædictis conueniant pro ſententiis per eos ferēdis, à notariis cauſarum alta voce in præſentia Gubernatoris, & Iudicum publicandis, & legendis, & non vt in cedula, ſeruantes ſtylum, & terminos in curia ſeruari conſuetos, & procurator fiſci poterit ingredi vtranque aulam, & cum Iudicibus ſedere, & iudices ipſi nil pro ſententiis accipiant, ſed Depoſitarius Gabellæ ſingulis menſibus det eis ſtipendia ſtatuta, & ſi quid deeſt, ex prouentibus curiæ maleficiorum Gubernatoris ſuppleatur. Sede verò vacante, eius cura eſt, vt conclaue bene cuſtodiatur, & Bullæ deſuper editæ executioni mandentur, ex Bulla 61. Pij IIII. incip. In eligendis. Idem etiam eſt Gubernator Montis de Valētibus, cum ampla authoritate, ex Bulla 150. Pij V. incip. Cum apoſtolica, modo ibi expreſſo.

SVMMARIVM.

1 Senatoris officium cur inſtitutum, eius poteſtas, & officium.

De Senatore Vrbis. Cap. XIIII.

1 Senatoris officium cur inſtitutum,

CVm in curia Romana variæ ſint hominum ſpecies, quidam clerici Romani, qui ſubſunt iuriſdictioni Vicarij Papæ, laici verò Romani conueniuntur in Curia Capitolij, coram Senatore Vrbis, qui eſt prætor

prætor Vrbanus, vt patet Bulla 9. Iulij II. Decet; ideò Senator eſt Iudex ordinarius incolarũ Romæ, laici verò curiam ſequentes conueniuntur in curia Mareſcalli, niſi ſint exempti, vt notabiles mercatores, campſores, Oratores, Principum, Communitatum, familiares Cardinalium, officiales curiæ Romanæ, ſi Romani non ſunt, vel curiales curiam ſequentes, hi enim in ciuilibus conueniuntur coram Auditore, qui eſt iudex exemptorum in ciuilibus, in criminalibus verò eſt locus præuentioni inter Auditorem Cameræ, Mareſcallum, & Gubernatorem, qui tamen Auditor, vbi de pœna ſanguinis agitur ſe ingerere non poteſt, Senator etiam habet omnimodam poteſtatem in arma ferentes, ex Bulla 2. Sixti IIII. incip. Sactiſſimus. *eius poteſtas, & officium.*

Hic tres habet Vicarios, ab altero quorum ſi appelletur, iudex Capitolinus aditur, à cuius ſententia ſi ſit conformis primæ non appellatur. Adſunt & in Capitolio conſules ſingularum artium, qui ſodalibus ſuæ artis in plano ius dicunt, à quorum ſententiis grauati Conſeruatores Vrbis ibi reſidentes appellant, vt ſtatuere Leo X. Iulius II. & Paulus III.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Mareſcalli, & turris Nonæ cur inſtitutus, eius poſtas, & officium.*

De Iudice Mareſcalli, & Turris Nonæ. Cap. XV.

ADSVNT duo Iudices apud duas vltimas carceris cuſtodias, Turris Nonæ, & curiæ Sabellorum, qui vt humiliores iudices in plano quaſi ius dicunt, etiam vbi de leuioribus criminibus agitur, & à Iudice Turris Nonæ ad Gubernatorem, ab alio ſcilicet curiæ Sabellorum ad Auditorem Cameræ per appellationem deuoluuntur, & primus eſt iudex ordinarius curialium inferioris ordinis, ſcilicet iudex curialium non exemptorum; vt patet ex bulla 2. Sixti IIII. Si laici ſint tam mares, quàm fœminæ, & ei omnes meretrices certum tributum quotannis perſoluunt, & ipſe iudicat de earum mercede. 1 *Iudex Mareſcalli, & Turris Nonæ, cur inſtitutus, eius poteſtas, & officium.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Viſitatores carcerum cur inſtituti, eorum poteſtas, & officium.*

De carcerum viſitatoribus. Cap. XVI.

1 *Viſitatores carcerũ cur inſtituti, eorũ poteſtas, & officium.*

CVM ingens ſit numerus Iudicum curiæ, magnaque populi multitudo, ingens eſt etiam carcerũ copia, vnde multi patres pro eorum pietate conueniunt ad carceres viſitandos, ſcilicet Vicecamerarius, Gubernator, & Vicarius Vrbis, vnus ex ſeptem clericis cameræ, Theſaurarius, Aduocatus pauperum, & Fiſci, ac eius Procurator, & Commiſſarius cameræ Apoſtolicæ, & Vicarij eorum, qui ſingulis menſibus apud carceres ſedent, & ſinguli rei ab eis audiuntur, ac eorum Iudices, decernunt quid agendum de eorum liberatione, expeditione, tempore detentionis, & huiuſmodi, & ſimiliter ſi quis pro ære alieno detineatur, & conſtet de eius paupertate, patres de illius liberatione decernunt, & pro eius facultate creditori conſulunt, vt quòd certo tempore debitor ſoluat cum cautione tamen, & quandoque pro non valentibus cauere, ſub eorum obligatione, & triremium pœna, & ſi debitor ſit omnino impotens, & velit cedere bonis, eum admittunt patres, & liberant facta bonorum indicatione, in quibus creditores ſæpè ſolent ſe opponere.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati conſiſtoriales cur inſtituti, & quod eorum officium.*

De Aduocatis Conſiſtorialibus. Cap. XVII.

1 *Aduocati Cõſiſtoriales cur inſtitùti, & quod eorũ officiũ.*

CVM in electionibus, quę ad eccleſias in Conſiſtorio fiunt, appareãt ſæpè oppoſitores, conſtituti ſunt decem Iuriſconſulti excellentiſſimi facta de eis ſolẽni experientia, qui cauſas illas agũt, ad quas alij admitti nõ poſſunt, niſi iſti decem à Papa electi, qui tamen ob inopiã electionum, cùm ibi parua negotia adſint, aliis negotiis interſunt.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Procuratores ſacri Palatij cur inſtituti, & eorum officium.*

De Procuratoribus ſacri Palatij. Cap. XVIII.

ALII adſunt viri, qui Conſiſtoriales, & ſacri Palatij, quæ rotales dicuntur, cauſas inſtruunt, & orant, & Doctores ſunt, nec alij admittuntur ad hoc officium, licèt aliqui tolerentur. 1

Procuratores ſacri Palatij cur inſtituti, et eorum officiũ.

SVMMARIVM.

1 *Sollicitatores cauſarum qui ſint, & quotuplices, & eorum officium.*

De Sollicitatoribus cauſarum. Cap. XIX.

ALII ſunt in Romana curia, qui ſupplicibus in eorum impetrationibus, & diplomatum expeditione operam præſtant, qui Sollicitatores dicuntur, quorum aliqui publica authoritate conſtituuntur, & Iannizeri dicuntur, aliqui priuata, quorum aliqui ſemper ſunt inſignes viri, & receptores taxarum aliquid eis ſolent remittere, vt ipſi id lucrentur, non vt cedat commodo ſupplicis. 1

Sollicitatores cauſarũ qui ſint, & quotuplices, & eorũ officiũ.

Alij ſunt cauſarum Sollicitatores, quorum alij ſequuntur procuratores, alij ſunt ſui iuris, & hi multum procuratoribus obſunt, vt qui cauſas ferè omnes occupent.

SVMMARIVM.

1 *Notarij in curia qui ſint, & quod eorum officium.*

De Notariis. Cap. XX.

IN Sacro Palatio adſunt Notarij cauſarũ ſuarum actuarij quadragintaocto, quatuor ſub quolibet Auditore, & ſunt viri probati fide, & experientia, & habent corpus eius vniuerſitatis, cui Papa 1

Notarij in curia qui ſint, & quod eorũ officiũ.

multa

multa priuilegia conceſſit,& certis legibus ſua officia exercet,de quibus ſuprà ſæpè eſt dictum, quæ à Papa iis conſtituuntur,& Regens Cancellariæ æqua lance cauſas intra eos diſtribuit, & vnus ex eis extrahitur, qui Menſarius dicitur, qui cauſas eius Auditoris diuidit, cuique æquam portionem deſignando, & ſi inter eos oritur quæſtio, Menſarius omnium generalis,vel Decanus eam diffinit,& Notarij Cameræ & Cancellariæ recipiunt conſenſus reſignantium, & ſimilium.Pariſ de reſig.ben.lib.7.q.25.

Hæc de Prælatis curiæ Romanæ, inter quos, licèt non ſint aduocati,procuratores,& notarij:quia tamen eos ſequuntur, ac Romanam curiam,ideò eos prælatorum numero adiungere viſum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Congregationes in curia quæ fiant,& quæ ibi agantur.*

De Congregationibus Curiæ Romanæ. Cap. XXI.

1 *Congregationes in curia quæ fiāt, & quæ ibi agantur.*

MVLTAE prætereà deputantur à ſummis Pontificibus ad negotia magni ponderis expedienda Cardinalium,& virorum grauium Congregationes, vt Congregatio ſanctiſſimæ Inquiſitionis, cui præeſt vnus Cardinalis, qui ſupremus Inquiſitor dicitur,& ei interſunt plurimi grauiſſimi,& doctiſſimi viri,tum Theologi,tum Iuriſtæ,& habetur ſemel in hebdomada,vbi tractantur,quæ ad illam rem ſpectant.

Congregatio Sacri Concilij,in qua deputati ſunt ſex, vel octo Cardinales,ex Doctioribus, qui ad inſtantiam Epiſcoporum elucidant difficultates, quæ oboriuntur in Concilij Tridentini interpretatione.

Congregatio Epiſcoporum,in qua deputati ſunt totidem Cardinales, qui definiunt, quæ in controuerſiam veniunt circa regimen Epiſcoporum,& hæ congregationes ordinariæ exiſtunt.

Aliæ porrò extraordinariæ à Papa decernuntur,prout res contingunt,vt pro Regno Galliarum, pro rebus Germanorum,& huiuſmodi.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Delegare in genere quis poſſit.*
2 *Delegari qua poſſint, vel non ab ordinario.*
3 *Delegatus Papæ quas qualitates habere debeat.*
4 *Delegatus aliorum quas qualitates ſat eſt habere.*
5 *Delegatus qua forma conſtituatur.*
6 *Delegatus ſi non vult facere fidem ordinario de mandato, quid agendum.*
7 *Poteſtas quæ cenſetur in dubio delegata.*
8 *Delegatus quæ poſſit in genere, & in ſpecie.*
9 *Delegatus an poſſit ſubdelegare, cum ampliationibus, & limitationibus, & declarationibus.*
10 *Delegatus quæ alia poſſit.*
11 *Delegatus quæ non poſſit.*
12 *Delegatorum poteſtas, qualiter in multis caſibus particularibus intelligatur.*
13 *Delegatus quæ agere debeat.*
14 *Delegatus à quibus cauere debeat.*
15 *Delegati officium, vel poteſtas qualiter expiret.*

De iudice Delegato. Cap. XXII.

NOTANDVM, quòd Delegatus in genere, eſt, *Iudex cui vices in aliqua cauſa à principali conſtituente delegantur*: ſic dictus à delego, vt inquit Abb. in rubr. extra de offi. deleg. eccleſiaſticus verò eſt is cui à Papa, vel ordinario cauſa committitur, vel ab eo qui extraordinaria iuriſdictione aliquid poteſt, circa quod plura videnda ſunt, primò, quis poſſit delegare, & ex qua cauſa: ſecundò, cui poſſit delegari, vel non: tertiò, quæ poſſit delegatus: quartò, quæ non poſſit: quintò, in quibuſdam caſibus, vt res intelligatur: ſextò, quid debeat: ſeptimò, quid nõ debeat: octauò, quomodo finiatur eius iuriſdictio. 1 *Delegare in genere quis poſit.*

Quò ad primum, aduertendũ, quod delegare poteſt quilibet ordinarius, & etiã qui extraordinaria poteſtate aliquid poteſt, ordinarius tamẽ ſubdelegare nõ poteſt ea quæ pertinent ad ordinem Epiſcopalẽ, vt eſt conſecratio eccleſiarum, ordinatio clericorũ, &c. de quibus tract. ſequenti, niſi habẽti ordinẽ Epiſcopalem, pertinentia verò ad iuriſdictionem, vt

eſt

eſt audientia cauſarum, & reconciliatio, ac abſolutio pœnitentium, etiam non Epiſcopo poteſt delegare. c. aqua. extra de conſec. eccl. qui nec poteſt delegare cauſas criminales, vbi agitur de depoſitione actuali, niſi abeſſet ob magnã cauſam ab eccleſia, & tunc committere poteſt tantum cauſæ cognitionem, non verò diffinitionem. l. 1. ff. de offic. eius. l. 2. C. de pædan. iudic. niſi committeret cognitionem totius cauſæ alteri Epiſcopo, quòd poteſt.

2 *Delegari quæ poſſint, vel non ab ordinario.*

Sunt & aliæ cauſæ, licet non criminales, quas Epiſcopus delegare non debet, ob earum excellentiam, & grauitatem, vt cauſæ matrimoniales. c. ex literis. de conſanguin. ex cauſa tamen id poteſt, vt dicam tract. ſequenti. Secundò, non debet delegare poteſtatem diſpenſandi cum irregularibus: & ſi eſt homicidij voluntarij ratione, eam delegare non poteſt; nec etiam ipſe diſpenſare, in aliis prouenientibus ex delicto alio occulto poteſt per ſe, & vicarium ſpecialem diſpenſare. c. liceat, ſeſſ. 24. in Trid. Conc. niſi ſint ex contentis in Bulla Sixti V. contra ad ordines malè promotos, quia ſic diſpenſatio Papæ reſeruatur, vt dixi in tract. de Sacram. Ord. Tertiò, non debet alteri committere facultatem abſoluendi eos, qui in clericos manus violentas iniecerunt, caſibus quibus ipſe poteſt abſoluere, ſi tamẽ id concedit, valet conceſſio. c. eis. de offic. ordin.

Alias cauſas minores etiam ſpirituales, vt decimarum, iuriſpatronatus, & ſimiles, poteſt ſubdelegare, ſic tamen, quòd ſpirituales clericis tantum delegare poteſt. c. decernimus. c. quanto. de iudic. pecuniarias verò indiſtinctè. arg. c. te quidem. ſi. q. 11. & poteſt delegare exiſtentibus de alieno Epiſcopatu pertinentia ad iuriſdictionem voluntariam, quos tamen ad id cogere non poteſt, pertinentes verò ad contentioſam, non. c. vt animarum. de conſtit. in 6. de quibus videnda, quæ habentur tract. ſequenti. an verò delegatus poſſit ſubdelegare infra dicetur.

3 *Delegatus Papæ quas qualitates habere debeat.*

Quò ad ſecundum. Delegatus Papæ eſſe poteſt tantum conſtitutus in dignitate eccleſiaſtica, vel habens perſonatum, aut canonicatum in eccleſia Cathedrali. c. ſtatutum. de reſcript. in 6. niſi ex certa ſcientia Papa committeret cauſam non exiſtenti in dignitate, vel minori. cap. cum viceſimum. de elect. in c. per inquiſitionem. de etiam monacho. cap. cum in cunctis. de elect. vnde priores Mendicantium, & Guardiani minorũ poſſunt eſſe delegati Papę, quia ſunt in dignitate

gl.in c.nullus.de elect. in 6.Abb.in c.cauſam.de iud.Card.in cl.2.de reſcript. niſi in eodẽ monaſterio habeãt ſuperiorem, vt ſunt priores, qui ſunt ſub Abb.vt dicit Abb.in d.cl.& in c. cum olim.primò notab.vbi Apoſtil.de maiorit.& obed. qui honorandus eſt,& ei inferens iniuriam dicitur inferre ei cuius vices gerit, ob cuius reuerentiam eſt honorandus. Abb. in cap.cum olim.2.in princ de offic.deleg.

Debet etiã eſſa maior viginti annis,vel ſaltẽ decẽ & octo, ſi tamẽ hoc caſu interueniat cõſenſus partiũ.Abb.in c.cũ viceſimũ,de offi.deleg Princeps tamen minori decem & octo annis poteſt cauſam cõmittere, modo ſit pubes. Abb.in d.c.

Aliorum verò poteſt eſſe quilibet qui non prohibetur.

Quo verò ad formam conſtituendi delegatum, in ſcriptis id eſt faciendum,aliàs non creditur dicenti ſe eſſe delegatum,niſi id literis probet. c.cum in iure.de offic.deleg.idque probari debet, vt ibi dicit Abbas. per originale, vel per exemplum ex originali ſolemniter ſumptum,vel ſi partibus præſentibus,& conſentientibus, vel non contradicentibus, originale ſit exemplatum in actis,vt dicit Hoſt.quia in præiudicium partium acta fidem faciunt de tenore originalis. arg.l.1.C.de relat.vbi Bart.ſi tamen notarius ſolus exemplauit inſtrumẽta originalia reducẽda in actis, talis exemplatio facit fidẽ tantum de productione,non autẽ de tenore inſtrumenti, niſi pro betur per originalia, velmodis relatis.

4 *Delegatus aliorũ quas qualitates ſateſt habere.*

5 *Delegatus qua forma conſtituatur.*

Quod ſi Papa ſcribendo Epiſcopo, excitat eius officium, vt puniat talem, vel vigilet, non eſt delegatus, niſi adſint verba præceptiua, vt præcipimus. Gom. in c. 1. nu. 12. de reſcript. in 6.

Quod ſi delegatus non vult docere coram ordinario de mandato, & excommunicat ſibi parere nolentem, vel qui ſententiam non exequitur, talis excommunicatio non tenet, cùm delegatus nõ habeat iuriſdictionem ſuper ordinarium niſi ſit contumax, quod non eſt hic, cum petat fidẽ de mandato. Sed ſi ordinarius malitiosè dicit ſe de mandato dubitare, allegando maximè falſitatem reſcripti;tunc delegatus poteſt exequi ſententiam per ſe.cap.in literis.de offic. deleg Secundò, poteſt punire ordinarium malitiosè procedentẽ,& opponentẽ puniendo eũ in triginta libris auri. arg. l.2.C.de leg.& Abb.in c.præterea.de dil. dicit,quòd ſi agitur de præiudicio grauiſſimo,vel grauiori,nõ eſt parendũ dicẽti ſe eſſe delegatum, licet ſit perſona digna fide, niſi conſtet de

6 *Delegatus ſi non vult facere fidem ordinario de mãdato,quid agendum.*

de pleno mandato, nec ad id ſufficere copiam ſimplicem. l. vnica. C. de mand. princ. nec ordinarius debet ſententiam exequi. arg. c. nobiliſſimus. 9. diſt. Sed ſi agitur de præiudicio graui, & citatus ſit in partibus remotis valdè, ſat eſt mittere exemplum reſcripti: ſed ſi agitur de leuiſſimo, vt quia citatus eſt in loco ciuitatis, non oportet exemplum mittere, quò ad effectum arctandi citatum ad comparendum, ſed ſatis eſt aſſerere ſe delegatum. arg. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. ſecùs ſi ſimpliciter citet non aſſerens ſe eſſe delegatum, niſi ſit aliàs ordinarius.

Delegatus etiam vbi vtraque pars eſt coram ſuperiore, non debet dari, ad inſtantiam vnius partis tantum, ſed ſi vna eſt abſens, alia præſens, de ſtilo curiæ eſt, vt detur ad inſtantiam vnius partis tantum, ſalua facultate alteri parti recuſandi iudicem ex cauſa rationabili; & ſi præſens petit apponi clauſulam in præiudicium abſentis, ſi dicitur eſſe in curia, de ſtilo eſt, vt citetur ſaltem per edictum generale, & ſi vtraque pars eſt præſens, nec concordant in iudicem, communis ſtilus eſt, vt quælibet pars eligat vnum, & curia tertium. Abb. in cap. cæterum. num. 11. de reſcrip.

Ex forma etiam delegationis venit, vt quis non trahatur vltra diœtam: niſi literæ ſint impetratæ de conſenſu partium, quæ conſenſerunt in iudices remotos expreſsè: ſecundò, quando reſcriptum facit expreſſam mentionem. de conſtit. cap. ſtatutum. §. cum verò. de reſcript. in 6. Abb. in c. non nulli. num. 3. & 4. de reſcript.

7 *Poteſtas quæ in dubio cenſetur delegata.*

Vbi verò non conſtat, quæ iuriſdictio ſit demandata, ſi committens dicit, authoritate noſtra cognoſcas, intelligitur demandata iuriſdictio ordinaria: vt not. in procem. inſtit. ſed ſi id non exprimitur, per commiſſionem vnius negotij, vel plurium, non videtur demandata iuriſdictio ordinaria. l. ſi certarum. ff. de mil. teſt. ſecus ſi committitur vniuerſitas cauſarum. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. Et per ſolam citationem incipit perpetuari iuriſdictio delegati, etiam ſi moriatur delegās. Guid. Pap. q. 421. Gom. q. 45. de ann. poſſ. & q. 54. & 81. etiam ſi citatio ſit nulla, dummodo non ſit defectus iuriſdictionis. Gom. in cap. 1. num. 126. de conſtit. in 6. & q. 45. de ann. poſſeſſ.

8 *Delegatus quæ poſſit in genere, & in ſpecie.*

Quò ad tertium. Multa poteſt iudex delegatus, id prius aduertendo, delegatam poteſtatem eſſe ſtricti iuris, ideò ſolum concedi id quod eſt commiſſum, & ſine quo expediri non

non poteſt cauſa ipſa cap. 1. cap. prudentiam de offic. deleg. glo.in cap.ſolet de ſent.excom. Gem.in cap.præſentium.de teſtib. id verò propter quod cauſa facilius expediri poſſet, non venit niſi expreſsè committatur.

In particulari verò, delegatus multa poteſt, primò enim in dubio cognoſcit de validitate reſcripti. Abb.in cap.ſuper literis.2.col.de reſcript.

II. Si remittit cauſam ad delegantem, poteſt præfigere terminum partibus intra quem coram eo compareāt, etiam ſi in literis id non exprimatur, cum acceſſoriè veniat ad cauſam. Abb.in c.dudum.ſecundò notab.de elect.

III. Poteſt citare, cōtumacem punire, & ſingula ad cauſam pertinentia facere, & eligere ſibi nuntium, & officiales, & eos punire ſi delinquant in officio, & etiam teſtes in officio delinquentes, ſi per hoc impediatur eius iuriſdictio, aliàs debet eos facere puniri per ordinarium. Abb. in c.præterea. num.1.& 4.de offic.delegat.licet ea non caueantur in commiſſione, vt ibi dicit.

IIII. Licet perpendat reſcriptum non valere, poteſt tamen annullando reſcriptum, condemnare actorem in expenſis. Abb.in c.fin.num.14.in glo.fin.de reſcript.

V. Si ei committitur, vt cauſam decidat ſecundùm iura, poteſt & ſecundùm ſtatuta, & conſuetudinem loci eam decidere. Abb. in cap. cum nobis. de elect. Bald.in rubr. extrà de conſuet.

VI. Poteſt punire turbantes ſuam iuriſdictionem, ſi delictum eſt notorium per cenſuras, & etiam eos mulctare, ſi verò delinquant contra eius perſonam, debet eos facere puniri per ordinarium. Abb.in cap.1. num.1.& 6.de offic. delegat.

VII. Poteſt cauſas ſibi commiſſas, ſi eſt delegatus, ſubdelegare, reſeruato ſibi conſilio, id eſt, quòd in decidendo petatur ab eo conſilium, qui tamen cauſas graues nō poteſt ſubdelegare, vt matrimoniales. Abb.in cap.ſi pro debilitate. num.2.6.& 7.de offic.deleg.qui, & vbi ex neceſſitate ſubdelegat, cogere poteſt ſubdelegatum ad acceptandum. Abb.ibi num.1. vbi verò delegatus reſeruat ſibi conſilium non deſinit eſſe iudex, quia non aufert ſibi aliquid iuriſdictionis. Abb.ibi in glo.2.in fin.& eo caſu ſi ſubdelegatus non requiſito conſilio, ſententiam fert, non tenet. Abb. in d.c.nu.7.qui & tunc tenetur ſequi conſiliū, vbi cōmittens ſibi id reſeruat,

Digitized by Google

vt iudex : ſecus ſi vt tertius, quia tunc ſat eſt, vt id requirat. Abb.ibi. vbi reſeruat ſibi conſilium vt iudex, quo caſu delegatus poteſt etiam inhibere commiſſario ne ferat ſententiam, ſecus ſi ſibi reſeruat conſilium, vt tertius, quia ſic, vt ſupra, amittit iuriſdictionem.

VIII. Poteſt punire & mulctare contumaces. Abb. in c. de cauſis. 1.col de offic.deleg.num.12.

IX. Licet non poſſit diſpenſare in pœna à iure ſtatuta, tamen exequendo ius, poteſt ex cauſa pœnam augere, vel minuere. Abb.in c. de cauſis.num.16 de offic.deleg.

9 *Delegatus an poſſit ſubdelegare, cũ ampliationibus, & limitationibus, & declarationibus.*

X. *Delegatus à Papa, vel alio Principe, poteſt indiſtinctè cauſam totam vel partem alteri ſubdelegare.* l. à iudice. C. de iudic.c.fin.de offic.deleg.Innoc.in c.paſtoralis.eod. Princeps verò intelligitur Papa, Imperator, vel Reges, qui non recognoſcunt ſuperiorem in temporalibus. c. per venerabilem. qui filij ſint leg. Bart.in l.1.ff.qui & à quibus. Abb. in c.paſtoralis.de offic.deleg.in princ.

Ampliatur, vt procedat non ſolum cùm in ſolidum eſt iudex, ſed etiam ſi habet collegam, licet ipſe collega velit per ſe procedere, & etiam nomine collegæ; qui tunc procedet nomine proprio, & collegæ. cap.ſi pro debilitate.de offi. deleg. Abb.in cap.quamuis. eod.tit.quo tamen caſu ſic procedens non poteſt ferre diuerſas ſententias. Abb.ibi num.2. ad fin.

II. Ampliatur etiam ſi datus ſit ex officio, vel ex conſenſu partium, vel cum clauſula præelectionis, id eſt, quòd ſi non omnes, tu cum alio exequaris; niſi illud verbum geminetur, vt quia dicatur, tu exequaris, aliter non intelligitur electa induſtria perſonæ, cum regulariter per commiſſionem Papæ, non intelligatur electa induſtria perſonæ, ſed tantum prouiſum negotio : vt dicit Abb. in c. fin. eod. & ſi Papa tertium delegatum deputet de conſenſu partium, licet is de honeſtate ſubdelegare non debeat, non tamen de neceſſitate. Silu.delegatus.num.12.

III. Ampliatur, vt is cui negotium committitur, vt perſonaliter exequatur de conſenſu partium tacitè, vel expreſſè, poteſt id alteri ſubdelegare, niſi forma reſcripti fundata ſit, non ſuper vtilitate partium, ſed ſuper publica, quæ remitti non poteſt per partes. Abb. in cap. fin. extra eod.ſi tamen Papa committat, vt infra, inquiſitionem, vel prouideri eccleſiis de prælatis, vel aliis miniſtris, non poteſt ſubdelegari,

gari, quia in his fides, & induſtria perſonæ videtur eligi. d. cap.fin.

III. Ampliatur, vt delegatus poſſit delegare vni, vel pluribus,& etiã ſi plures ſint delegati à Principe,vnus ex eis poteſt pluribus cauſam delegare, qui tamen tenent locum vnius, ita quòd nil valet niſi maior pars conſentiat in vnam ſententiam. Abb.in c.cum te cõſulente.nu.2. & 3.extra eod.

IIII. Ampliatur,vt poſſit etiam principium,medium,& finem cauſæ coniunctim, & diuiſim ſubdelegare. Abb. in c. ſuper quæſtionum.in princ.de offi. deleg. non poteſt tamen cauſam ſubdelegare appellatione remota, etiam ſi id ſibi conceſſum ſit in commiſſione, nec etiam delegatus Principis,vel Papæ.Abb.ibi num.3. *Inferior verò à Principe ſi delegat,non poteſt delegatus ſubdelegare, niſi aliquem articulum non iuriſdictionalem : articulum verò iuriſdictionalem ſubdelegare non poteſt,nec poteſt committere receptionem teſtium,committendo hunc articulum cum iuriſdictione.* Sine iuriſdictione verò poteſt, vt quia prius approbauit perſonas teſtium,& examinauit interrogatoria, quia ſic committitur nudum miniſterium, quod ſolet committi notario.Abb. in d. cap. ſub num. 9. & licet iudex appellationum iure ciuili non poſſit cauſas ſubdelegare,ſecus tamen eſt de iure canonico. Abb.ibi num.15. nec delegatus ab inferiore à Principe poteſt ſubdelegare cauſam criminalem. Abb.ibi num.14.in fin.qui remiſſiuè,dicit,id ſpectare ad ſolum Principem.

V. Ampliatur,vt poſſit,vt ſupra,totam iuriſdictionem ſibi commiſſam alteri ſubdelegare, & etiam pro parte, ſed primo caſu non remanet amplius iudex, qui tamen non poteſt dare facultatem ſubdelegato ſubdelegandi; qui tamen, vt ſupra, poteſt ſubdelegare, reſeruata ſibi executione. Abb.in d.cap.porrò.& tunc virtute huius executionis debet ad eum appellari. Abb.in d.§.porrò. & etiam Papæ delegatus poteſt ſubdelegare ſine conſenſu partium actum iuriſdictionalem. Abb.in d.§.ad fin.

VI. Ampliatur, vt poſſit cauſam pro parte etiam ſubdelegare,partium conſenſu non requiſito. Abb.in c.ſuper quæſtionum.§.eius verò.extra eod.

VII. Ampliatur,vt etiam cogere poſſit ſubdelegatum ad ſuſcipiendam delegationem,niſi id agat vt malitioſè ſe exoneret,in inchoatione defertur dignitati. Abb.in c.paſtoralis. extra eod.

Digitized by Google

VIII. Ampliatur, vt ſicut poteſt committere totam cauſam; ſic & citationem, & punire contemnentem acceptare. Abb. in d.c.§. item cum in totum. & poteſt committere cui vult hanc citationem: nec cogitur ſtare nunciis publicis, & poteſt etiam mulctare ſibi non parentem, & cogere omnes officiales neceſſarioꝗ pro cauſa expedienda. Abb. in d. §. & etiam delegatus inferioris poteſt committere actum citationis, quia non eſt iuriſdictionalis, & ſibi non parentem punire. Abb. ibi num. 4.

IX. Ampliatur, vt deputatus ſuper inquiſitione dilapidationis, & datione coadiutoris, ſubdelegare poſſit. Abb. in c. venerabili. 1. col. de offi. deleg. & generaliter ſi grauetur infirmitate. c. ſi pro debilitate. eod. Abb. in d. c. venerabili.

X. Ampliatur, licet datus ſit ex officio, vel de conſenſu partium, vel cum clauſula præelectionis, ſi non omnes &c. tu cum alio exequaris. Abb. in c. fin. in princ. de offic. deleg. & etiam id poteſt inuitis partibus. Abb. in d. cap. non tamen poteſt delegare conſocio electo ab vna parte. Abb. ibi.

XI. Ampliatur etiam ſi competat ei nudum miniſterium ex priuilegio, etiam quòd non excedat eius perſonam. gl. & Abb. in cap. fin. de offic. ordin.

XII. Ampliatur, vt poſſit committere abſolutionem, modo habeat iuriſdictionem, vt quia in cauſa tulit excommunicationem, & non ſit ei delegata multa poteſtas abſoluendi. Abb. in d. cap. fin. in fin. de offic. ord.

Limitatur, quando certum miniſterium ei committitur, vt prædicare crucem, abſoluere excommunicatos, diſpenſare cum irregulari, & generaliter quando committitur nudum miniſterium, & non iuriſdictio. Innoc. in c. paſtoralis. in fin. extra eod. vel quando per verba reſcripti comprehenditur electa fides, vel induſtria eius, vt cum dicitur, confidimus de tua induſtria, vel perſonaliter exequaris, vel ſi negotium non eſt bene expedibile per alium, tunc enim non poteſt ſubdelegare. Couar. lib. 3. cap. 20. var. reſolu. niſi ſit Legatus Pap. æ. d. c. fi. ſimiliter poteſt ſubdelegare etiã ſi dictum ſit quòd perſonaliter exequatur, de conſenſu partium, niſi iniungatur, vt inquiſitionem faciat, vel eccleſiis de prælatis, aut aliis miniſtris prouideat, ſic enim non poteſt alij ſubdelegare. Vnde ſi prælati habent ex priuilegio, quòd aliquo caſu poſſint abſoluere ſubditos, vel cum eis diſpenſare, non poſſunt id alij delegare, ſi id conceditur circa determinatos ſubditos,

ſubditos, vt hunc vel illum: ſecus ſi circa ſubditos in genere, quia ſic poteſt ſubdelegare; & idem ſi committitur nudum miniſterium circa certam perſonam, ſed in re non magna, vt prædicta, tunc ſic poteſt ſubdelegare, vt dicit Silu. delegatus. nu. 11. Abb. in d. c. fi. §. cæterum.

II. Limitatur, vt nedum delegatus inferioris à Principe non poſſit ſubdelegare, ſed nec ſubdelegatus delegati, vt ſupra; & ſimiliter ſi ex parte eſt delegatus Principis, & ex parte inferioris, quia ratione cauſæ delegatæ ab inferiori non poteſt totam cauſam ſubdelegare. Abb. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò, extra eod.

III. Limitatur, quando committitur prouideri eccleſiis de perſonis principalibus, vel inquiſitio grauis ſit ſpecialis, ſecus de coadiutoribus. Abb. in c. venerabili. extra eod.

IIII. Limitatur, vt ſupra, quando committitur, vt perſonaliter exequatur, ſecus ſi dicatur, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, quia ad hæc poteſt ſubdelegare. Abb. in c. fi. §. is autē. in fi. extra eod. nec poteſt ſubdelegare, ſi ei committitur nudum miniſterium exequendum, niſi ſit Legatus Papæ; nec ſi ei committitur, vt diſpenſet cum irregularibus. Abb. in d. c. §. cæterum. ſi tamen Papa committendo nudum miniſterium, dat etiam iuriſdictionem, dicēdo, compeſcendo contradictores, poteſt ſubdelegare iuriſdictionem, ſed non nudum miniſterium. Abb. in d. §. ver. quæro. & ſi cui committitur nudum miniſterium ſub nomine dignitatis, ſi is moritur, tranſit in ſucceſſorem, ſi ex verbis non apparet, quòd elegerit induſtriam perſonæ. Abb. in d. §. ver. vltimò quæritur. & ſi cui eſt facta generalis commiſſio, non poteſt ſe impedire de his quæ alij ſunt ſpecialiter commiſſa. idem in c. ſtuduiſti. de offic. deleg.

V. Limitatur, in his quæ Princeps ſibi reſeruauit, quę poſtea alicui committit. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 20. nu. 6.

VI. Fallit, in delegato Cardinalis à latere. Couar. ibi.

VII. Fallit, in eo cui committitur teſtium examinatio, niſi de conſenſu partium. Innoc. in c. cauſa. de reſtit.

Declaratur, quòd vbi Legatus, vel delegatus poteſt ſubdelegare, id non poſſit, niſi exiſtenti in dignitate, perſonatu, aut canonico eccleſiæ Cathedralis. iuxta c. ſtatutū. de reſcrip. in 6. Abb. in c. paſtoralis extra eod. & etiam poteſt ſubdelegare Epiſcopis, & Archiepiſcopis, & eos cogere ad acceptādum. Abb. in d. c. & etiam poteſt id facere ſine cauſa ne ſe

Digitized by Google

implicet negotiis, & ſi etiam id malitiosè facit, valet ſubdelegatio, ſed non poteſt cogere ad acceptandum ſubdelegatum. Abb ibi in gl. 1.

I I. Declaratur, quòd vbi quis poteſt ſubdelegare, poteſt & cogere commiſſarium, vt ſupra, quòd acceptet delegationem. Innoc. in c paſtoralis. extra eod. niſi conſtet, quòd id agat malitiosè, vt ſe exoneret, tunc enim ſi vellet cogere, poſſet appellare.

Differentia tamen eſt inter delegatum à Papa, vel Principe ſupremo, & ab inferiore, ꝙ primus poteſt cogere omnes etiam ſi non ſint ſui fori. l. vnica. C. qui pro ſua iuriſd. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mun. & hon. exceptis aduocatis, qui cogi non poſſunt alibi, quàm in ſuo foro recipere iudicium. l. ſancimus. C. de iudic. Delegatus verò ab ordinario cogere non poteſt hominem alterius fori ad acceptandum, caſibus quibus poteſt ſubdelegare. l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & gl. in d. c. paſtoralis. vbi Abb.

I I I. Declaratur, quòd ſi quis vices ſuas alteri committit, non poſſit reuocare commiſſionem, ſi is cœpit vti iuriſdictione. Abb. in c. venerabili. de offic. deleg. qui ſi & ſimpliciter committit vices ſuas, intelligitur in totum commiſiſſe. Abb. in d. c. in fi.

Quòd ſi ſit delegatus, non à Principe, ſed ab alio inferiore, etiam impeditus infirmitate, vel alia iuſta cauſa, ſubdelegare non poteſt. l. prætor. §. ſi poſt. ff. de var. mun. l. à iudice. C. de iudic.

Fallit tamen id primò, in vno articulo cauſæ, quia videtur id poſſe alteri committere clem. 1. de offic. deleg. Secundò, quando eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum alicuius caſtri, vel eccleſiæ, quia tunc poteſt vnam cauſam ſubdelegare. gl. in c. cum cauſam. vbi Abb. de appell. gl. item in clemen. & ſi principalis. de reſcript. in c. Romana. eod. in 6. etiam Vicarius foraneus Epiſcopi. l. 1. §. 1. ff. quis & à quo. Tertiò, ſi id ſibi ſpecialiter conceditur. Io. And. in c. is cui. de offic. deleg. in 6.

10 *Delegatus quæ alia poſſet.*

X I. Delegatus Papæ poteſt mandare ordinario, vt ſententiam ſuam vel factum exequatur, ordinario negligente extãte, cum quo ad cauſam commiſſam maior ſit omnibus poſt Papam. cap. ſtuduiſti, vbi Abb. de offic. deleg. Abb. in cap. ſignificaſti. eod. tit. & etiam ipſe poteſt ſententiam ſuam exequi, & etiam poteſt pro executione ſuæ ſententiæ

inuocare

Digitized by Google

inuocare auxilium brachij ſecularis,ſi id in mandato continetur, aliàs non. Innoc. in c. 1. de præbend. qui tamen non poteſt habere officiales armatos. Abb. in d. cap. licet habeat merum imperium, ſed ſi eſt delegatus inferioris à Principe non poteſt ſententiam ſuam executioni mandare. Abb. ibi. & in c.quærenti.eo.Hoſt.in c.cõſuluit.eod.nec ex ſola commiſſione executionis delegatus Principis dicitur functus officio ſuo,ſed opus eſt actuali executione: vt dicit Abb.in d.c. in gl.1.Doct.in l.à diuo Pio.ff de re iud.qui tamen non poteſt mouere bellum contra ſibi reſiſtentes, nec arma mouere, quia id ſpectat ad ſolum Principem. Abb. ibi. & poteſt etiam per ſe ſententiam exequi priuſquam ordinarium requirat, & etiam deputare alium ad actum executionis, licet non ſit ordinarius. Abb.in c. in literis. de offic. deleg. qui & non dicitur per ſententiam functus officio ſuo, ſed tantum poſt executionem, licet amplius non poſſit ſe impedire de cognitione cauſæ.l.iudex.de iudic. Abb.in cap. in literis. de offic.deleg.vbi & quærit quando ſententia eſt nulla an poſſit in ea ſe impedire, & dicit, quòd ſi non ſeruauit formam mandati id poteſt, ſecus probabiliter ſi ex alio capite eſt nulla.

XII. Delegatus Papæ poteſt punire ſibi reſiſtentes cuiuſcunque conditionis, quia repræſentat Papam cui ſubeſt totus orbis.c.cuncta.9.q.3.ſecus in delegato alterius,qui non poteſt punire,niſi ſubditos delegantis, vel in eius territorio exiſtentes. Abb. in d.c. ſignificaſti. ſi tamen is iniuſtè procedat,poteſt ordinarius loci ei reſiſtere.Abb.in c.ſi quando. de offic.deleg.Anch.in cap.ea quę.de reg.iur.in 6.Bart.in l.omnes. C. de decur. nec delegatus poteſt mandare executioni tranſactionem coram eo factam. Abb.in d c.ſi quando. nu.3. de offic.deleg.

XIII. Non ita arctatur expreſſione formæ, vt nil audeat præter contenta in ea, ſi enim excipitur rationabiliter contra actorem,tenetur exceptionem admittere. Abb. in c. ex parte.2.de offic. deleg. cum ex commiſſione non intelligantur excluſæ exceptiones rationabiles, qui tamen nõ debet admittere minus rationabiles. Abb.ibi.

XIIII. Poteſt cognoſcere nedum inter partes,ſed etiam inter tertium comparentem pro ſuo intereſſe. Abb. in c. ſuper.de offic deleg.

XV. Si ſibi reſeruauit executionem ſententiæ, re-

Digitized by Google

manet iudex, & debet ad eum appellari à ſubdelegato ſuo. Abb. in c. cum te conſulẽte. nu. 3. ver. extra. gl. de offic. deleg.

XVI. Si delegatus habet proficiſci, & ſit ita impotens, vt non poſſit ſuis expenſis itinerare, poteſt à principio petere expenſas itineris. Abb. in c. prouidentiam. nu. 23. de offic. deleg.

XVII. Poteſt cognoſcere non ſolum de eo quod venit acceſſoriè ad cauſam ſibi commiſſam, ſed etiam quod venit acceſſoriè ad acceſſorium cauſæ, vnde poteſt abſoluere excommunicatum, & cognoſcere de cauſa excommunicationis, quia id venit acceſſoriè ad cauſam ſibi commiſſam. Abb. in d. c. §. ſi verò.

XVIII. Poteſt in alteram diẽ expectare contumacem, & ei parcere, vel citare in diem ſequentem. idem in c. conſuluit. ſecundò notab. extra. eod. niſi expiret eius iuriſdictio, & etiam poteſt ferre ſentẽtiam vltima die termini ſibi præfixi. idem, ibi nu 13.

XIX. Poteſt per ſe ſuam ſententiam, vt ſupra, mandare executioni vſque ad annum integrum, idem in c. quærenti. de offic. deleg. ordinario non exequente, vt ſupra, qui annus vtilis non eſt, ſed continuus dierum trecentum ſexagintaquinque, quia nõ attenditur annus biſſextilis l. 4. §. Stichus. ff. de ſtatu lib. vbi verò victus paruit ſententiæ, ceſſat eius iuriſdictio, niſi turbetũr poſſeſſio, quia vſque ad annum poteſt conſeruare executionem ſententiæ; & etiam iuriſdictio delegati durat poſt annum ſi non tulit ſententiam, ſi verò ſententiam tulit quæ non eſt executioni data, durat eius iuriſdictio vſque ad annum, ſi verò eſt executus, ceſſat, niſi turbetur poſſeſſio, vt ſupra, & tunc ordinarius eam exequitur. gl. in d. cap. quærenti. Vnde ſi poſt diffinitiuam excommunicauit, vel ante, & poſtea tulit diffinitiuam, non poteſt ab ea abſoluere poſt annum, ſed eſt recurrendum ad delegantem. Abb. in c. quærenti. alleg. nu. 6. & 7.

XX. Poteſt procedere appellatione remota, in caſu de quo in c. paſtoralis. §. cum autem. in gl. fi. ibi. de offic. deleg. quando ſcilicet pars malitioſè procedit, ne iudex die ſtatuta iudicet, vt ibi habetur.

XXI. Delegatus Papæ, & ſubdelegatus ad certum articulum habet iuriſdictionem, & coerctionem circa articulum ſibi commiſſum. Abb. in c. ex literis. 1. col. extra. eod. & etiam nudus executor poteſt coërcere ſaltem circa executionis

cutionis actum. Abb. in d. c. in gl. in verbo, ſubdelegatus. & ibi Hoſt. quando tamen mandatur non nuda executio, quia ſic non poteſt exercere iuriſdictionem, vbi factum eſt prius plenè cognitum, ſed aliquod nudum miniſterium; tutius tamen eſt, vt abſtineatur à iuriſdictione, niſi dicatur, contradictores compeſcendo, vel vices noſtras committimus in tali actu: vt ibi dicit Abb. vbi, & remiſſiuè agit quid iuris ſit in delegato inferioris à Principe.

XXII. Delegatus referens proceſſum ad ſuperiorem, poteſt referre ſub proprio ſigillo, vt ſic euitetur ſuſpitio falſitatis. Abb. in c. cùm olim. 2. de offic. deleg.

XXIII. Delegatus non perdit iuriſdictionem, licèt ſit negligens, vel doloſus in procedendo, etiam ſi ex culpa ſua foueatur peccatum ſuum. Abb. Innoc. Io. And. in c. ſignificauit. de offic. deleg.

XXIIII. Delegatus Papæ poteſt mittere in poſſeſſionem, & etiam excommunicare. Abb. in cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. & etiam poteſt committere abſolutionem, ſi habet iuriſdictionem, vt quia fuit delegatus in cauſa qua tulit excommunicationem, ſecus vbi ſibi eſſet delegata nuda poteſtas abſoluendi. Abb. in c. fi. in fi. de offic. ordin.

XXV. Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt corrigere ſuam ſententiam etiam diffinitiuam, ſi errauit iudicando, ſecus in delegato ad vnam cauſam tantum. Abb. in c. qualiter. 1. gl. 1. de accuſ.

XXVI. Si ei committitur, vt de facto procedat, poteſt procedere ſine cauſæ cognitione, & probatione. l. ictus. ff. de his qui not. in fam. Bart. in conſ. 98. Imol. in c. quintauallis. in 4. differentia. de iureiur.

XXVII. Si delegatus de conſenſu partium commiſit cauſam non in totum, ad eum appellatur non primum delegantem. Abb. in cap. ſi quis contra nu. 24. de foro compet.

XXVIII. Poteſt iure canonico delegare ea quæ ſunt meri, vel mixti imperij. Abb. in d. c. num. 34. in 1. lect. & etiam poteſt mittere in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto, etiam ſi ſit delegatus inferioris à Principe. Abb. in repet. d. c. nu. 33.

XIX. etiam ſi delegans ſit excommunicatus, poteſt exercere iuriſdictionem. gl. in c. licet. de offic. deleg.

Digitized by Google

11 *Delegatus quæ nõ poſſit.* Quò ad quartum. Non poteſt Iudex delegatus multa agere: primò enim, ſi eſt deputatus ſub nomine dignitatis, non poteſt cognoſcere cauſam extra iuriſdictionem dignitatis, niſi dicatur, committimus talem cauſam Epiſcopo Bononienſi commoranti in curia talis Principis. c. fi. vbi Io. And. de rerum permut. Abb. in c. nonnulli. 2. col. de reſcript.

II. Non poteſt punire tertium, qui in eius perſonam deliquit, niſi ex hoc ſua iuriſdictio impediatur. Innoc. in c. 1. de offic. deleg & caſu quo poteſt punire, non poteſt imponere pœnam ordinariam, & extraordinariã. Abb. in d. c. nec etiam poteſt procedere contra officiales delinquentes contra eum, niſi impediatur eius iuriſdictio, ſed debet facere eos puniri per ordinarium. Abb. ibi.

III. Si ſit ſibi facta generalis commiſſio, non poteſt ſe impedire de his quæ aliis ſunt ſpecialiter commiſſa. Vnde non poteſt tollere priuilegia, vel ſtatuta ſpecialia alicui loco facta, licèt de nouo poſſit prouidere, niſi cauſa noua, & inconſiderata emergeret. Bart. in l. ſi honorem ff. mand. Abb. in c. ſtuduiſti. de offic. deleg.

IIII. Si ei committitur aliqua cauſa, vt iuriſpatronatus, non poteſt exequi ſuam ſententiã inſtituendo, ſed id mandat ordinario. c. ſuper eo. de inſtit. qui ſi recuſat inſtituere, ipſe inſtituet. c. prudentiam. in fi. eo. Sylua. 2. part. de benef. q. 13. nu. 1.

12 *Delegatorũ poteſtas, qualiter in multis caſibus particularibus intelligatur.* Quò ad quintum. Si plures Iudices delegati impetrantur à diuerſis ſi faciunt varios, & contrarios proceſſus, validitas proceſſuum dependet à validitate literarum etiam re dubia exiſtente. Abb. in c. ex tenore. de reſcriptis.

II. Si plures ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ſi proceſſerunt ſimul in cauſa, non valet ſententia vnius, & etiam à principio non poſſunt ſeparatim procedere, niſi delegans id eis conceſſerit. Abb. in cap. cauſam. 1. nu 7. in gl. in verbo, vnius. ſed ſi vnus ex tribus, vel pluribus iudicibus dixit opinionem ſuam in præſentia aliorum, nec potuit illos trahere in ſuam ſententiam, poſſunt alij ſententiam ferre, vt ibi dicit nu. 8.

III. Iudex delegatus poteſt recuſari ſi eſt dominus impetrantis. Abbas in c. cauſam quæ eod. tit.

IIII. Si delegatus ſubdelegat non in totum, appellatur non ad Papam, ſed ad proximum delegantem, niſi delegatus eſſet excommunicatus, vel aliàs impeditus, quia tunc appellari

Digitized by Google

appellari poteſt ad Papam.c.is cui.de offic.deleg.in 6. Similiter id non procedit ſi negatur iuriſdictio ſubdelegantis, vt quia dicitur Papam fuiſſe mortuum re integra. cap. ſi à ſubdelegato. eo.in 6. Abb.in c. cùm te conſulente. nu.1. extra.eod.

V. Si in reſcripto apponitur clauſula, *quòd ſi non omnes* [p]*rocedere poſſunt duo ex vobis procedant*, operatur, quod [d]uo procedere non poſſint, niſi prius conſtet de impotenti[a] tertij; ſi verò dicatur, omnes, aut duo, alij poſſunt cognoſcere, licèt non conſtet de impedimento conſortis, quòd [ſ]i dicatur, *ſi alij procedere non poſſunt, tu frater Epiſcope procedas*, datur prærogatiua, ita quòd alij ſine Epiſcopo procedere non poſſunt, ſed bene Epiſcopus ſine illis, conſtito de impedimento. Abb.in c.prouidentiam. nu. 1.2. & 3.de offic. deleg. Quòd ſi duo ex tribus delegatis, vbi tertius ſe non excuſauit, citant non expreſſo quòd tertius ſe excuſauit, non tenetur pars ſe excuſare, quia non poſſunt ſine illo procedere, & actus eſt nullus, nec tertius poteſt ratificare proceſſum eorum. Abb.in d.c.nu.16.17. & 18. vbi & num. 7. cum ſeq. pulchrè examinat, quando plures habent aliquam poteſtatem, an poſſint illam exercere in ſolidum, vel omnes concurrere debeant, & dicit, quòd ſi iuriſdictio competit pluribus, vt collegio, oportet quòd ſint præſentes ſaltem duæ partes eius, ſi verò Papa deputet plures ad vnum officiũ, vt duos Legatos in vna prouincia, quilibet poteſt procedere ſeparatim etiam ſi non detur impedimentum alterius, niſi cauſa ſit cœpta coram vno, quia non poteſt coram alio ordinario promoueri, niſi conſtet de impedimento tertij, & ſub clauſula, *quòd ſi non omnes*, includitur non ſolùm impotentia, ſed etiam voluntas ſi nolit iudicare, ad purificandam iuriſdictionem coniudicum. Abb. in c. prouidentiam. §. adjicimus. extra.eod.

VI. Non tenetur quis exequi delegationem ſibi factam cum admodum graui damno rerum ſuarum. Abb.in d.§.adjicimus. poteſt tamen abſolutè Papa eum cogere ad acceptandum, & Epiſcopus ſubditum ſuum delegationem ſibi factam. Abb.ibi.nu. 5.in glo. 3.

VII. Si agens probatur excommunicatus ante reſcriptum, debet delegatus declarare ſe non iudicem, ſi verò poſt reſcriptum, ſi fuit excõmunicatus eb cauſam ſibi commiſſam, eum abſoluet ſeruato iuris ordine, ſi verò ob aliam

cauſam

cauſam, ſi abſolutio Papæ reſeruatur eſt ad eum remittendus, ſi non, ad ſuum excommunicatorem, qui ſi malitiosè eum nō vult abſoluere, delegatus abſoluet, ſed ſi allegat iuſtam cauſam cur non abſoluat, ſi offenſa eſt manifeſta, vel contumacia, non eſt abſoluendus, niſi ſatisfaciat, ſi verò non eſt notoria, ſufficit cautio de ſatisfaciendo. Abb. in d. cap. prouidentiã. §. ſexta. nu. 1. 2. & 3. & ſic delegatus Papæ etiam acceſſoriè non poteſt abſoluere ab excommunicatione, cuius abſolutio Papæ reſeruatur: vt ibi dicit nu. 4. ratione tamen acceſſorij abſoluere poteſt excommunicatum à quocunque citra Papam, vt ibi dicit.

VIII. Si iudicibus tribus cauſa ſimpliciter delegatur, duo ſine ſub delegatione tertij procedere non poſſunt, aliàs poteſt appellari, & idem ſi adſit clauſula, *quòd ſi non omnes:* quia non valet proceſſus, niſi tertio conſulto. Abb. in c. cùm cauſa. de offic. deleg. & ſi duo ſint delegati cum clauſula, *quòd ſi ambo*, &c. vno recuſato, vt ſuſpecto, alter ſolus procedere poteſt, nec tenet proceſſus factus cum recuſato. Abb. in c. cùm ſuper. de offic. deleg. vbi & tractatur per eum quæ ſint cauſæ rationabiles recuſandi iudicem, & quòd etiã tertius comparens pro ſuo intereſſe poteſt recuſare.

IX. De natura iudicum delegatorum eſt, vt nō habeant poteſtatem in ſolidum, ſed pro parte. Abb. in d. c. cùm ſuper. in 3. col. & ſi dubitatur an alter ex collegis habeat poteſtatem, ſi vnus ad maiorem cautelam procedit cum alio, tenet ſententia ex perſona ipſius, licèt poſteà conſtet alium fuiſſe incompetentem. Abb. ibid. 3. col. in fi.

X. Si vnus ex duobus delegatis Principis, cum clauſula appellatione remota, ſubdelegat alteri acceptanti, non poteſt acceptans ſubdelegare, nec procedere, appellatione remota, quod tamen ante acceptationẽ poterat, & ſi fuerit appellandum, appellabitur ad Papam, etiam ſi fuerit ſubdelegatus non in totum. Abb. in cap ſuper quæſtionum. §. ſi verò. extra. eodem.

XI. Delegatus Principis non poteſt ſubdelegare appellatione remota, licèt fuerit delegatus cum dicta clauſula. Abb. in d. §. ſi verò.

XII. Si delegatus Papæ, ſubdelegat cauſam non in totum, pars non poteſt appellare ab eo, poteſt tamen recuſari propoſita cauſa coram delegato, qui diffiniet, qui ſi nolit recuſationem admittere, ad Papam appellatur, & vbi recuſatur

recuſatur ſubdelegatus,iuriſdictio redit ad delegatum delegantem, ſi in totum non ſubdelegauit,ſi verò in totum, & re integra recuſetur, iuriſdictio redit ad delegatum, ſecus ſi recuſetur ex cauſa ſuperuenienti poſtquam cœpit vti iuriſdictione, qui tamen ſubdelegatus non poteſt recuſari, niſi probetur iuſta cauſa recuſationis. Abb.in d.c.§. quem verò. & §.eius verò.

Decimotertiò, ſi impeditur delegatus die ſtatuta procedere,partem hoc procurãtem puniet, & quò ad diem illam, cauſam committet, appellatione remota, niſi partes negotium prorogẽt.Abb.in c.paſtoralis §.cum autem extra.eod. & poteſt mulctare partẽ calumnioſè agentem. Glo.& Abb. ibi.qui & licet ſit maior omnibus,quò ad cauſam ſibi commiſſam, in aliis tamen remanet ſubiectus ſuis ſuperioribus. Abb. ibi.& etiam ſubdelegatus à delegato Papæ iuriſdictionem habente,poteſt coercere impedientem.idem in c.ex literis de offic.deleg.& in d.§.cum autem.vbi & declarat quãdo conſtat de malitia partis, vt cauſam committat,appellatione remota,vt ſi non ſinantur literæ legi,quid iuris.

Decimoquartò, Iudex delegatus ſubdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere, ſi in reſcripto eſt clauſula, *quòd ſi ambo &c.*& delegatus non tenetur admittere collegam ſibi adiunctum per literas ſurreptitias, nec eius ſubdelegatum.idem in c.coram de offic. deleg. & ſi adſit clauſula præelectiua *Quòd ſi ambo non poteritis intereſſe, tu frater Epiſcope procedas*: dato impedimento collegæ, poteſt Epiſcopus procedere, vt ſupra, ſed non contra. c. cum ſuper.de offic.deleg.& impeditus dicitur,qui non poteſt per ſe, licet poſſit per alium.idem in cap.coram cit.Iudex tamen ſubdelegatus delegati Papæ, non poteſt remoueri, etiam ſi facit contra formam mandati, proceſſus eſt nullus. Abb. in cap. venerabili.de offic.deleg.

Decimoquintò, ſi duo delegati ferant ſententias diuerſas, poteſt delegans acceptare quam vult,licet ſecus ſit in ſententia arbitrorum, quæ ſic non tenet, nec præſidentium concilio loco Papæ, vbi vnius contradictio inficere dicitur totum actum;Si verò ſint duo ordinarij diſcordes,tenet pro reo, niſi ſit cauſa matrimonij, teſtamenti,& huiuſmodi, ſi agitur, vt prædicta teneant, tenet pro actore, aliter valeret pro eo qui vt valeant agit, vel ſe defendit. Silu. delegatus. num.9.§.7.

Quò

Digitized by Google

13 *Delegatus qua agere debeat.* Quò ad ſextum. Debet delegatus ſe regulare ſecundùm voluntatem delegantis, vt ea ratio quæ mouet delegantem moueat & delegatum, cum vtatur vice delegantis. c. ſanè. 2. de offic. deleg. Abb. in cap. ſuper literis. de reſcript. ob quo dicitur & delegatus vti iuriſdictione. cap. paſtoralis. §. quoniam. vbi Abb. in 3. col. de reſcrip.

I I. Vbi in commiſſione continetur, quòd ferat ſententiam, prout talis ſapiens dictauerit, tenetur ſeruare eam formam, modo apponatur nomen illius ſapientis, & locus. Hoſt. in cap. ſi pro debilitate. de offic. deleg dummodo contra propriam conſcientiam non ferat. Bart. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercit. Butr. in cap. ex literis. de fide inſtrum.

I I I. Nedum delegatus, ſed etiam ſubdelegatus tenetur ſeruare forma reſcripti. Abb. in cap. venerabili. deleg. etiam ſi aliàs facilius mandatum executioni daretur. cap. prudentiam. eod. Bald. in auth. iubemus. C. de iudic.

I I I I. Debet prouidere de aduocato parti, quæ non poteſt habere, dando ei domeſticum. Abb. in cap. 1. de offic. iudic.

V. Debet citare cum inſerto tenore ſui reſcripti, aliàs citatus non tenetur comparere. Guid. Pap. q. 445.

14 *Delegatus à quibus auuere debeat.* Quò ad ſeptimum. Cauere debet delegatus ne procedat non ſeruata forma reſcripti, aliàs proceſſus eſt nullus. c. cum dilecta. vbi Abb. de reſcript. qui & cauere debet à muneribus accipiendis, ſic & Plato. 6. de Repub. ad finem: mandat vt Legati Principum, & Reipublicæ miniſtri deponant omnem priuatum immodicum affectum, nec propria commoda quærant, ſed tantum bonum publicum eos promouere debere.

In aliis videnda ſunt, quæ habentur tract. de Magiſtratibus, maximè cap. 2. ad finem.

15 *Delegati officium, vel poteſtas qualiter expiret.* Quò ad vltimum. Finitur officium delegati ſi committit alteri cauſam, modo ſupra expoſito. Secundò, ſi moritur, quo caſu ſi commiſſio ei facta fuit ſub nomine dignitatis, debet reſcriptum de nouo præſentari ſucceſſori: quod tamen non eſt neceſſarium, ſed ſateſt, quòd aſſumat cauſam in terminis quibus ſtat. Abbas in cap. quoniam. de offic. deleg. Tertiò, ſi deſinit eſſe canonicus finitur delegatio. niſi cauſa iam fuerit cœpta, quia tunc poteſt cognoſcere, etiam ſi fiat monachus, de licentia ſui prælati Abb. in dilect. cap. quoniam. in 7. col. Franch. in cap. ſtatutum. de reſcript. in 6.

cap. 1.

Digitized by Google

cap.1.ne cler.vel mon. in 6. Quartò,finitur ſi moritur delegans re integra,vel deponitur,ſecus ſi lis erat conteſtata,vel citatio emiſſa ante mortem delegantis, quia ſic perpetuatur iuriſdictio. Abb.in cap.relatum in cap. gratum. de offic.deleg. niſi commiſſio ſit facta ſub nomine dignitatis, quia ſic tranſit in ſucceſſorem.Abbas in cap. licet.num.7.extra. eod. & ſi agitur de gratia, licet moriatur delegans, non expirat iuriſdictio.deciſ. 12.vel aliàs 349 & deciſ.19.in nouis.Quintò,delegatus ex cauſa remouetur poſt litem conteſtatam, & alius ſubrogatur.Abb.in cap. inſinuante.de offic. deleg.Sextò, delegatus Papæ non poteſt recuſari ſine cauſa legitima, nec etiam eius ſubdelegatus. Abbas in d.cap.ſuper quæſtionum.§.quem verò. de offic. deleg. Septimò, ſi delegans excommunicatur,re integra,ſuſpenditur iuriſdictio delegata:ſi verò res non eſt integra,non ſuſpenditur,niſi mandatum ſit nudum miniſterium.Abb.in c.licet.n.8.de offic.deleg.Octauò,ſi recuſetur, cum delegatus Principis etiam proprio motu datus poſſit ex cauſa legitima recuſari. c.cum inter.de exceptionib.c.poſtremò.de appellat.l.apertiſſimi. C.de iudic.ſi verò eſt ordinarius,petetur adiunctus.d.l.de iure tamē canonico poteſt recuſari. Abb.in cap. 1. de maled. vt ſuſpectus. cum Princeps non præſumatur velle committere cauſam ſuſpecto, dictis iuribus. Nonò, ſi delegatus pronunciauit ſe iuriſdictionem non habere, etiam de conſenſu partium illam non reaſſumit. cap. ſignificantibus. de offic. deleg. vbi Abb. Decimò, ſi plures iudices ſimpliciter delegantur, mortuo vno expirat iuriſdictio, quò ad omnes. Abb. in cap. vno. de offic. deleg. modo quo ſupra eſt dictum,alibi.

Aduertendum prætcrea, quòd expirat officium per mortem eius contra quem mādatur.cap. ſignificauit.de.reſcript. re tamen integra:non expirat tamen per mortem delegantis, quando data fuit commiſſio per viam legis, & non ab homine. cap. gratum. de offic. deleg. cum lex non moriatur, vt homo. cap. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. vt nec cum commiſſio fit ſub nomine dignitatis, quæ non perit. d. cap. Et idem videtur, vbi officiales aliquid diſponunt per viam ſtatuti,vt per mortem, vel reuocationē eorum non expiret illa diſpoſitio:ſecus ſi non per viam legis,vel ſtatuti,vt ſunt præcepta. Dicitur verò res integra, vt dicit Hoſt. in cap. licet.de offic.deleg. quando delegatus, vt ſupra, non cœpit

vti

Digitized by Google

vti iuriſdictione: cœpit verò ſi vices ſuas commiſit, vel parteſcitauit, vel recepit teſtes in periculo conſtitutos, vel excommunicauit contradictores, vel fecit offerri libellum, vel alium actum iudicialem exercuit, vt ſi recepto mandato, vocet tabellionem, & teſtes, & vt iudex præcipit literas ſuas redigi in publicam formam, & in inſtrumento teſtes appoſuit, quia is actus eſt iudicialis. Alij etiam ſunt caſus quibus expirat officium. cap. quoniam. eodem. vbi Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius vnde dicatur, & quis in propoſito ſit.*
2 *Vicarius Epiſcopi quis eſſe poſſit, vel non, & qualis eſſe debeat.*
3 *Vicarius ab Epiſcopo conſtitui debet, aliàs ab Archiepiſcopo cogi poteſt.*
4 *Vicario debet Epiſcopus congruum ſalarium conſtituere.*
5 *Vicarius à quo eſt conſtituendus.*
6 *Vicarius qua forma eſt conſtituendus.*
7 *Vicarius quibus prærogatiuis, & honore fruatur.*

De Vicario Epiſcopi. Cap. XXIII.

De Vicario ſecundùm ſe. Ver. 1.

1 *Vicarius vnde dicatur, & quis in propoſito.*

NOTANDVM, quòd *Vicarius dicitur à vice quam gerit, vel munere quod gerit vice alicuius.* l. vicarius. ff. de leg. Card. in clem. 1. num. 4. de offic. vic. vbi enim quis rebus ſuis intereſſe, vel ſupereſſe non poteſt, in his Vicariam alterius operam quærit. Vnde quia Epiſcopus multis negotiis eſt implicatus, & ſpiritualibus præſertim intendere debet, Vicarium conſtituere debet. cap. in noua. 16. q. 7. c. cum ſimus. 9. q. 4. Ioann. de Selua tract. de benef. 3. p. q. 16. in fi. & dixi tract. de ſtatu Epiſc. cap. 4. Vnde Vicarius Epiſcopi dicitur, qui eius vices gerit Hoſt. in ſumma. de offic. vicar. num. 1. & in eodem tribunali in quo Epiſcopus iudicare ſolet. Maranta de ordin. iudic. 4. par. diſt. 5. in princ. nu. 8. Couar. lib. pract. q. c. 4. nu. 3. Et Vicarius generalis Epiſcopi dicitur, qui habet adminiſtrationem rerum ſpiritualium, & temporalium, & diuinorum,

Digitized by Google

rum, ita quòd poteſt adminiſtrare res ſpirituales, vt diſpenſare, conferre beneficia, ſacramenta, iudicia exercere, decreta nterponere in alienationibus rerum eccleſiaſticarũ, & huuſmodi, iuxta tamen facultatem ſibi ab Epiſcopo traditam, vt dicit Sbroz. lib. 1. q. 10. 11. 12. & quæſt. 49. de vicar. Epiſc. qui ita exactè hanc rem pertractat in dicto eius libro, vt uperuacaneum videatur aliquid addere; ſed ſatis videatur ſi ius dicta ſub compendio, nonnullis inſertis, & ſuo ordine ocatis, colligantur; & dicitur Vicarius Epiſcopi etiam qui eputatur à Capitulo ſede Epiſcopali vacante, quia eſt Vicaius ſedis, vel iuriſdictionis Epiſcopalis, vt ibi dicit q. 16.

Debet autem Vicarius Epiſcopi eſſe clericus. cap. in noua. 6. q. 7. Doct. in c. decernimus. de iud. non autẽ laicus etiam eſſet vitæ integerrimæ, nec bigamus, niſi à bigamiæ impedimento ſit ſolutus, & cælibatum ſeruet, nec coniugatus, tiam ſi cum vnica & virgine. Gem. in c. 1. de offic. vic. in 6. tiam ſi in habitu, & tonſura incederet, vt ibi dicit; & ſi laias deputatur Vicarius intelligitur eſſe aſſeſſor. Fallit taen ſi non in ſpiritualibus, ſed tãtum in temporalibus conituatur, vt ſi Epiſcopus habeat temporalẽ iuriſdictionem aliquo loco, in quibus laicus Vicarius deputari poteſt. rchid. in d. cap. in noua. Secundò, fallit, ſi conſtituatur tanm aſſeſſor, & conſultor Epiſcopi, quia laicus eſſe poteſt. bb. Fel. & alij in cap. 2. de iud. Tertiò, fallit, ſi adſit licentia ipæ. Gem. in cap. 2. de præb. in 6. Quartò, fallit, in neceſſite, vbi in ciuitate, vel diœceſi ſint populi diuerſæ linguæ, enim laicus gratia neceſſitatis, qui illam linguam calleat, i Vicarius eſſe, & ibi conſtitui poteſt. Abb. in c. quoniam. tiò notab. de offic. ord.

2 *Vicarius Epiſcopi quis eſſe poſſit, vel non, & qualis eſſe debeat.*

Debet etiam Vicarius incedere in habitu clericali. Et ei eſt, quòd ſit prima tonſura initiatus. Cucch. tract. de Vic. piſc. num. 50. qui & eligi debet vir bonæ, & probatæ vitæ, cumſpectus, timens Deum, veridicus, liberalis, temperas, fortis, magnanimus, manſuetus, doctus, non declinans hos, vel illos, ſed cauſam aſpiciens. Cucch. de vic. Epiſc. 44. *& indigena non exterus, ſi ibi idoneus habetur, cum res hominum ibi extantium magis notos habeat:* vt ibi it Cucch. num. 53. tametſi in hoc dici etiam poſſit, ſatius , vt exterus eligatur, ne odio, aut gratiæ cauſa à recto denet, nulli enim adminiſtratio ſuæ patriæ facilè eſt pertenda. l. nullus apparitor. C. de diuerſ. offi. lib. 12. & l. fi. C.

Digitized by Google

de crim. ſacril. *nec debet eſſe minor vigintiquinque annis.* c. cum in cunctis.§.inferiora. vbi Abb. & Dec. de elect. nec in hoc Epiſcopus poteſt diſpenſare, & conſtitutus à Capitulo ſede vacante in cauſa hæreſis, debet attigiſſe quadrageſimum annum,aliàs non valent geſta per eum. Sbroz.d.lib.1. q.35. *& eſſe debet Doctor, vel licentiatus in iure canonico, vel aliàs idoneus quantum fieri poteſt.* cap. 16. ſeſſ. 24. in Trid.Conc.Sbroz.d. lib.q.36. poteſt etiam canonicus regularis eſſe Vicarius Epiſcopi.Doct.in c.ſi quis.68. diſt.Cucch. d.tract.num.57.de licentia tamen ſuperioris ſui.idem nu.58. *& Monachus de licentia Abbatis.* Abb. in cap. fin. de cler. ægrot.& etiam ſede vacante,& locum tenens Vicarius Epiſcopi, de licentia tamen, vt ſupra, niſi ſit Monachus habens adminiſtrationem,vel niſi Abbas mortuus ſit,vel abſens, & neceſſitas vrgeat, vel vtilitas monaſterij, quia ſic ſine licentia id agere poteſt,dummodo ſecum habeat ſocium ordinis ſui, & ſi ſine licentia prædicta id agit, præterquam in dictis caſibus, ſententia non tenet, niſi eam præſumatur habere, quia ab Epiſcopo toleretur, vt ibi dicit Sbroz. q.38. & 39. *Non tamen regularis ordinis Mendicantium, nec qui iudex laicus fuit maleficiorum,ſi exercuit ſanguinis ſententiam:* vt ibi dicit q.40.& 41. Canonicus verò ſecularis Vicarius Epiſcopi eſſe poteſt, & Capituli ſede vacante, vt ibi dicit q.42. & etiam Cardinalis, & Epiſcopus poteſt eſſe Vicarius alterius Epiſcopi in vrgenti neceſſitate, aliàs non, vt ibi dicit quæſt.43.

Vicarius ab Epiſcopo cõſtitui debet, aliàs ab Archiepiſcopo cogi poteſt.

3 *Tenetur verò Epiſcopus ſibi Vicarium conſtituere*, quo deficiente Archiepiſcopus eum poteſt, ſeu Metropolitanus conſtituere. Abb.in cap. quoniam. de offic.niſi Epiſcopus ſit captus à Turcis, qui ſic nec eum poteſt conſtituere, nec beneficia conferre,nec ante apprehenſionem poſſeſſionis Epiſcopatus,licet per Papam Epiſcopus ſit pronunciatus.Sbroz. d.lib.1.q 46 qui debet conſtitui generalis Vicarius in temporalibus, & ſpiritualibus, aliàs conſtitutus tantum in temporalibus non poteſt exercere ſpiritualia, vt ibi dicit,& debet conſtitui cum ampla & libera facultate, & cum iuriſdictione, vt ibi dicit quæſt. 49. licet Epiſcopus poſſit conſtituere Vicarium in quolibet loco diœceſis, & ad actum ſpecialem : vt ibi dicit quæſt.47.48. & 49. Poteſt tamen Epiſcopus plures Vicarios ſibi conſtituere generales, & etiam Capitulum ſede vacante,tam in ſolidum,quàm ſimpliciter,

& pro

Digitized by Google

& pro parte,& etiam creare poteſt Vicarium perpetuum ſibi, vniendo illi officio beneficium de conſenſu Capituli, & etiam ſpecialem ad conferendum beneficia, quod tamen non poteſt concedi niſi Vicario generali,non tamen quò ad beneficium certum,ac ſi ſit vacãs,vt ibi dicit quæſt.52. quæ ibi declarat, cum multis ampliationibus, & limitationibus. Non poteſt tamen, vt ſupra,dare facultatem Vicario conferendi certum beneficium non vacans, vacans tamen ſic, & recipiendi reſignationem beneficij, & id conferendi ſic reſignatum, etiam viuæ vocis oraculo id faciendo, in cuius etiam Vicarij electione, conſenſus Capituli non requiritur, vt ibi dicit quæſt.53.& 54.

Tenetur verò Epiſcopus Vicario conſtituto congruum conſtituere ſalarium. Doct.in cap.ſi Epiſcopus.de offic.vic.in 6. & etiam id procedit etiam ſi non ſit conuentum de ſalario, adhuc enim cõgruum illi debetur, ſi ex extraordinariis maximè multum non lucratur, etiam quòd ſit Vicarius Capituli ſede vacante, deductis tamen expenſis hoc caſu, quas domi eſſet facturus, & etiam Capitulum debet ſoluere ſalarium Vicario Epiſcopi pro tempore,quo Epiſcopus vixit,de bonis ipſius Epiſcopi,ſic tamen, vt Epiſcopus non teneatur ſoluere ſalarium Vicario præceſſoris: vt dicit Sbroz.d.lib.1. q.55. in quo tamen vltimo dicerem non eſſe id verum, ſi præceſſor non ſit ſoluendo,ſic enim debita per eum contracta ſunt de bonis eccleſiæ à ſucceſſore ſoluenda, vt not. in cap.cum eſſes. de teſtam.in cap.1. de ſolut. quæ ſcilicet ſunt contracta pro neceſſitate eccleſiæ,vt hic. 4 *Vicario debet Epiſcopus congruũ ſalariũ conſtituere.*

In tantum verò eſt neceſſaria conſtitutio, vel deputatio Vicarij, vt ſi Epiſcopus id agere negligat, Metropolitanus suppleat,eòque deficiente, aut negligente, antiquior ſuffraganeus eum coget. Conc.Trid.ſeſſ.24.c.16. Cucch. d.tract. nu.39. Capitulum tamen,Epiſcopo viuente, eo abſente,vel negligente nõ poteſt Vicarium conſtituere.Berous.conſ.23. eo tamen mortuo poteſt electum ab Epiſcopo confirmare, vel alterum eligere. Sbroz. d.lib.1. q.60. & dum agitur de electione Vicarij, Archidiaconus interim ſuſtinet eius vices, vt ibi dicit q.61. nec Archiepiſcopus,poteſt tamen Vicarium conſtituere in diœceſi ſuffraganei ad faciendum citationes,& inhibitiones in cauſis appellationum ad Archiepiſcopum deuoluendis,niſi conſuetudo adſit præſcripta ſpatio quadraginta annorum.Sbroz.ibi quæſt.63. 5 *Vicarius à quo eſt conſtituendus.*

Digitized by Google

6 *Debet verò Vicarius Epiſcopi in ſcriptis conſtitui.* Nec ſufficiunt teſtes, vbi id negetur, aliàs ſecus, vt nec ſi Vicarius eſſet Cardinalis, ſic enim ei eſſet credendum, & idem ſi eſſet Epiſcopus, vel ſi Epiſcopus eſſet præſens, vel ſi quid ſpeciale ei cõmiſiſſet viuæ vocis oraculo, vel ſi eius iuriſdictio eſſet notoria, & hæ literæ initio Vicariatus ſunt publicandæ, & ſi continent ſpecialia mandata, non creditur Vicario ſine literis, nec vbi Epiſcopus eſſet abſens, niſi literæ ſint amiſſæ, quia tenor illarum teſtibus poteſt probari. Sbroz. d. lib. q. 64. Et vbi ei committuntur requirentia mandatum ſpeciale, debent in literis exprimi, vel poni clauſula generalis in mandato, & omnia alia, &c. cum expreſſione aliquot ſpecialium, quia ſic etiam ſpecialia poterit explicare, cum plena & libera poteſtate agendi etiã quæ requirunt ſpeciale mandatum, aliquibus ex iis expreſſis, dummodo non ſint maiora expreſſis, vt ibi dicit Sbrozius quæſt. 65. & eſt credendum Vicario Epiſcopi, in his quæ dicit ſibi conceſſa; ſi veniunt ex generali commiſsione, aliàs non ſine literis, vt ibi dicit quæſt. 66. Solent tamen in literis exprimi requirentia mandatum ſpeciale: vt ibi dicit quæſt. 67. modo quo ſupra, & in ſumma, poteſtas Vicarij menſuratur ex forma literarum conſtitutionis eius Vicariatus, vt ibi dicit q. 68.

Vicarius qua forma eſt conſtituendus.

7 Tertium dictum: *Vicarius Epiſcopi, multis prærogatiuis potitur*, primò enim dicitur habere dignitatem cum adminiſtratione rerum ſpiritualium. glo. in clem. 2. & ibi Anch. Card. & Imol. de reſcript. Abb. in c. quoniam. nu. 11. de offic. deleg. Staphil. de lit. grat. & iuſt. tit. de modo, & forma. cap. de dignit. perſ. num. 12. Secundò, excuſatur à reſidentia ſui beneficij, & facit in abſentia fructus eius ſuos. c. ad audientiam. c. de cætero. de cler. non reſid. Rebuff. in praxi benef. tit. de Vic. Epiſc. nu. 5. niſi conſuetudo in contrarium exiſtat. Tertiò, dicitur vicedominus. Abb. in c. 2. ne præl. vic. Rota. deciſ. 378. tit. de offic. vic. in nou. & multa ei committi poſſunt quæ aliis non valent. Feli. in c. quod ſedem. de offi. ord. Quartò, honoratur ob dignitatem Epiſcopalem cui inſeruit, vt & Auguſta ob Imperatorem. Card. in clem. 2. de reſcript. Abb. in c. quoniam. de offic. deleg. & ideò præcedere debet in eccleſia quamlibet dignitatem primam poſt Epiſcopum. Sbroz. lib. 2. quæſt. 26. num. 6. ſi incedit, vt Vicarius, & nõ vt canonicus, vt habetur lib. diu. deciſ. 280. in manuſcr. Pariſ. de reſig. ben. lib. 7. quæſt. 24. in fin. & indices, ac Magi-

Vicarius quibus prærogatiuis, & honore fruatur.

ſtratus

ſtratus ſeculares, vt ibi dicit Sbroz.num. 5. niſi ſint Præſides prouinciarum,& Gubernatores ciuitatum à Papa creati, qui maiores ſunt omnibus in prouincia exiſtentibus, præter Papam, vt ibi dicit.nu.26.vel niſi Epiſcopus eſſet præſens, tunc enim ſecularis Magiſtratus Vicario Epiſcopi præfertur, vt dicit Menoch.conſ.257.nu.94.& declarat Sbroz. d.q. in fin. Quintò, deputari poteſt conſeruator, etiam ſi ſit Vicarius Capituli ſede vacante,modo ſit Vicarius generalis, qui conſeruator datur à Papa, quando vult aliquos eximere à poteſtate iudicis odinarij,dat enim eis cõſeruatores, qui oportet vt ſint Epiſcopi,vel habeant prælationem,aut dignitatem in eccleſiis Cathedralibus,vel collegiatis.c. fin. de offic. deleg. in 6.vel perſonatum. Sbrozius d.lib.2 q.27. Sextò, priuilegiatur, vt ei committere poſſit Epiſcopus illa quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis. Abb.in c.accedentibus.nu. 2.&.3.de exceſ.præl.cui & committi poſſunt multa, quæ aliis non poſſunt Felin.in c.quod ſedem.nu.2. de offic. ordin. Septimò, Epiſcopo abſente, vel ſi id competat Epiſcopo iure ordinario, poteſt Doctoratus inſignia conferre ex ſpeciali mãdato, ex generali verò etiam creare notarios.Sbroz.d. lib.2.q.29. Octauò,ſi Epiſcopo competit ex iure ſpeciali, vel conſuetudine facultas interueniendi alicui electioni, vel præſtandi conſenſum alicui ſtatuto, licet id non competat Vicario præſente Epiſcopo,eo tamen abſente id competit,quia tunc ſat eſt Vicarij authoritas,vel conſenſus, aut conſilium, niſi agatur de collatione beneficiorum, id enim non poteſt ſine ſpeciali mandato peragere. Sbroz.d.lib.2.q.30. Nonò, priuilegiatur,quòd habet merum,& mixtum imperium, & iuriſdictionem.Doct.in c.cum contingat.de foro compet.qui tamen merum imperium exercere non poteſt ſine mandato ſpeciali.Sbroz.d.lib.2.q.165. & 167. Decimò, quòd eum offendens dicitur ipſum Epiſcopum offendere,quod intelligitur vbi id agit ratione officij, ſecus ſi ob odium priuatum, vel ab eo iniuria ſit affectus extra officium, & non in executione officij.Sbroz.lib.3.q.60. Vndecimò,poteſt erigere ſibi tribunal in quocunque loco diœceſis,& ciuitatis,modo locus ſit honeſtus, & partibus tutus, & ſi is locus eligatur pro iuridico, modo domus non ſit laicorum, & cauſa ſpiritualis, niſi conſuetudo extet in contrarium, vt dicit Sbroz.lib.1.q. vlt.Duodecimò, dicitur habere idem tribunal cum Epiſcopo, vnde à ſententia eius diffinitiua non appel-

P 3 latur

latur ad Epiſcopum conſtituentem. Guid. Pap. q. 436. nu. 41. ſecus ab interlocutoria, vt ibi dicit addit; vt & poteſt appellari à collatione beneficij facta à Vicario generali ad Epiſcopum. ex deciſ. 7. Rotæ. tit. de offic. vic. in nouis. vt & poteſt dici de nullitate ſentẽtiæ Vicarij generalis, & peti reſtitutio in integrum coram Epiſcopo contra eam. Maranta. 4. p. diſt. 5. nu. 382. vt & à ſententia delegati Epiſcopi appellari poteſt ad eum, vt is alium deputet. cap. ſi quis contra. ver. exequutor. de foro cõpeten. vt & ſi Epiſcopus deleget cauſam particularem, appellatur ad eum, vel Vicarium generalem. Card. in cle. 2. q. 24. de reſcript. niſi id faciat in fraudem Metropolitani, plures cauſas delegando. Franch. in c. Romana. in prin. de appell. in 6. & pariter à ſententia Vicarij foranei appellatur ad Epiſcopum, vel Vicarium generalem, gl. in d. clem. 2. Rota. deciſ. 3. de offic. vic. in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius habet ordinariam poteſtatem.*
2 *Vicarius habet eandem poteſtatem, quam Epiſcopus, & quomodo.*
3 *Vicarius quæ poſſit in particulari, ſcilicet reſtituendo in integrum, & exequendo ea quæ ſunt iuſtitia, &c.*
4 *Vicarius quæ non poſſit ſine ſpeciali mandato.*

De poteſtate Vicarij. Ver. 2.

1 *Vicarius habet ordinariam poteſtatem.*

EX officio iniuncto, *multiplici potitur Vicarius poteſtate, cum dicatur habere ordinariam poteſtatẽ.* gl. in c. Romana & ibi Doct. de appellat. in 6. quod procedit etiam in Vicario Capituli ſede vacante. Paui. de pot. ca. ſede vac. 2. p. prin. q. 10. num. 8. & 9. etiam ſi nunquam ſederit pro tribunali, quia illam habet actu; quod intelligitur ſi ſit Vicarius generalis Epiſcopi, non autem in Vicario foraneo, niſi ad vniuerſitatem cauſarum ſit deputatus. Secundò, declaratur in his quæ iure communi, & generali conceduntur Vicario Epiſcopi, quia in illis eſt ordinarius, ſecus ſi vltra ei aliquid ſpecialiter cõmittitur, ſic enim eſt delegatus non ordinarius, niſi ſpecialia ſimul cum poteſtate

Digitized by Google

ſtate ordinaria ei committantur, tunc enim eſt ordinarius. Sbroz de Vicar. lib. 2. q. 55. & dicitur præeſſe toti territorio, vt ibi dicit. num. 21.

II. *Vicarius dicitur habere eandem poteſtatem quam habet Epiſcopus, & idem tribunal cum eo habere, & aſſociatus ei in iuriſdictione, & regulariter omnia poteſt, quæ Epiſcopus, & cognoſcere omnes cauſas territorij, etiã ſi creatus eſſet ab Archiepiſcopo inuito Epiſcopo: & regulariter Vicarius eſt adeundus, qui licet de iure ſit creandus cum conſenſu Capituli, tamen conſuetudo contrarium obtinet.* Sbroz. d. q. 55. nu. 11. 12. & 13. quæ tamen ſupra narrata procedunt in his quæ competunt ex iuriſdictione ordinaria, non autem delegata, quia Epiſcopus, & Vicarius non ſunt, idem in his quæ competunt de iure ſpeciali, vt nec exercere poteſt cauſas criminales, nec conferre beneficia, licet ſint de ordinaria iuriſdictione, ſine ſpeciali mandato: cùm maior ſit poteſtas Epiſcopi, quàm eius Vicarij. Gem. in c. licet. de offic. vic. in 6. Vnde nec concurrere poteſt cum Epiſcopo, nec in omnibus eſſe ſuperior, vt Epiſcopus, nec in omnibus ei eſſe par: vt nec Vicarius Archiepiſcopi habet iuriſdictionem in Epiſcopos ſuffraganeos, quam habet Archiepiſcopus, niſi eo abſente, & quo ad cauſas ciuiles tantum, non autem criminales, quæ Papæ reſeruantur, qui tamen tunc eos poteſt excommunicare, ſuſpendere, & interdicere. Sbroz. d. lib. 2. q. 57. & 58. qui tamen Vicarius Archiepiſcopi, nec etiam Archiepiſcopus habet poteſtatem in Vicarium Epiſcopi, & ſuffraganei, niſi caſibus quibus & contra alios eius ſubditos procedere poteſt, qui ex cauſa etiam poteſt eum excommunicare, & procedere contra eum quando aliquid facit in iis quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ſi delinquit, vt priuatus, niſi vt quilibet alius ſubditus ſuffraganeorũ. Sbroz. d. lib. 2. q. 59.

2 *Vicarius habet eandem poteſtatem, quam Epiſcopus, & quomodo.*

III. *Vicarius poteſt in integrum reſtituere, maiorem & minorem ex cauſa, tam aduerſus ſententiam propriam, quàm Epiſcopi, niſi tranſierit in rem iudicatam.* Abb. in c. ex literis. de in integ. reſtit. Sbroz. tract. cit. lib. 3. q 13.

IIII. *Poteſt expedire ea quæ ſunt Iuſtitiæ, & neceſsitatis, non autem ea quæ ſunt meræ gratiæ ſine ſpeciali mandato, quia id ſpectat ad Epiſcopum.* glo. in cap. ſi Epiſcopus. de pœn. & rem. in 6. etiam ſi Epiſcopus non ſit in diœceſi, niſi ex ſpeciali mandato in caſibus quibus Epiſcopus poteſt diſpen

3 *Vicarius quæ poſſit in particulari: ſcilicet reſtituẽdo in integrum, & exequendo ea quæ ſunt iuſtitiæ, &c.*

Digitized by Google

diſpenſare,& remittere pœnam.Sbroz.lib.2.q.38.

V. *Vicarius non cenſetur excluſus facta mentione de Epiſcopo,ſed continetur ſub Epiſcopi mentione*.Fel.in cap. ſi quis contra.nu.5.de foro compet.Sbroz.lib.2.q.43.nu.29.

VI. *Poteſt cognoſcere cauſas beneficiales ciuiliter motas, non autem criminaliter,niſi ex ſpeciali mãdato, vel niſi eſſet creatus à Papa*.Sbroz.d.lib.2.q.125.nu.1.2.& 3.

VII. *Poteſt ſequeſtrare poſſeſſionem beneficij cum fructuum cuſtodia apud idoneam perſonam*, idem ibi lib. 2. q. 126. & arctare illicitum poſſeſſorem ad oſtendendum titulum.idem d.lib.q. 127. & etiam poteſt mandare executioni ſententiam ſuam.idem d.lib.q.128. num.1.& inhibere iudici ſeculari ne inſtrumentum, quaſi vſurarium exequatur. Franch. in c. cum teneamur. num. 24. de appell. Bald. in l. hac conſultiſſima.C.de teſtam. qui & poteſt reuocare inhibitionem, & reuocationem inhibitionis in cauſa vſurarum: & poteſt recipere cautionem de reſtituendis vſuris ab hæredibus vſurarij manifeſti, & compeſcere per cenſuras, dominos, & vniuerſitates ne permittant alienigenas conducere domos in terris ſuis ad fœnus exercendum, & inhibere iudici laico ne procedat contra clericum, qui falſum coram eo depoſuit.idem Sbroz.d.lib.2.q.148.& 149.

VIII. *In criminibus mixti fori poteſt procedere contra laicos per viam capturæ, dummodo prælatus hanc facultatem legitimè præſcripſerit, aliàs non*.Sbroz.d.lib.q.152. qui & poteſt inferre torturam abſque metu irregularitatis, & mandare laicis miniſtris, vt torqueant clericum, etiam ſi is poſtea ſit ad mortem damnatus, ſi id facit cum aſſiſtentia iudicis ſecularis, quæ tamen tortura non debet eſſe nimis ſæua. Sbroz.d.lib. q. 153. vt nec debet verberare clericos, ſi immodica ſit verberatio, ſecus ſi modica, etiam quòd aliqua effuſio ſanguinis fiat. Sbroz.d.lib.quæſt. 154. numer. 3. & 5. qui & poteſt imponere pœnas pecuniarias clericis, & illas curiæ Epiſcopali applicare.cap.dilectus. de offic.ord.Sbroz.d.lib. 2.q. 160. & dare poteſt conſilium Inquiſitori in cauſa hæreſis Epiſcopo abſente. Sbroz. d. lib. q. 161.& 162. & poteſt requirere Magiſtratus ſeculares, vt faciant obſeruare conſtitutiones contra hæreticos, vt & eos cogere ad exhibendum ſtatuta facta contra ſanctum officium Inquiſitionis,priuando etiam illos officio.Sbrozius d. lib.q.163.& 164.

IX. *Poteſt*

Digitized by Google

IX. *Poteſt abſoluere inquiſitum abſque mandato ſpeciali, on à crimine, ſed ab inquiſitione ad effectum tranſmittendi ıquiſitum ad Epiſcopum ab eo puniendum, ſi inuentus fue-it culpabilis.* Diaz. in pact. crim. can. c. 5. num. 5. Sbroz. d. .b. 2. cit. q. 166. qui & poteſt exercere actus voluntariæ iu-ıſdictionis extra diœceſim, ſine mandato ſpeciali. Fel. in c. x parte. col. 3. de conſtitut. Sbroz. d. lib. 2. q. 66. exceptis ca-bus, de quibus Sbrozius d. lib. q. 194. quando ſcilicet au-ıoritas ſpectat Epiſcopo de conſuetudine, vt in electione rchiepiſcopi, vel in collatione Doctoratus, vel in collatio-ibus, aut permutationibus beneficiorum, etiam ſi ſibi con-:deretur, quòd poſſit recipere reſignationes, & inſtitutio-:s, nec in alienationibus rerum eccleſiæ, nec vbi ius ſpe-aliter requirit authoritatem Epiſcopi, nec in his quæ non :rtinent ad eius iuriſdictionem, vbi dicit Sbroz. qui tamen oteſt interponere authoritatem in alienationibus mino-m. Sbroz. d. lib. q. 55. num. 22.

X. *Poteſt facere conſtitutiones, edicta, & ſtatuta conſtrin-ntia totam diœceſim.* Abb. in c. cũ olim. de maior. & obed. etiam Capitulum ſede vocante, non poteſt tamen Vica-s ſtatuere ſuper his quæ competunt Epiſcopo iure ſpecia-vel in arduis. Sbroz. d. lib. q. 168. & poteſt etiam mandare ıgiſtratui ſeculari, ne relaxet eum qui eſt in carceribus s, nec eum relaxet ſine eius licentia, & poteſt cogere eum ı pœna excõmunicationis ad præſtandum ſibi brachium ulare, in criminibus tamen mixtis debet ei fides fieri de oceſſu, & modo ſubſit cauſa id petẽdi, ſcilicet quando alia nedia deficiunt. Sbroz. d. lib. q. 190. qui & poteſt deputare ncellarios, Notarios, & Nũtios, qui arma deferre poſſunt ı executione iuſtitiæ. Sbroz. ibi. q. 191. qui & priuare po-: officiis officiales ſeculares in concernentibus fidem. m d. lib. q. 26. nu. 19. vt ſuprà eſt dictum.

XI. *Poteſt dare curatorem minoribus ad exercendas li-ſpirituales, & in emancipationibus liberorum interponere horitatem: non tamen in his quæ ad ſuam inſtructionem pertinent.* Sbroz. d. lib. q. 194. qui & poteſt dare licen-n religioſo profeſſuro renunciandi bonis, & ſe obligan-:ap. 16. ſeſſ. 25. in Trid. Conc. Sbroz. d. lib. quæſt. 206. qui Epiſcopo abſente, vel impedito, vel de eius ſpeciali ıdato poteſt, & debet explorare voluntatem virginis :ntis ſuſcipere habitum regularem, vel poſteà profiteri.

P 5 cap. 17.

Digitized by Google

cap.17.d.ſeſſ.25. de regul. Sbroz.d.lib. q.207. qui & remittere poteſt denunciationes in matrimoniis, vt dicit Sbroz. d.lib.q.201.

XII. *Poteſt inſtituere præſentatum à patrono ſine mandato ſpeciali.* gl. Franch.& alij in c.ex frequentibus. de offic. vic.in 6.vt & Capitulum ſede vacante. c.1.de inſtit. in 6. & etiam poteſt admittere tantum præſentatum,& recipere reſignationem in manibus eius factam beneficij ſpectantis ad Epiſcopi inſtitutionem,vel collationem,& etiam poteſt cogere patronũ eccleſiaſticum poſt præſentationem ad dandam portionem ſufficientem Vicario , & ſi ſit controuerſia inter patronos,poteſt reliquias tollere, & inhibere ne celebretur,qui tamen non poteſt præſentare , vel inſtituere ſeipſum. Sbroz.d.lib.q.11.

XIII. *Poteſt vnà cum examinatoribus adeſſe examini parochialium,Epiſcopo impedito.* c. 18. ſeſſ. 24. de reform. in Trid.Cõc.qui & accedere poterit cui parti voluerit, vbi vota ſint paria,vel ſingularia , & etiã examinare perſonas tam ſeculares,quàm regulares ad nutum amouibiles deputandas ad curam animarum in monaſteriis, vel domibus Vicariorum quibus imminet cura animarum perſonarum ſecularium.ſeſſ.25 de regular. c.11. in Trid. Conc. exceptis monaſteriis Cluniacenſium , vel locis in quibus Abbates generales,vel capita ordinum ſedem principalem habẽt,& in aliis monaſteriis in quibus Abbates , vel alij ſuperiores regularium iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos,& parochianos exercent. d. c.11.ad fin. vel niſi Epiſcopus nominarit aliquot Vicarios quibus Vicarius conferret, quos tamen ſi Vicarius inhabiles repererit,monere debebit Epiſcopum.Sbroz.d.lib.2.q.211.

XIIII. *Poteſt excommunicare etiam Epiſcopum ſuffraganeum abſente Archiepiſcopo,ſi ſit eius Vicarius , etiam ſi Vicarius Epiſcopi non ſit ſacerdos , & etiam iudices qui denegant moniti ſacramenta damnatis ad mortem, & etiam ſi ſit Vicarius Capituli ſede vacante , idq́; non poteſt facere principaliter puniendo crimina, cùm illa non poſſit iure communi cognoſcere.* c.2.de offic. vic. in 6. ſed conſequenter ne eius iuriſdictio ſit eluſoria. Sbroz. d. lib. 2. q. 168. & poteſt etiam concedere excommunicationes ad finem reuelandi. vt c.3.ſeſſ.25.in Trid.Conc congreg.deciſ.12.& etiam poteſt denunciare publicè religioſos , qui clericis , vel laicis extre-

mam

mam vnctionem, vel Euchariſtiam miniſtrarunt, vel matrimonia celebrarunt, ſine licentia ſpeciali Epiſcopi, vel Parochi, vel qui excommunicatos à canone, præterquam in caſibus à iure expreſſis, vel ſine priuilegio apoſtolico, abſoluere attentarint. clem. 1. de priuil. modo ei conſtet de excommunicatione. Sbroz. d. lib. q. 169. qui & anathematizare poteſt ſine mãdato ſpeciali. Sbr. d. l. 170. qui & poteſt ſe intromittere de criminib. quæ nõ ſunt merè eccleſiaſtica, vel mixta, indirectè, quò ad pœnitentiã imponendam, & delictum prohibendum. c. nouit. de iudic. & etiam excõmunicare eum qui damnum dedit ratione peccati. d. c. ſi ſacerdos. de offic. ord. & de cauſa temporali conſecutiua ad eccleſiaſticam, vt de dote. Abb. in c. gemma. de ſponſ. & excõmunicare adulteros. Abb. in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrim. & concedere monitoria contra detinentes res alienas, ex conſuetudine ſaltem. Sbroz. d. lib. q. 171. etiam quòd non ſit ſacerdos, qui & poteſt abſoluere excommunicatum, etiam ſi Vicarius ſit extra diœceſim, & etiam quòd non ſit ſacerdos, reſpectu pœnæ non autem culpæ, niſi ſit ſacerdos, vnde melius eſſet vt remitteretur ad ſacerdotem abſoluendus. Si tamen Vicario eſſet delegata tantùm excommunicationis ſententia, non poſſet tunc à ſe excommunicatum abſoluere, niſi quando id in commiſſione habeatur, niſi ab Epiſcopo haberet mandatum ad excommunicandum, ſi enim in contumaciam excommunicauit, poterit abſoluere, niſi cauſa ſit commiſſa cum termini præfixione, qui ſit elapſus, tũc enim non poterit Sbroz. d. lib. q. 172. & poteſt etiam Vicarius abſoluere excommunicatum ab Epiſcopo, ſi Epiſcopus non ſit in diœceſi, vel loco vicino, aliàs non, niſi habeat mandatum ſpeciale abſoluendi. Sbrozius d. lib. q. 174. qui & poteſt abſoluere excommunicatum à delegato Epiſcopi, eo abſente, vt ſuprà. Sbroz. d. lib. q. 175. & è conuerſo poteſt Epiſcopus abſoluere excommunicatum à ſuo Vicario, niſi cauſa Papa, vel alio ſit ei delegata. Sbroz. d. lib. q. 177. & ſi ſit Vicarius Archiepiſcopi poteſt abſoluere excommunicatum à Vicario Epiſcopi ſuffraganei, cùm ad eum prouocatur. c. venerabilibus. §. 1. de ſent. excõ. in 6. etiam ſi excommunicatio lata ſit poſt appellationem, conſtito, quòd ex tali cauſa ſit ad Archiepiſcopum appellatum, quia ad cautelam eſt relaxandus præſtita cautione de parendo mandatis eccleſiæ. d. c. §. ſed ſi. vbi Io. And. niſi ſit certum excommunicationem eſſe iuſtam,

inſtam, quia tunc eſt remittendus ad excommunicatorem. d.c.§.ſanè, niſi excommunicator requiſitus malitioſè denegaſſet abſolutionem. d. §.& etiam id procedit quando excommunicatus adiuit Archiepiſcopum per viam appellationis, non autem per viam quærelæ, vel ſi excommunicatio eſſet apertè iniuſta, vel periculum eſſet in mora, quia tunc Vicarius Epiſcopi etiam per viam quærelæ aditus in caſibus prædictis poteſt abſoluere ad cautelam cum cautione de ſtando iuri, & de parendo mandatis eccleſiæ. d.c.in princ. & §.porrò.non tamen ad id tenetur; & cõtumax probatus abſolui non poteſt, niſi cum cautione de ſtando iuri, & ſolutis expenſis, ſecus in contumace præſumpto. Sbrozius d.lib. q. 178.qui & abſoluere poteſt excommunicatum à canone, niſi abſolutio Epiſcopo ſit ſpecialiter reſeruata, vt ſi Epiſcopus in eius conſtitutione talem abſolutionem ſibi reſeruet, vel niſi talis excommunicatus ſit exemptus ab ordinario, quia non poteſt abſolui à Vicario, vt nec ſi Epiſcopus excommunicarit, etiam quòd non reſeruarit ſibi abſolutionem, niſi ſententia ſit generalis. Sbroz.d.lib.q.179. qui Vicarius non poteſt ſine mandato ſpeciali abſoluere excommunicatum à canone pro violenta manuum iniectione in clericum, niſi vbi & inferior ſacerdos poteſt abſoluere, vt nec Vicarius id poteſt ſine ſpeciali mandato. Sbroz. d. lib. q. 180. qui etiam Vicarius poteſt alteri committere abſolutionem excommunicati, caſibus quibus ipſe poteſt abſoluere. Sbroz. d. lib.q.181.

XV. *Vicarius poteſt ſuſpendere, & interdicere.* Abb.in c. cùm ab eccleſiarum. num.4. de conſtit. etiam ſi ſit Vicarius Capituli ſede vacante, niſi ſuſpenſio ſit perpetua, vel multum diuturna, quam nec Epiſcopus poteſt ferre ſine Capitulo. Sbroz.d.lib.q.182. qui & poteſt relaxare interdictum, & abſoluere à ſuſpenſione. Nau. c.27. num. 158. 159. & 161. qui tamen non poteſt ſine ſpeciali mandato abſoluere à ſuſpenſione iuris, nec id niſi in caſibus quibus Epiſcopus poteſt, idque quando ſuſpenſio eſt in contumaciam lata, non autem in pœnam delicti, quia tunc Vicarius non poteſt abſoluere, niſi delictum ſit occultum, nec deductum ad forum contentioſum, quia tunc Vicarius ſpecialiter deputatus abſoluere poteſt à ſuſpenſione, etiam in caſibus Papæ reſeruatis.c.6.ſeſſ.24.in Trid. Conc.& ex ſpeciali cõmiſſione poteſt Vicarius relaxare interdicta caſibus quibus Epiſcopus

ſcopus poteſt,qui tamen non poteſt abſoluere ſuſpenſum in caſibus Epiſcopo ſpecialiter per Papam demandatis. Sbroz. d.lib.q.185.& 186.

Decimoſextò: *Poteſt abſoluere à iuramento,vel id relaxare ex cauſa.* Sbroz.d.lib.q. 187. etiam parte non citata ad finem agendi tantum, ex conſuetudine, non verò ad finem tollendi vinculum:modo Vicarius habeat omnimodam poteſtatem in omnibus cauſis,& factis, vel aliquid ſpeciale ſit enumeratum, & vbi ſpecialia enumerata ſint paria ſaltem abſolutioni iuramenti, niſi petens abſolutionem iam eſſet factus periurus, quia Vicarius non poteſt abſoluere à periurio.Sbroz.d.q.187.

Decimoſeptimò: *Poteſt exhibere ſacerdotibus ad Epiſcopum recurrentibus ſacramenta, quæ ſunt ordinis preſbyteralis,ſi ſit ſacerdos, & habeat mandatum ſpeciale: quæ verò ſunt ordinis Epiſcopalis non.* Sbroz.d.lib.2.q.11. qui tamen licet, vbi non eſt ſacerdos exequi non poſſit ea quæ ſunt fori pœnitentialis, poteſt tamen concedere facultatem alicui exequendi ea quæ ſunt fori pœnitentialis, & dare licentiam ſubdito eligendi ſibi confeſſorem, & audire poteſt confeſſiones ſi eſt ſacerdos ex mandato ſpeciali, qui tamen non debet dare licentiam religioſis miniſtrandi ſacramenta clericis alienæ parochiæ,ſicut presbyter parochialis. Sbroz.d.l. q.13.14.15.& 16. qui & poteſt ſi eſt ſacerdos publicas iniungere pœnitentias,& eodem mandato reconciliare pœnitentes, quando Epiſcopus ſit abſens, & Vicarius ſit ſacerdos. Sbroz.d.lib.q. 17.& 18.qui tamen non poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, nec vota commutare ſine ſpeciali mandato.Sbrozius d.lib.q.1.19.& modo ſit ſacerdos,qui tamen cum dicto mãdato poteſt id alteri committere. Sbroz. d.q. 19. num. 5. cum ſeq. qui & de mandato ſpeciali poteſt prædicare.Sbroz.d.lib.q.21.

Decimooctauò: *Poteſt concedere dimiſſorias ad ordines etiam ſacros, etiam ſi ſit Vicarius Capituli ſede vacante in arctatis,vel poſt annum omnibus.* Et idem de Vicario, dummodo in hoc ſpeciale mandatum habeat,vel ſi illi ſint commiſſi aliqui caſus ſpeciales cum clauſula generali, vel Epiſcopus ſit abſens,vel ſucceſſerit Vicariis,qui eam facultatem habebant ob bonam fidem. Sbroz.d.lib.2.q.41.

Decimononò: *Agere & experiri poteſt in iudicio, ac ſi eſſet procurator Epiſcopi* Sbroz.d. lib.2.q.48.in fin. qui & cogere

gere poteſt fideicommiſſarios laicos ad exequendum pias voluntates defunctorum. Sbroz. d. lib. q. 50. & prorogare iis tempus executionis piarum voluntatum, & in aliquo poteſt commutare teſtatoris voluntatem. Sbroz. d. lib. q. 50. 51. & 54. & exigere rationem à religioſis etiam exẽptis de executionibus teſtamẽtorum. idẽ ibi q. 52. qui & punire poteſt exceſſus officialium laicorum, vt Cancellarij, notariorum, nuntiorum ſibi ſeruientium, imò etiam familiariũ Epiſcopi, modo hoc caſu id notum faciat Epiſcopo. Sbroz. d. lib. 2. q. 146. qui & poteſt imponere laicis pro crimine eccleſiaſtico, pœnam pecuniariam ſi illa magis timetur, omiſſa ſpirituali. Ioan. And. in c. 1. de homic. Abb. in c. licet. de pœnis. vbi dicit, ad quem vſum illa pecunia ſit applicanda, qui & poteſt excommunicare non reuelantes furtum. Abb. in c. dilectus. de exceſſ. præl. qui & procedit contra inferentes iniuriam clericis. Abb. in cap. olim. de iniur.

4 *Vicarius quæ non poſſit ſine ſpeciali mandato.* Secundum dictum. *Tametſi ita ampla ſit Vicarij Epiſcopi poteſtas, vt ſupra eſt dictum, multa tamen ſunt, quæ ſine ſpeciali mandato agere non valet.* Primò enim nõ poteſt exercere ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, niſi ſit Epiſcopus, & proprius Epiſcopus illi ea mandet, vel ſi non Epiſcopus, id faciat de priuilegio, & mandato Papæ, reconciliando Eccleſias cum aqua prius ab Epiſcopo benedicta, benedicendo paramenta, citra calices, & patenas, & probabiliter corporalia, & generaliter ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis ex conſtitutione humana, non autem diuina, vt eſt collatio ordinum ſacrorum, Sbroz. d. lib. 2. q. 5. qui & ſi eſt Vicarius Archiepiſcopi non poteſt conſecrare Epiſcopos ſuffraganeos, niſi ſit Epiſcopus, cum mandato ſpeciali Archiepiſcopi, vt nec ei poteſt concedi vſus Pontificalium, vt mitræ, baculi, niſi à Papa, niſi ſit Epiſcopus, quia tunc proprius Epiſcopus ei id cõcedere poteſt; vt nec poteſt cõſecrare Eccleſias, calices, vel patenas, conficere olea ſacra, nec ſacros ordines conferre, niſi ſit Epiſcopus de proprij licentia; vt nec poteſt ſi non eſt Epiſcopus cum prædicta licentia, conſecrare virgines, benedicere Abbates, & Abbatiſſas, vel dare eis velum conſecrationis, nec miniſtrare ſacramentum confirmationis; nec prædicta etiam Vicarius Epiſcopus exercere poteſt ſine ſpeciali mandato. Sbroz. d. q. 5. 6. 7. 8. 9. 10. d. lib. 2. poteſt tamen Epiſcopus dare ſpecialem authoritatem Vicario committendi alteri Epiſcopo ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis,

Digitized by Google

lis,& eum inuitandi ad ea exercenda in propria diœceſi, vt & Vicarius Capituli ſede vacante poteſt inuitare Epiſcopum ad ordines cõferendos poſt annum, vel arctatis in propria diœceſi, qui tamen caſibus prædictis proteſtari debet, quòd per id nõ acquiratur aliquod ius illi Epiſcopo. Sbroz. d.lib.q.12.

II. *Vicarius ſine mandato ſpeciali non poteſt Indulgentias concedere:* quas cum eo illas poteſt concedere, etiam ſi non ſit ſacerdos, quò ad Indulgentias generales, quas dare poteſt Epiſcopus, ſecus in iis quæ ex Papæ licentia dantur per ſacerdotes, pœnitentibus, quia ſic oportet, vt ſit ſacerdos. Sbroz.d lib.2.q.40.

III. *Non poteſt ſine ſpeciali mandato diſpenſare cum inhabili*, cum eo verò poteſt diſpenſare caſibus quibus Epiſcopus poteſt, vbi mandatum id continet, & cum inhabili, ſi Epiſcopus poteſt. Sbroz.d.lib. 2.q. 35. nec per mandatum ſpeciale ad diſpenſandum poterit diſpenſare in caſibus ſpecialiter per Papam Epiſcopo demandatis, etiam ſi mandatum ſe extenderet ad cauſas Epiſcopo delegandas. Sbroz.d. lib.q.36.niſi in caſibus occultis, iuxta cap.6.ſeſſ. 24.in Trid. Conc. vt ibi dicit Sbroz. qui nec ex generali poteſtate diſpenſandi, poteſt diſpenſare ſuper crimine, vel commutare pœnas, aut facere compoſitiones, vt dicit Sbroz.d. lib.q.37. vbi & declarat quibus caſibus poſſit Epiſcopus diſpenſare, aut pœnas commutare, vel non.

IIII. *Non poteſt cognoſcere cauſas matrimoniales ſine mandato.* Bertach.tract. de Epiſc.in quo tamen probabilius eſt, quòd poſſit; qui tamen ſine tali mandato non poteſt conuocare ſinodum diœceſanam, nec Capitulum. Sbroz.d. lib.2. q. 44. & 46. cum eo verò poteſt, & etiam accedere ad Concilium prouinciale pro Epiſcopo impedito, & etiam ad Concilium generale, vt ibi dicit Sbroz. q.47.qui & ſine tali mandato non poteſt exigere quartam decimarum mortuariorum, ſinodaticum, & ſubſidium charitatiuum, vel cum generali cum libera.Sbroz.d.lib.q.48.

V. *Non poteſt exequi pias voluntates ſine mandato ſpeciali, & niſi ex cauſa.* Sbroz. d.lib. q. 49. nec adire ſine eo hæreditatem lucroſam delatam Eccleſiæ Cathedrali, vt nec eccleſiæ œconomum conſtituere. idem q. 53. nec omnia poteſt quæ Capitulum ſede vacante. Sbroz.d.lib.q.29.nu.7.

VI. *Non poteſt interuenire electioni, nec cõſentire ſtatu-*

tis

tis in quibus Epiſcopus interuenit, & conſentit de iure ſpeciali: Niſi Epiſcopus eſſet abſens: quia tunc ſatis eſt conſenſus Vicarij, niſi ibi conſilium requiratur, quia id præſtare non poteſt, vt nec præſtare conſenſum collationi beneficiorum. Sbroz. d. lib. 2. q. 30.

Septimò: *Non poteſt ſine ſpeciali mandato interponere authoritatem in creatione noua dignitatis:* Nec in creatione iuriſpatronatus, nec id transferre in laicum, nec ſufficit in his tacitus conſenſus Epiſcopi, nec etiam ſi Vicarius haberet mandatum generale cum expreſſione aliquorum ſpecialium, niſi Epiſcopus eſſet abſens, in translatione iuriſpatronatus, vel electione. Sbroz. d. lib. q. 31. qui nec creare poteſt nouum beneficium in eccleſia ſine ſpeciali mandato Sbroz. ibi. q. 32.

Octauò: *Non poteſt conſtituere delegatum ad vniuerſitatem cauſarum.* Sbroz. d. lib. q. 55. num. 6. nec facere alium Vicarium ſine cauſa, & ſine mandato. Sbroz. lib. 1. q. 15. num. 7. qui nec omnia poteſt exercere ſine eius mandato, vt ibi dicit in fi. & q. 66. lib. 2. etiam ſi mandatum habeat ſpeciale ad ſubſtituendum, quia non poterit conſtituere alium Vicarium, nec in temporalibus tantum, nec in ſpiritualibus, nec etiam ſi ſit Vicarius Capituli ſede vacante, nec etiam ſi ſit Vicarius Legati, qui nec dare poteſt œconomum, niſi adſit mandatum ſpeciale: niſi in mandato dicatur, damus poteſtatem ſubſtituendi alium quem nos Vicarium cum eadem poteſtate ſubſtituimus: vel niſi crearet Vicarius Vicarium ad certum actum, quia id poteſt ſine mandato ſpeciali, vel niſi adſit neceſſitas ſic creandi ob abſentiam, vel infirmitatem Vicarij, vel ſi creetur ad modicũ tempus, vel id habeat conſuetudo, & in hoc creditur Vicario ſic aſſerenti: & id poteſt etiam Vicarius in vna parte diœceſis ex his cauſis, ſic tamen vt laico non poſſint delegari cauſæ criminales etiam cum clerico, nec etiam coniugato. Et prædicta intelliguntur in his quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis in quibus Vicarius non poteſt dare Vicarium, ſecus in voluntaria, vt & poteſt alicui committere vices ſuas per modum delegationis, niſi Vicarius in illa cauſa eſſet delegatus, quia alteri delegare non poſſet, & aliis caſibus poteſt Vicarius ſeruire per ſubſtitutũ, vt dicit Sbroz. remiſſiuè d. lib. 2. q. 56. qui & in caſibus in quibus eſt delegatus non poteſt prorogare iuriſdictionem ad ſimilia. idẽ lib. 1. q. 67. num. 6. vt nec poteſt ſine

mandato

Digitized by Google

mandato ſpeciali procedere in caſibus de quibus in c. pen. & fin.de offic.vic.in 6. vbi Doct. qui nec multis caſibus habet eam iuriſdictionem quam Epiſcopus, nec idem conſiſtorium,quò ad ſupplicationem. idem Sbroz.lib. 3.quæſt.6. nu.24.vt in cauſa per Epiſcopum alij delegata, & quæſt.12. num. 3.d.lib.

IX. *Non poteſt cognoſcere cauſam ſpecialiter Epiſcopo delegatam à Papa ſine noua cõmiſſione: etiam ſi mandatum ſe extenderet ad cauſas Epiſcopo delegandas.* Quod intelligitur quando Epiſcopo committitur nudum miniſterium, vel cauſa ſpecialis in qua eligitur eius induſtria,ſecus ſi cauſa Epiſcopo committatur generaliter, quia poteſt eam ſubdelegare. Zerola in praxi. ep.Vicarius.21. dub.5. qui in occultis, vt ſupra, poterit ex Epiſcopi commiſſione abſoluere ſi ſpecialiter deputetur etiam in Papæ reſeruatis. c.6.ſeſſ.24. in Trid.Conc. modo ibi expreſſo. Sbroz. d.lib.2. q. 36. nec ad Capitulum ſede vacante tranſeunt cauſæ Epiſcopo delegatæ; & ſi mandata,præcepta, & literæ apoſtolicæ ſint Epiſcopo directæ non tranſeunt iis eius Vicarium, niſi à Papa Vicarius ſit conſtitutus, vel cauſa commiſſa ſit alternatiuè Epiſcopo,vel eius Vicario.Sbroz.d.lib.2.q.135.nec è contra Epiſcopus poteſt cognoſcere cauſam Vicario à Papa delegatam,quod intelligitur quando cauſa eſt delegata Vicario ſub nomine proprio, & dignitatis, quia Epiſcopus non poteſt cognoſcere, nec etiam ſi ſub nomine Vicarij; & prædicta intelligũtur de delegatione facta Vicario quæ nõ tranſit in Epiſcopum; præcepta etiam literæ, & mandata apoſtolica Vicario directa non tranſeunt in Epiſcopum. Sbroz. d. lib.q.136. niſi,vt ſupra, cauſa ſit generaliter Epiſcopo delegata, quod tamen fieri non conſueuit, & ideò tutius eſt, vt ſic abſtineat,& è cõuerſo, modo quo ſupra, qui nec ſine ſpeciali mandato poteſt facere gratiam, ſed tantum iuſtitiam exequi,etiam ſi Epiſcopus non ſit in diœceſi, ſed ad Epiſcopum eſt recurrendum. Abb.in clem.vnica.de offic.vic.idem d.lib.2.q.138.vt nec poteſt cognoſcere de validitate,vel inualiditate diſpenſationis ab Epiſcopo factæ. Purpurat. conſ. 381.vol.1. idẽ d.lib.q.139.qui nec poteſt eſſe iudex in cauſa Epiſcopi, nec etiam in cauſa eccleſiæ Epiſcopi, eo caſu quo nec Epiſcopus eſſe poteſt, qui tamen poterit teſtificari in cauſa pro actore coram Epiſcopo ſi neceſſitas, poſtulet niſi deponeret de exercitio ſuæ iuriſdictionis, quia ſic eſſet

 ſuſpectus.

Digitized by Google

ſuſpectus. Sbroz.d.lib.q.137. qui nec poteſt ſe intromittere in cauſa Vicarij ſpecialis Epiſcopi. Sbrozius d. lib. quæſt. 139. Epiſcopus tamen poteſt eſſe iudex ſui Vicarij, niſi ſit in culpa in delicto per Vicarium in iuriſdictione commiſſo. idem q. 138. ſi tamen Vicarius ſpecialis in aliquo loco diœceſis ex iuris diſpoſitione, vel conſuetudine, derogatiuè non accumulatiuè ſit conſtitutus, in illo loco Epiſcopus non habebit ordinariam iuriſdictionem, nec illam per ſe, vel alium poterit exercere. Sbroz.d.lib.q.140.

X. *Non poteſt ſine mandato ſpeciali cognoſcere cauſas criminales.* c.licet. vbi Doct de offic.vic.in 6.aliàs proceſſus eſt nullus, etiam ſi ſit Vicarius Capituli, vel ei ſit commiſſum regimen,& cura Epiſcopatus, niſi in mãdato eſſent expreſſa ſimilia, vel maiora, vel collatio beneficiorum, vel ſi Vicarius inquirit, vt referat Epiſcopo, non vt puniat, etiam ſi inquirat ad eum abſoluendum: vel ſi Vicarius inquirit, vt delinquentes ſe emendent, non vt puniat, vel ſi inquirit ad publicam vtilitatem non priuatam, vel ſi vult irrogare pœnam pecuniariam, vel ſimilem, quod poteſt, non autem depoſitionis, vt poteſt inquirere in crimine hæreſis, & Vicarius Epiſcopi creatus per Papam, qui poteſt cognoſcere cauſas criminales. Sbroz. d. lib. q. 143. qui tamen non poteſt procedere contra canonicos, niſi adhibitis duobus de Capitulo, niſi ex priuilegio conſtitutionibus, conſuetudine, vel concordiis aliter ſit obtentum. Sbroz.d.lib.q.135.

XI. *Non poteſt dare facultatem clerico exuli reuertendi domum, & ſic reuocando eũ ab exilio, cum id ad ſolum Principem ſpectet, & ſic Epiſcopum.* Præpoſ.in c.imprimis.2.q.1. niſi adſit iuſta cauſa reuocandi, vel mandatum ſit ſpeciale, vel verba in mandato importantia ſpeciale mandatum, vel niſi clericus de facto eſſet miſſus in exilium per Vicarium, quia ſic poſſet eum reuocare. Sbroz.d.lib.q.156. qui & non poteſt deponere clericum ab ordine ſine ſpeciali mandato. Sbroz. d. lib. quæſt.157. vbi latè agit de verbali, & actuali depoſitione, qui nec poteſt ſine ſpeciali mandato fiſco addicere bona clericorum, niſi ſit Vicarius Papæ generalis. idem quæſt. 158. qui nec poteſt condemnare hæreticum ad mortem, ſed poteſt declarare illum eſſe hæreticum. Sbroz.d.lib. quæſt.161.num.3. abſente Epiſcopo, vel de eius conſcientia, vt ibi dicit, vt nec exercere iudicium ſanguinis condemnando ad mortẽ, vel membri mutilationem, poteſt tamen torquere,

Digitized by Google

torquere, carceri mancipare, modeſtè verberare, & etiam triremibus addicere ex cauſa clericos. Sbroz. d. lib. quæſt. 153. 154. licet ab vltimo ſit abſtinendum ſi fieri poteſt, qui & ſine mandato ſpeciali Epiſcopi non poteſt exequi mandata, præcepta, & pœnas edictorum, vt nec poteſt ſtatuere ſuper his quæ competunt Epiſcopo de iure ſpeciali, ſine eius ſpeciali mandato. Sbroz. d. lib. quæſt. 188. & 189. qui nec poteſt facere gratiam ſine ſpeciali mandato delinquentibus, vt ſupra eſt dictum, modo ibi expreſſo; vt nec poteſt transferre ius patronatus in laicum, vel approbare ſimilem donationem ſine conſenſu Epiſcopi. Sbroz. d. lib. q. 197. nec præſtare authoritatem ædificationi monaſterij, nec illi præficere Abbatiſſam, aut cum ea diſpẽſare ſi ſit corrupta. Sbroz. d. lib. q. 198. vt nec dare licentiam monachis eundi ad ſtudium in locis in quibus Epiſcopus eſt loco Abbatis, ſine ſpeciali mandato. Sbroz. d. lib. quæſt. 200.

XII. *Non poteſt dare licentiam clerico, prorogandi iuriſdictionem alterius iudicis, & ſic in eum conſentiendi cum id non liceat ſine conſenſu proprij Epiſcopi.* c. ſignificaſti. de foro compet. ſine licentia ſpeciali, & modo is ſit iudex eccleſiaſticus. Sbroz. d. lib. q. 203. qui nec dare poteſt licentiam Epiſcopis expulſis à ſuis diœceſibus exercendi iuriſdictionem in ſua diœceſi, niſi Epiſcopus proprius eſſet multum abſens. idem ibi quæſt. 205.

XIII. *Non poteſt confirmare prelatos electos ſine ſpeciali mandato, vel pleno mandato cum expreſſione aliquorum ſpecialium.* Quæ confirmatio poteſt fieri etiam extra diœceſim, niſi adſit contradictor, quia tunc non poteſt fieri extra diœceſim. Sbroz. d. lib. 2. quæſt. 70.

XIIII. *Non poteſt conferre beneficia ſine ſpeciali mandato.* Doct. in cap. fin. de offic. vic. in 6. nec Vicarius Capituli ſede vacante, nec Vicarius à Cardinali Epiſcopo, vel Papa in aliquibus conſtitutus, neque ſi Vicarius haberet poteſtatem recipiendi reſignationes ex cauſa permutationis, vel ſimpliciter, quia non poterit conferre beneficia reſignata ſine ſpeciali mandato conferendi; vt nec ſine ſpeciali licẽtia cõferendi, poteſt recipere reſignationes, & expedire renunciationes beneficiorum; nec etiam poteſt conferre beneficia deuoluta, quæ per Capitulum ſede vacante conferri poſſunt, nec inſtituere Vicarium perpetuum in eccleſia; neq; ſi Vicarius haberet facultatẽ eligendi, & præſentandi, & maiora

Digitized by Google

faciendi:adhuc enim non poteſt conferre; nec etiam poteſt cõſentire collationi:etiam Epiſcopo abſente. Et minus conſtituere penſionem, niſi in prædictis habeat ſpeciale mandatum; niſi ſit Vicarius generalis Epiſcopi à Papa conſtitutus, quia poterit conferre beneficia etiam ſine mandato Epiſcopi. Oldr.conſil.208. num.3. cui & dirigi poſſunt nominationes, vt debeat graduatis, & nominatis prouidere ſicut Epiſcopus: vel niſi Vicario eſſet data poteſtas prouidendi ad beneficia, quia ſic poterit conferre. Sbroz. d.lib.2. quæſt.71.

Et vbi Vicarius habet mandatum ad conferendum, tale mandatum recipit multas interpretationes. Primò enim, ſe extendit tantùm ad beneficia,quæ Epiſcopus iure ordinario conferre poteſt,non autem authoritate Apoſtolica,vt in caſu clem.vnica.de ſuppl.negl. præl. niſi in mandato id exprimatur: vt dicit Sbroz.d.lib. q.72.modo quo ibi dicit Sbroz. Secundò,ex mandato conferendi beneficia,non poteſt conferre beneficia de nouo creata,niſi talis ſingularitas in mandato exprimatur. Sbroz. ibi quæſt. 73. vt ſi habet poteſtatem conferendi Epiſcopo abſente, id non poteſt ſi Epiſcopus adſit, modo Vicarius non ignorarit præſentiam, aliter enim valet. idem ibi.q.74. Tertiò,ſi habet poteſtatem conferendi beneficia affecta graduatis,& nominatis,vel vacãtia in certis menſibus, non poteſt aliter conferre. idem ibi q. 75. niſi dictum ſit, quòd conferat clericis beneficiatis, quia non prohibetur conferre non beneficiatis, vt ibi dicit, vt nec ex mandato ſpeciali poteſt conferre beneficia vacantia, in curia etiam poſt menſem, ídq; ante factam collationem, quia facta tenet,vel niſi Epiſcopus eſſet abſens,cum eo præſente non poſſit per aliũ conferre.idem ibi q.76.qui nec poteſt conferre beneficia reſeruata Papæ,etiam ſi deputatus ſit Vicarius à Papa ad conferendũ beneficia reſeruata, vel affecta. idem ibi q. 77. ſic nec ſubſtitutus à Vicario, qui habet generalem poteſtatem conferendi, poteſt conferre, niſi ſit ſubſtitutus cum ſimili poteſtate,vel cum poteſtate cõferendi.idem ibi q.78. & ſi Vicarius nulliter conferat, tenetur ad damna & expenſas, & ad conferendum aliud beneficium,& Epiſcopus nõ tenetur ſtare tali collationi, niſi quis poſſederit per triginta annos bona fide, probabile enim eſt valere collationem aſſerti Vicarij. idem ibi q.79.80.Quartò,ſi Vicarius habet licentiam conferendi beneficia,poteſt conferre

etiam

Digitized by Google

etiam dignitates. Gem. & Franch. in c. fi. de offic. vic. in 6. idem ibi q.81.& etiam beneficia curata, capellas, officia, & alia munera eccleſiaſtica, & etiam commendare, modo ſit Vicarius generalis, non verò ſi ſpecialis ad conferendum, qui non poſſit commendare. idem ibi q.82.83.& habens facultatem conferendi beneficia, poterit conferre etiam vacantia ante datam facultatem. idem ibi q.84.& ſi habet ſpeciale mandatum conferendi, poteſt conferre etiam Epiſcopo præſente, niſi dictũ ſit, Epiſcopo abſente; & poteſt etiam de illis diſponere quæ Epiſcopus habet in perſonam ſuã ex illa generali facultate, & etiam in menſe alternatiuo. idem ibi q.85.86.& 87. Quintò, vbi Vicarius confert ex mãdato ſpeciali, dicitur conferre vt delegatus, nõ vt ordinarius. idem ibi q.88. & ſi Vicarius, vt canonicus prouidet de beneficio ſpectãte ad collationem Epiſcopi, & Capituli, valet collatio. idem ibi q.89. non poteſt tamen Epiſcopus dare facultatem conferendi beneficia ei qui non ſit Vicarius in temporalibus, idem ibi q.90. Sextò, ſi Vicarius habet mandatum ſpeciale ab Epiſcopo conferendi beneficia, non poterit tamen conferre ſibi ipſi, nec Epiſcopo ſuo, niſi ſit Vicarius Epiſcopi apoſtolica authoritate creatus; vel niſi ſit ſubſtitutus à Vicario habente authoritatem ſubſtituendi, is enim poterit conferre Vicario conſtituenti. idem ibi q.91.& 92. Septimò, ſi Epiſcopus dedit poteſtatem Vicario conferendi beneficia, ante Vicarium poteſt conferre, cum ſibi retineat poteſtatem quam alij dedit. c. conſtitutus. de conceſſ. præb. & ſi eodem die conferunt, pręfertur collatio Epiſcopi. c. ſi à ſede. de pręb. in 6. etiam ſi Epiſcopus contulerit beneficium extra diœceſim, vt & ſi Vicarius, & Capitulum cuius eſt Vicarius ſede vacante conferant eadem die, præfertur collatio Capituli, niſi prouiſus à Vicario poſſeſſionem accepiſſet ante prouiſum ab Epiſcopo, quia ſic melior eſt conditio poſſidentis, vt & ſi in collatione Vicarij adeſſet dies, & hora, & in Epiſcopi collatione non adeſſet hora, quia ſic præfertur prouiſus à Vicario; ſi tamen primò prouiſus à Vicario non acceptat, redit ad Epiſcopum, & ſi duæ inſtitutiones fiant à Vicario & Epiſcopo, præfertur illa Epiſcopi quando Vicarius non habebat ius inſtituendi. Sbroz. d. lib. q.93.& 94. qui Vicarius non poteſt etiam cognoſcere de viribus collationis Epiſcopi. idem ibi q.95. vbi & remiſſiuè quærit an collatio facta à Vicario Epiſcopi excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, vel

reuocati teneat.q.96.97.Octauò,ſi cōfert Vicarius indignis, nō poteſt dignis conferre,etiam ſi ſit delegatus ab inferiore Papa, & poteſtas deuoluitur ad Archiepiſcopum, quando Epiſcopus eſt in culpa,aliàs non.Sbroz.lib.3.q.37. & 38. & ſi in mandato Vicarij habetur,quòd conferat idoneis,poteſt conferre etiam beneficiatis,modo beneficium incompatibile non obtineāt,quia ſic primum vacat.idem ibi q.101. Nonò, ſi Vicarius habet mandatum ſpeciale conferendi,poteſt conferre etiam extra diœceſim.Rota deciſ.2.de offic. vic. in vlt. qui & ibi poteſt recipere inſinuationes, nominationes, & gradus,& id etiam poteſt committere Epiſcopus Vicario alterius diœceſis,vbi conſenſus committentis, commiſſarij, & partium interueniat;qui Vicarius tamen non poteſt conferre beneficia vacantia in curia,nec extra diœceſim, quando ei limitatur, vt conferat in ciuitate,& diœceſi. Sbroz. d. lib.2.q.102.Decimò,Epiſcopus,vel Vicarius non poteſt aliquid recipere pro collationibus beneficiorum, literis teſtimonialibus,vel eorum ſigillo,etiam ſponte oblatum. c. 14. ſeſſ.24.in Trid.Conc.Sbroz.ibi q.103.niſi parum, vt ibi dicitur. Vndecimò, poteſt Vicarius accipere inſinuationes beneficiorum Epiſcopo abſente,vel impedito,& in eius abſentia officialium,& ligat id Epiſcopum, dummodo probetur eum haberi pro Vicario, & ſi Epiſcopus Vicarius Epiſcopi recepit inſinuationes intelligitur eas recipere,vt Vicarius non vt Epiſcopus.idem d.lib.2.q.104.107.& 108. Duodecimò,ſi plures ſint Vicarij ſat eſt mandatum apoſtolicum vni præſtari,& id ligat Epiſcopum etiam abſentem, niſi innuatio fuiſſet facta Vicario in ſubſidium quando non poſſet haberi copia Epiſcopi, tunc enim Epiſcopum non ligaret. Sbroz.d.lib.q.105.& 106.Decimotertiò, ſi Vicarius conſtitutus erat ante familiaris Cardinalis conſtituentis, eius beneficia vacantia reducuntur ſub regula de familiaribus Cardinalium, aliàs non.idem q.109. Decimoquartò, Vicarius Epiſcopi ſine mandato ſpeciali non poteſt præſentare.Abb. in c.1. de offic. vic. qui nec habens tale mandatum poteſt præſentare ſeipſum, vt d.Sbroz.d.lib.2.q. 110. Decimoquintò: *Vicarius Epiſcopi ſine mandato ſpeciali poteſt inſtituere præſentatum à patrono.* glo.& Doct. in c.fi. de offi. vic. in 6. Boër.deciſ 30.nu.6.Roch.de Curt.de iure patr.q. 31. nu. 66. teſtans de communi.& etiam poteſt præſentatum tantū admittere.c.vnico.eod.in 6.& etiam poteſt admittere reſigna-

tionem.

tionem ſimplicem in manibus eius factã alicuius beneficij ſpectantis ad Epiſcopi inſtitutionem, vel collationem; vt inſtitutionis pręambulam,& etiam ex officio,vel ad inſtantiam partis poteſt cogere eccleſiaſticũ patronum poſt præſentationem ad dandum congruam portionem Vicario pro eius ſuſtentatione, & onerum eccleſiæ ſupportatione: & ſi eſt diſcordia inter patronos poteſt inhibere celebrationem, & reliquias tollere,& claudere hoſtia eccleſiæ, & ibi conſtituere œconomium,qui conſeruet fructus donec de Rectore prouideatur; qui tamen Vicarius non poteſt inſtituere, vel præſentare ſeipſum,nec ſubſtitutus etiã poteſt ſubſtitučtem inſtituere.Sbroz.d.lib.q.111.modo,vt ſupra,qui etiã non poteſt remouere inſtitutum per Epiſcopum, etiam ſi in mandato adſint aliqua ſpecialia,adhuc enim non poteſt cognoſcere de inſtitutione Epiſcopi, niſi conſtet de expreſſa, & ſpeciali cõmiſſione Epiſcopi.Sbroz.d.lib.q.112.qui Vicarius poteſt etiã extra diœceſim inſtituere,& facere inſinuationes nominationis;cui tamen Vicario aſſerenti in inſtitutione de iure patronatus non creditur in pręiudiciũ Epiſcopi.idem q. 113.& 114. Decimoſextò, Vicarius etiam non poteſt vnire beneficia ſine mandato ſpeciali.idem q.115.vt nec poteſt reuocare vniones, & diuidere eccleſias parochiales. idem ibi q.116.Decimoſeptimò, non poteſt ſine ſpeciali mãdato nouam erigere parochiam, nec transferre eccleſias vetuſtate collapſas in matrices,aut alias eccleſias viciniores, nec beneficium ſupprimere.idem ibi q.117. Decimooctauò, non poteſt alienare res eccleſiæ ſine ſpeciali mandato, niſi habeat mandatum faciendi quod Epiſcopus poteſt, ſi tamen illa alienatio non ſit mera donatio.Decimononò,poteſt Vicarius recipere iuramentum à vaſſallis Epiſcopi fidelitatis, modo non ſit feudum Epiſcopale,vt nec poteſt facere nouas inueſtituras,vel renouare,vel recipere homagium,niſi cum ſpeciali mandato.idem ibi,q.119.

XVI. Principaliter:*Vicarius Epiſcopi non poteſt viſitare diœceſim ſine ſpeciali mandato.*c.decernimus.cap.ſi tempus. vbi Archid. & alij. de offic. ord. in 6. niſi Epiſcopus fuerit impeditus, tunc enim poteſt illam viſitationem perficere quam Epiſcopus poteſt.cap.3.ſeſſ. 24. in Trid. Concil. non autem eam quotidianam quam Archidiaconus facere ſolet,cum Epiſcopus alteri, quàm Archidiacono eam committere non poſſit, niſi hoc caſu Epiſcopus per alios

priuilegio apoſtolico viſitare poſſit.Sbroz. d. lib. q. 120. & dum Vicarius viſitat diœceſim,neceſſaria ad victum ei ſubminiſtrantur, ſic tamen quòd Epiſcopus tenetur ei dare veſtes,equos,familiam, & alia opportuna, viſitandi verò expenſas victualium, niſi ſcandalum ſurgat, vel conſuetudo aliud obtineat,quæ eſt ſeruanda.idem ibi q.122.& 123. vt & Epiſcopus tenetur ex delicto Vicarij commiſſo in viſitatione.idem ibi q.124.

XVII. *Non poteſt cognoſcere, vt ſupra, cauſas feudales ſine ſpeciali mandato, nec Capitulum ſede vacante.* Qui & in procedendo non debet attendere ſtatuta, vel conſuetudines laicorum ſuper ordine procedendi, niſi ab Epiſcopo, vel ſynodo eſſent approbatæ, idque in prophanis tantum, non in ſpiritalibus. idem Sbroz. d. lib. 2. q.125.qui & non poteſt cognoſcere cauſas beneficiales criminaliter motas, ſed tantum ciuiliter,niſi eſſet creatus Vicarius à Papa. idem ibi q. 126.

XVIII. *Non poteſt diſpenſare in irregularitate ſine mandato Epiſcopi, cum eo verò poteſt ſi delictum eſt occultum, ſecus ſi apertum.* Nau. c.27. nu.134. in fi. & in homicidio caſuali ſuper irregularitate, non verò ſi ſit voluntarium. Nau.ibi.nu. 220. & cum eo qui ante ætatem legitimam occultè eſt ordinatus,& miniſtrauit, & etiam in irregularitate occulta cõtracta ab eo,qui eſt alterius diœceſis, & ibi degit. Zerola in praxi Epiſc.verbo,Vicarius.num.16.& ſi agitur de cauſa Epiſcopi,datur Vicario adiunctus.addit. ad deciſ. Rotæ primam.de offic.vic.in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius quæ agere debeat.*
2 *Vicarius quæ agere non debeat.*

De officio Vicarij. Ver.3.

1 *Vicarius quæ agere debeat.*

PRIMVM ſic dictum: *Multa Vicarius ex officij debito peragere debet.* Primò enim debet reſidere in Epiſcopatu.Sbroz.li.1.de vic.q.69. poteſt tamen in quocunque loco diœceſis ſibi tribunal eligere, modo locus ſit honeſtus, & partibus tutus,ſi illum eligit pro iuridico, & modo locus non

Digitized by Google

non ſit exemptus; idem q.70.d.lib.1. qui & in domo laicorum id agere poteſt, vt ibi dicit.

II. Statim ingreſſus officium publicare debet literas teſtimoniales.idem d.lib.1.q.64.nu.16.

III. Intra triginta dies debet exhibere acta gratis appellanti.idem lib.3.q.9.

IIII. Debet per cenſuras compellere dominos temporales, qui permittunt in terris ſuis alienigenas conducere domos ad fœnus exercendum.idem lib.2.q.150.

Cætera ad hanc rem facientia, videnda ſunt tract.de Magiſtratibus in communi.

Secundum ſit dictum. *Vicarius Epiſcopi, nonnulla non debet agere.* 2 *Vicarius quæ agere non debet.*

Primò enim non debet concedere licentiam regularibus miniſtrandi viaticum extremam vnctionem laicis, nec clericis alienæ parochiç, nec matrimonia celebrandi. Sbroz. lib.2.q.16.nu.1.

Cætera ad hanc rem facientia, videnda ſunt d. tract. de Magiſtratibus in communi.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius poteſt ad libitum remoueri.*
2 *Vicarij poteſtas, & officium, quibus caſibus expiret.*
3 *Vicarius in quibus peccare poſſit.*
4 *Vicarius delinquens à quo puniri poſſit.*
5 *Vicarius an poſsit recuſari, vt ſuſpectus, & quomodo.*

De reuocatione Vicarij, & vt in officio peccare poſſit. Ver.4.

TAMETSI Vicarius Epiſcopi, tanta, vt ſuprà eſt dictum, potiatur poteſtate, tamen ad libi- Sbroz.de Vic.lib.1.q.45.nu.9. tum Epiſcopi reuocari poteſt, & remoueri. 1 *Vicarius poteſt ad libitum reuocari.*

II. *Expirat eius poteſtas, morte propria, vel Epiſcopi.* Qui tamen cauſas cœptas viuo Epiſcopo, illo mortuo poteſt expedire.idem lib. 3. q.44. & 45. imò, & ſi ei fuit commiſſa cauſa proprio nomine, adhuc poteſt procedere, licèt deſinat eſſe Vicarius, modò cœperit de cauſa cognoſcere, niſi contraxerit inhabilitatem per quam 2 *Vicarij poteſtas, & officium, quibus caſibus expiret.*

fiat incapax iuriſdictionis Eccleſiæ.idem d.lib.3. quæſt. 46. qui tamen finito officio non poteſt procedere in cauſa ſibi commiſſa,etiam ſi cœpiſſet hoc caſu cauſas cognoſcere, licèt ſecus ſit,vbi tantum Epiſcopus eſt mortuus. Sbroz.d.lib. quæſt.47.

III. *Expirat poteſtas Vicarij ſi eius Epiſcopus reſignet Epiſcopatum.* Geſta tamen per eum ante notitiam reſignationis valent; & idem ſi eccleſia vacet per depoſitionẽ Epiſcopi,tranſlationem,relegationem,ingreſſum religionis,vel alio modo, ſic enim expirat poteſtas Vicarij. gl. in c. ſi propter. de ſuppl. negl. præl. in 6. etiam ſi Epiſcopus ignoret tranſlationem,modo à Papa ſit admiſſa,& etiam expirat ante aduentum ſucceſſoris cùm non habeat iuriſdictionẽ cohærentem territorio, & idem in Vicario Capituli ſede vacãte, cuius poteſtas expirat per adeptionem poſſeſſionis noui prælati,& idem probabile eſt ſi eccleſia vacet per permutationem;poteſt tamen nouus Epiſcopus, ſi is idoneus ſit,& deberet illum confirmare.Sbroz. d.lib.q.42. ſi tamen Vicarius tranſlatus ſit de vno officio ad aliud, geſta per eum valent.Sbroz. ibi. q. 43. & etiam ſi Epiſcopus ſit excommunicatus,Vicarius non poteſt exercere iuriſdictionem. cap.Romana.vbi glo.de offic.vic.in 6.

IIII. Si alius Vicarius conſtituatur, non cenſetur per hoc reuocatus, niſi expreſſè, vel tacitè,id apparet ex verbis ſecundæ inſtitutionis,primum eſſe ſcilicet reuocatum, vel niſi primo fuerit facta mortificatio, vel intimatio conſtitutionis ſecundi,nec valet per eum geſta poſt notificationem ſecundi,maximè ſi primus ob culpam eſt amotus,quæ procedunt,modo primus habuerit notitiam conſtitutionis ſecundi,tunc enim non valent per eum geſta,modo id ei fuerit intimatum per Epiſcopum per literas, vel eius nuntium; niſi ſciẽte, & patiente Epiſcopo primus aliqua agat,ſic enim valent,prædicta etiam intelliguntur modo ſecundus Vicarius ſit conſtitutus generalis,& nõ ad certas cauſas, ſic enim primus non reuocaretur, licèt primus foraneus reuocetur per conſtitutionem ſecundi:ſi tamẽ ſecundus Vicarius conſtituatur citra reuocationem primi, vel ſi ſecunda conſtitutio ſit nulla,primus non cenſetur reuocatus. Sbroz. d. lib.3. q.33. qui tamen non cenſetur reuocatus per Epiſcopi præſentiam,niſi conſtitutus ſit eo abſente, vt ſi datus ſit donec alius conualuerit, eo ſanitatem adepto, eſt reuocatus, niſi Epiſco

Digitized by Google

Epiſcopus ſolitus eſſet habere Vicarium in eius præſentia, tunc enim hoc caſu eo præſente ſi aliud non exprimatur, reuocatus non cenſetur. idem ibi quæſt. 34. qui Vicarius dum ignorat reuocationem, & ſecundi creationem, debet habere ſalarium. idem ibi quæſt. 35. & tenet collatio beneficiorum facta à Vicario reuocato, cui reuocatio non eſt intimata, & idem in inſinuatione nominationis ad collationem beneficij, vt & tenet collatio facta à reuocato, ſciente & patiente Epiſcopo, quæ & valet ſi Epiſcopus eſt mortuus in longinquis ſine ſcientia mortis eius. idem ibi. q. 36.

V. Vicarius Epiſcopi finito officio ſyndicari debet iuxta conſuetudines prouinciæ ab Epiſcopo approbatas. idem d. lib. 3. q. 52.

Peccare verò poteſt Vicarius pluribus modis, & primò, *ſi dat pecuniam Epiſcopo, vt fiat Vicarius.* Quo caſu officio priuari debet. c. 1. & 2. vbi Abb. ne prælat. vices ſuas, etiam ſi id actum ſit vt eum faceret Epiſcopus Vicarium in temporalibus. Sbroz. ibi q. 54. lib. 3. 3 *Vicarius in quibus peccare poſſit.*

II. *Si differt pœnam delinquentibus per gratiam, vel diſſimulationem.* idem ibi. q. 55. qui tamen non tenetur pro delictis, vel debitis aliorum Vicariorum. idem ibi. q. 56.

III. Si vſurpat ſibi iura Epiſcopalia, nec tunc debet amplius admitti ad Vicariatum. c. il ud. vbi gloſſ. de exceſſ. præl. Sbroz. ibi quæſt. 58. qui & vigore reſcripti Apoſtolici conueniri non poteſt extra diœceſim. Archid. in cap. ſtatutum. §. cùm verò. de reſcript. in 6. Sbroz. d. lib. q. 53. nec etiam poteſt conueniri durante officio. Sbroz. d. lib. q. 58. num. 13.

Quòd ſi Vicarius delinquat, non poteſt ab Epiſcopo puniri ſi peccat circa iuriſdictionem. Nec ſi vt priuatus, modo Epiſcopus ſit in culpa, ſi enim non ſit in culpa concurrendo in facto Vicarij poteſt eum punire delinquentem etiam circa iuriſdictionem; abſolutè verò ſub Vicarius punitur ab Epiſcopo, & Vicarius Capituli ſede vacante à ſucceſſore Epiſcopo. ſeſſ. 24. cap. 16. in Trid. Concil. Sbroz. d. libro 3. quæſt. 57 & 58. & abſolutè vbi Vicarius delinqui in his quæ ſunt iuriſdictioni, punitur ab Archiepiſcopo. Sbroz. libro 2. de Vic. quæſt. 58. num. 5. & quæſt. 138. eod. lib. 2. qui Vicarius in malefactis non repræſentat perſonam Epiſcopi, nec Epiſcopus tenetur ſtare eius malefactis, & eſt iudex 4 *Vicarius delinquẽs à quo puniri poſſit.*

in

Digitized by Google

in cauſa ſui Vicarij, niſi ſit in eadem culpa. idem d. libro 2. q.138.

5 *Vicarius an poſsit recuſari, vt ſuſpectus, & quomodo.*

Poteſt quoque Vicarius recuſari ob ſuſpitionem Epiſcopi: Non ſolùm quando cauſa Epiſcopo, & Vicario ſimul committitur, ſed etiam quando Vicarius procedit, vt Vicarius, niſi cauſa eſſet commiſſa Epiſcopo non vt Vicario, ſed vt delegato: ſic enim non poteſt recuſari, cùm tunc non habeat idem tribunal cum Epiſcopo, quod procedit etiam in Vicario Capituli ſede vacante, qui in cauſa ſibi delegata non facit idem conſiſtorium cum Capitulo; ſi tamen Vicarius Epiſcopi ſit creatus à Papa, vel alium ſuperiorem, non poteſt recuſari, vt ſuſpectus, ſi Epiſcopus recuſetur, niſi ſit eadem cauſa ſuſpitionis in vtroque. Secundò, de ſtilo ſignaturæ, Vicarij non allegantur ſuſpecti, ſed dantur eis adiuncti. Sbroz.lib.3.q.14.

E conuerſo verò Vicario ſuſpecto exiſtente, non poteſt recuſari, vt ſuſpectus Epiſcopus, niſi cauſa concernat Epiſcopum, vel ſit oriundus de terra aduerſarij, quia ſic etiam Epiſcopus eſt ſuſpectus. idem ibi q. 15. Cauſa verò ſuſpitionis Vicarij eſt ventilanda coram Epiſcopo, & idem in recuſatione delegati ab Epiſcopo, niſi cauſa concernat Epiſcopum, vel Vicarius ſit oriundus ex terra aduerſarij; & id procedit ſiue Epiſcopus ſit præſens, vel abſens, modo non ſit in remotis, quia tunc Vicarius Epiſcopi cognoſcit de cauſa recuſationis delegati Epiſcopi, niſi alter Vicarius etiam ſit in ſolidum, quia ad Epiſcopum pertinet huiuſmodi cognitio, ex conſuetudine tamen Epiſcopus committit cauſam recuſationis alicui confidenti. idem d. lib. 3. quæſt. 16. Sic etiam Vicarij iuriſdictio dicitur ſuſpenſa in cauſa per Epiſcopum aduocata. Sbroz. libro 2. quæſt. 174. numero ſeptimo.

SVMMARIVM.

1 *Canonici vnde dicantur, & eorum eminentia.*
2 *Canonici vt diſtinguantur, & conſtituantur.*
3 *Ad Canonicatum obtinendum, quæ requirantur.*
4 *Canonicorum prærogatiua quæ, & poteſtas.*
5 *Canonici quæ præſtare non poſſint.*
6 *Canonici quæ præſtare, & agere debeant, & à quibus cauere.*

7 *Capi*

7 *Capitalum Canonicorum quod ſit, vt conſtituatur, & conuocetur.*
8 *Capituli prærogatiua, & poteſtas quæ.*
9 *Capitulum quæ facere non poſſit.*
10 *Capitulum, ſede vocante, quibus prærogatiuis, & poteſtate fruatur.*
11 *Capitulum, ſede vacante, quæ agere non poſſit.*
12 *Dignitates in Eccleſia Cathedrali, quæ dicantur, & vt conſtituantur.*
13 *Archidiaconi dignitas, & poteſtas, & officium quod.*
14 *Archipreſbyteri dignitas, poteſtas, & officium quod.*
15 *Præpoſiti dignitas, poteſtas, & officium quod.*
16 *Primicerij, & aliarum dignitatum, dignitas, poteſtas, & officium quod.*

De Canonicis, & Capitulo, & primò de Canoninicis ſecundùm ſe. Cap. XXIIII.

NOTANDVM, quod Canonici dicuntur, qui canonem, vel reditum certum ex Eccleſia capiunt, & priuilegia certis maioribus clericis deſtinata habent, vel primi in Eccleſia ſunt, ſicut apud Pythagoricos dicebatur κανόνικοι, qui primus in iudicando partes habebat, teſte Cælio Rodig. l. 5. c. 11. Vnde & Cōnici dicuntur Clerici primi gradus, aliis beneficiariis honorabiliores dignitate carentibus. c. relatum. c. dilectus. de præb. not. Innoc. in c. ſedes. de reſcript. Boer. in tract. de ord. grad. vtr. for. in pen. par. num. 24. cum ſeq. & faciunt vnum corpus cum Epiſcopo. cap. nouit. vbi Abb. de his quæ fiunt à præl. & dicuntur fratres Epiſcopi, ſicut Cardinales fratres Papæ. cap. 2. de offic. leg. in 6. qui & licet dignitatem non habeant vel officium, æquiparantur tamen eam habentibus, vnde & Papa iis cauſas delegat non minus quàm in dignitate exiſtentibus. c. ſtatutum. cum ibi not. de reſcript. in 6. qui & cognoſcere poſſunt de cauſa ſibi commiſſa, & ſi renunciet canonicatui, vel ingrediantur religionem, de licentia ſuperioris, ſi cauſa iam erat cœpta, aliàs non. Franch. in d. cap. 1 *Canonici vnde dicantur, & eorũ eminentia.*

Secundò: *Notandum, quòd Canonici diſtinguuntur inter ſeculares, & regulares.* Regulares, qui præbendas habent in mona- 2 *Canonici vt diſtinguãtur & cõſtituãtur.*

monaſteriis,& ius ſuffragij in ſuo Capitulo.cap.fin.de regular. c.conſtitutis. de elect. de quibus tract.-de Regularibus. Alij ſunt ſeculares,qui habent præbendam in eccleſia collegiata, vel Cathedrali, qui & propriè tantum Canonici dicuntur.Dicuntur verò præbendæ eccleſiaſtica beneficia habentia ius ſpirituale annexum, diuiſis tamen portionibus non antea c.ex parte Aſtēſis.de conceſſ.præb. Et hæc rurſus, vel ſimplices ſunt, vel Canoniales;ſimplices ſunt quæ habent ius ſpirituale percipiendi certos prouentus in eccleſia collegiali,cui præbendatus inſeruit. Abb. Feli. & alij in cap. cum Martinus. de conſtit. & hæ poſſidentur per clericos ſecundi ordinis in eccleſia collegiali, qui per vices per ſingulas hebdomadas Miſſas ſolemnes, & diuina officia celebrare tenentur,qui hebdomadarij dicuntur, & vno gradu ſimplices præbendarios antecedunt.arg.c.dilecto.de præb.Sunt & alterius generis ſimplices præbendati, dicti Aſſitij, vel Manſionarij. cap.pen. vbi glo.de cler. non reſid.& prædicti qui alibi in duos gradus diſtinguuntur: vt ſcilicet alij ſint Capellani,alij Manſionarij, habent præbendas proprias diſtinctas, & participant de reditibus menſæ communis aliquam portionem, quæ datur tantum præſentibus in choro diuinis officiis, & non dicuntur Canonici, cum non habeant vocem in Capitulo Canonicorum, nec faciant vnum corpus cum Epiſcopo. Canonicalis præbenda, dicitur quæ eſt annexa Canonicatui, & omnia continet quæ ſimplici præbenda continentur, & vlterius habet ius ferendi ſuffragium in Capitulo,ſi modo illas obtinentes ſubdiaconi ſint, aliàs non.clem.2.clem.ex ratione.de æt.& qual.Conc.Trid. ſeſſ.24.c. cum dignitates.& ſtallum honorificentius in choro,& alicubi pacis oſculum, & almutiam pretioſiorem, vel alibi ex priuilegio Apoſtolico,mantellettum cum rochetto. cap. pro dilecto. &c. pro illorum. de præb. *Et hi Canonici rurſus diſtinguuntur. Alij enim ſunt actu Canonici, qui habent præbendam,& vocem in Capitulo: Alij, qui dicuntur Canonici in herbis,vel honorarij, vel habent ius ad primam præbendam vacaturam.* Qui quotidianas diſtributiones non percipiunt, nec actibus Capitularibus interſunt, Imola in clem. fin. de præb.etiam ſi ſub futuro, de mandato Papæ ſupra numerum ſint recepti.Rota deciſ.11. num. 16. de conceſ.præben.in antiq.qui & propriè non dicũtur Canonici reſpectu præſentis temporis,niſi quò ad denominationẽ, &

Habdomadarij qui ſint.

Aſſitij vel manſionarij aut perpetui.

Digitized by Google

& ſtallum ſibi aſſignatum in choro, & ius ad rem, id eſt ad præbendam proximè vacaturam. Rota deciſ. 3. de præben. in antiq.c.fi.de conceſſ. præb.in 6.cap. quædam.de præben. in 6.cap.relatum.cap.dilectus.de præben.c.cum ſuper.extra. de conceſſ.præben.cap.cum. Martinus.de conſtit.qui tamen non poſſunt ſtare diu ſine præbenda, cum canonicatus trahat ad ſe præbendam,non è cōtra.Rota deciſ.33. de reſcript. in nou.& cauſa 24.dub. 46.Thomæ Faſtoli. & canonicatus ſe habet ad præbendam,vt mater ad filiam,quam parit.Rota deciſ.11.de conceſſ. præb. in antiq.& etiam Epiſcopus ob tenuitatem redituum cum conſenſu Capituli, poteſt ſupprimere aliquos canonicatus, ſine authoritate ſedis Apoſt.c.15. ſeſſ.24.in Tri.Conc.& è conuerſo nouos conſtituere ex redituum ſuper creſcentia. gl.in cap. ex parte. de conc. præb. Boër.deciſ.62.n.7.Silua 4 p.q.7.n. 26.ver.15.Zerola in praxi ep.verbo,Beneficium.num.1.ver.13.§.5.modo vt infra.

Rurſus reditus Cathedralis, duplices ſunt: primò enim Canonici,& præbendati, habent præbendam, ideſt certam portionem annuam, quæ ſibi debetur ratione tituli beneficij, & percipitur etiam ab abſentibus à choro, modo vltra tempus ſtatutum non abſint.vt infra. Alij,qui dãtur tantum præſentibus diuinis officiis diurnis,& nocturnis, & excipiũtur ex mēſa communi ſi adſit,non autem abſentibus etiam cauſa ſtudij, niſi qui abſint ob eccleſiæ neceſſitatem, vel à choro ex infirmitate abſentes ſint, quibus duobus caſibus, ſolitis in ſanitate intereſſe diuinis, & non aliis, diſtributiones quotidianæ debentur.cap. vnico. vbi gl.& Doct.de cler. non reſid.in 6.c.de cætero.extra.eod.c.licet.de præb.c.olim. de verb ſig.Et hæ ſi ita tenues diſtributiones,vel nullæ ſint, ita vt diuinus cultus negligatur, extrahenda eſt tertia pars fructuum præbendarum canonicatuum, & beneficiorum Cathedralis,& conuerti in diſtributiones quotidianas, quæ tantum præſentibus diuinis officiis diſtribuantur,ſalua conſuetudine eccleſiarum,vbi non reſidentes nil,vel minus tertia parte percipiunt.c.3.ſeſſ.21.in Trid. Conc.& ſeſſ.22.c.3. Et ſi præbendæ cum diſtributionibus non ſufficiunt decenti victui reſidētium,de conſenſu Capituli, vnire ei debet Epiſcopus beneficia ſimplicia, modo tamen regularia non ſint, vel ſi id non licet, aliqua beneficia ſupprimere de patronorum cōſenſu laicorũ,ſi ipſorum ſunt,quorũ fructus in diſtributiones conuertantur,ſic tamen vt tot ſuperſint ſeruientes,

vt

vt dignitati eccleſiæ, & diuinis officiis peragendis reſpondeant; locis prædictis. & ſeſſ.24.cap. 15. non debent tamen ſumi beneficia extantia extra Cathedralem pro augendis diſtributionibus, etiam ſimplicia, niſi vnita ſint dignitati, vel canonicatui.ex deciſ.congreg.333.His ita notatis.

3 Primum ſit dictum. *Canonicatus, vt legitimè obtineatur, & poſſideatur debent plura concurrere.*

ad Canonicatum obtinendum quæ requirantur.

Primò enim; *illum obtinens non debet eſſe prohibitus obtinere, vt nec alij beneficiati.* De quo latè agitur tract. de Elect.per tot.

Secundo, *Debet eſſe ætatis legitimæ, vt ſcilicet ſi eſt ſine cura, in ea ætate ſit, vt ordinem requiſitum intra annum recipere poſſit*: iuxta clem.vt ij, de ætat. & qual. Conc. Trid. ſeſſ.24.c. 12. vt ſcilicet ſi eſt ei annexum ſacerdotium, eius ætatis ſit, vt intra annum ordinem illum ſuſcipere poſſit, & itidem ſi diaconatus, vel ſubdiaconatus reſpectiuè ei eſt annexu, cum omnis canonicatus aliquem ex his ordinibus ſacris annexum habere debeat. d.cap. 12. qui ſi intra annum non ſunt ad eos promoti, vocem in Capitulo non habēt ex tunc, donec ad eos promoti ſint, & eis pars dimidia diſtributionum ſubtrahi debet.d.clem.vt ij, qui & ſi debent fieri ſacerdotes, ante annum elapſum, ſi non ſint ſubdiaconi, vocem non habent in Capitulo.d.clem.in princ. Poſt annum verò neque ſi ſacerdotium non ſuſceperint. d. clem. verbo, ex tunc.& idem de diaconatu;quæ intelliguntur in Eccleſiis Cathedralibus, quò ad neceſſitatem ſuſcipiendi ordines ſacros, ſi illi præbendæ, vel portioni annexus ſit ordo ſacer, qui tamen, vt ſupra, vocem in Capitulo ibi non habent, vt nec in regularibus, niſi in ordine ſacro ſint conſtituti. d. clem. in princ. & ſi ordo ſacer iis eſt annexus, vt deberet, ſi tempore debito non ſunt promoti, amittunt vocem in Capitulo,& diſtributiones, modo quo ſupra.d.clem.Si verò canonicatibus collegiatarum ordines ſacri non ſunt annexi, cum id neceſſariò ſtatuatur de exiſtentibus tantum in Cathedralibus.d.cap. 12. tunc canonicatus collegiatarum probabiliter conferri poſſunt ſimplici clerico,& Eiſcopus etiam eo caſu poterit diſpenſare cum illegitimo, vt id obtineat, cùm ſit beneficium ſimplex. cap.1.de fil.presbyt.in 6.Zerola in praxi ep.verbo, Canonici. num.1. & 2.cum & deciſio.d.c. 12. Conc. Trid. non habeat locum in collegiatis, ex deciſ. 262. ſacr. congreg. Quòd ſi quis in Cathedrali obtinet dignitatem

gnitatem ſine cura, non debet eſſe minor viginti duobus annis, ſi cum cura attigiſſe debet vigeſimumquintũ annum. d.cap.12. Archidiaconi verò, vbi fieri poteſt, in Cathedrali, debent eſſe magiſtri in Theologia, vel Doctores, aut licentiati in iure canonico. d.c.12. In eccleſiis tamen inſignibus omnino Doctores eſſe debent, vt ſacr. congreg. reſpondit, ſcilicet ſi habent iuriſdictionem contentioſam, quo caſu debent eſſe promoti in publico gymnaſio, aliàs gradus eis non ſuffragatur. ex Bulla 63. Pij V. & glo. in l. ſocietates. verbo, ſuppleat. ff. pro ſoc. dicit, quòd Canonici debent aſſumi literati, vel nobiles viri, vt & Concilium hortatur, vt omnes dignitates, & dimidia ſaltem pars canonicatuum in Cathedralibus, & collegiatis inſignibus Doctoribus tantum in Theologia, vel iure canonico conferri debeant. d.c.12.

III. *Debent illa beneficia legitimè obtinere abſque ſimoniæ nota, & à valente de illis prouidere*, iuxta præſcriptam conſuetudinem eccleſiarum, quæ alicubi habet, vt vacantia in certis quatuor menſibus anni à Capitulo conferantur, in aliis, à Papa, vel Epiſcopo, ſic tamen vt prima dignitas poſt Pontificalem ſedi Apoſtolicæ reſeruata eſſe intelligatur. ex regul. Cancell. Apoſtolicæ, & dimidia ſaltem pars canonicatuum debent eſſe presbyteri, niſi conſuetudo ſit quòd plus dimidia ſint presbyteri, alij diaconi, & ſubdiaconi. d. cap. 12. & Epiſcopus cum Capitulo aſſignare debet cuilibet canonicatui ſuum ordinem. d. cap. qui tamen facere non poteſt, vt maior pars ſint presbyteri. ex deciſ. 6. & 9. ſac. cõgreg.

IIII. *Requiritur, vt prouiſus de canonicatu, vel dignitate in Eccleſia Cathedrali coram Epiſcopo, vel eius Vicario, & in Capitulo quoque, intra duos menſes, à die adeptæ poſſeſſionis*, publicam catholicæ fidei profeſſionem facere debeat, aliter fructus non facit ſuos, nec illi poſſeſſio ſuffragatur. d. c. 12. In reliquis obſeruando quæ de reliquis beneficiis in tract. de materiis beneficialibus habetur.

V. *Requiritur, vt is ſit clericus ſaltem, & intra annum ordinem requiſitum ſuſcipiat*, vt ſupra eſt dictum, & donec in ſacris non ſit conſtitutus, vocem non habet in Capitulo. d. clem. vt ij, per hoc tamen acta in illo Capitulo non irritantur, etiam ſi is ſuffragium tulerit, licet eius votum aliis adnumerari non debeat. Abb. in c. fin. col. 4. de procur. Fel. in cap. cum M. Ferrarien. col. 11. de conſtit. Io. And. in c. quod gratioſè. de reg. iur. in 6.

Digitized by Google

VI. Requiritur, vt pro ingreſſu ad Canonicatũ, nil ſoluat Capitulo, niſi id habeat conſuetudo; dummodo id in cauſam piam expendatur. ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 14. Canonici enim id ſtatuere non poſſunt id onus imponendo, etiam in diuinum cultum, ſine ſimoniæ labe. Socin. in c. Iacobus. de ſim. & in c. ſignificaſti. de præb. & circa id adeſt Bulla 104. Pij V. id vetans, & vbi etiam adeſt conſuetudo, vt conuertatur in pios vſus, dimidium fructuum præbendæ vnius anni, id excedere non debet. ex d. Bulla.

4 *Canonicorũ prærogatiuæ, & poteſtas quæ.*

VII. *Recepto in Canonicum aſſignandus eſt ſtallus in choro, quo facto adipiſcitur poſſeſſionem Canonicatus, non tamen præbendæ.* Vnde non poteſt conqueri ſe ſpoliatum, licet poſtea præbendam non ſit conſecutus, licet mandato Epiſcopi, pulſatione campanæ, tactu oſtij, vel altaris in poſſeſſionem ſit miſſus, etiam ſi præceptum ſit colonis, vt ei fructus reddant, niſi certus quidam locus ei eſſet aſſignatus, cuius poſſeſſione, præbendæ etiam poſſeſſio acquiſita cenſeatur. Rota deciſ. 265. in nouis.

Secundum ſit dictum. *Canonici multa poſſunt, & plurimis prærogatiuis potiuntur.* Primò enim poſſunt ex cauſa, minuere vel augere numerum cõſuetum, & id poteſt etiam Epiſcopus cum Capitulo. Abb. in c. dilecto. nu. 10. 18. & 20. in cap. vacante. nu. 3. de præben. quod procedit etiam ſi non ſufficiant eccleſiæ facultates. Rota deciſ. 2. num. 1. de elect. in antiq. quod fallit, niſi ſtatutum numerum illum taxans iuratum ſit, quo tamen caſu valet admiſſio, licet periurium incurratur, niſi admiſſus fuerit in cauſa, vt admittatur non habita ratione iuſiurandi, quia ſic non creditur valida talis receptio in eius odium. Abb. locis cit. Capra concl. 1. num. 66. Fallit item ſi ſtatutum id numerum taxans, ſit à Papa confirmatum, cum clauſula irritante, niſi ſint auctæ facultates eccleſiæ, ita vt denuo noua præbẽda poſſit creari, quia, non obſtante tali clauſula, poſſunt Canonici aliquem ſibi in confratrem recipere. Io. And. in cap. cum dilecto. de præben. cum communi. Tertiò, fallit ſi numerus longiſſimo tempore ſit confirmatus, quia ſic Canonici ſine Papa numerum illum alterare non poſſunt, augendo, vel minuendo. Abb. in cap. dilecto. 2. de præb. & hoc eſt tutius, vt inquit Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 15. num. 10.

Qua authoritate & quando augeri vel minui poteſt Canonicorũ numerus.

Cauſa verò iuſta augendi, vel minuendi numerum eſt, *ſi reditus ſint aucti, vel diminuti.* Doct. in c. cum M. Ferrar. de

de conſtitut. imò ſi opes collegij auctæ ſint, probabile eſt, vt Canonici cogi poſſint ab Epiſcopo addere ſtatuto numeró tot Canonicos, quod ex reditibus commodè valeant ſuſtentari. Abb. in c. ex parte. num. 1. de conceſſ. præb. Is verò dicitur diffinitus numerus, quē in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus cum cōſilio Canonicorū, in inferioribus collegiatis, ipſarum Canonici cum Epiſcopi cōſenſu deſuper accedente, præfinierint, vltra quem numerum ſi quis recipiatur, æquè iura Canonicorum conſequitur, atque qui ſunt de numero, ſiue Papæ authoritate, ſiue Capituli mera volūtate, receptus fuerit, & ſic ei quoque cauſæ à ſede Apoſtolica delegari poterunt. Fel. in d. c. cum M. de conſtit. num. 23. & etiam particeps erit emolumētorum aliis Canonicis competentium, & habebit ius ſuffragij ferendi in Capitulo. Fel. loco cit. Fed. de Sen. conſ. 291. & poterit aſſequi dignitatem Canonico dari conſuetam, vt ibi dicit Feli. etiam ſi dum reciperetur, numero iam expleto, nil dictum eſſet, ſic enim ius ſuffragij cum aliis haberet. Abb. & Fel. in d. c. Verum eſt tamen, quòd vbi à Papa impetratur Canonicatus, qui ſit ſupra numerum, debet id in literis exprimi, aliàs impetratio non valet, vbi eccleſia eſt numerata. Doct. in d. cap. cum M. Ferrar. Fallunt tamen prædicta, ſi dum Capitulum hunc recepit apertè proteſtatus ſit velle hunc eſſe extra numerum, & ordinem aliorum Canonicorum, vel ſi Papa mandet hunc recipi ſimpliciter, non adiecto cum plenitudine iuris Canonicalis; vel ſub expectatione, vt ſupra, vel ſi conſuetudo Eccleſiæ ita ſe habeat, vt qui recipitur vltra numerum iura canonicalia non habeat, quæ in pluribus locis viget. Felin. in d. cap. ver. tertiò limitat: tunc enim iura cæteris Canonicis in numerò conſcriptis competentia non participaret. Abb. Imol. Fel. in d. c. cum te. aliàs ſi prædicta non adſint, debet quamprimum ei prouideri de præbenda, vt ſupra, & ſequitur Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 15. num. 11. Vbi tamen Canonici ſunt priuilegiati ſuper numero certo, ſi poſtea aliquem recipiunt ſupra numerum, non poſſunt vti exceptione numeri contra Papam volentem aliquem ſupra numerum cōſtituere. Abb. in c. pro illorum. de præb. qui tamen ſi ſit conſuetudo, quòd non participet de iuribus Canonicalibus, illa non participabit, vt ſupra.

II. *Canonici dicuntur legitimi adminiſtratores præbendæ, & habere ſimplicem eius vſumfructum.* Nec tenetur ad

R 2 præſta

præſtationem procurationum debitarũ Legatis ſedis Apoſtolicæ, vel ſimilia onera quando eis aſſignatur præbenda pro eorum ſuſtentatione tantum. Abb. in cap. accedentes. num. 5. de præſcript. in cap. ex literis. de probat.

III. *Poſſunt agere contra Epiſcopum, abſque eo quòd veniam petant*. Abb. in c. cum olim. num. 7. de cauſa poſſeſſ.

IIII. *Canonicis relictum non intelligitur relictum eccleſiæ, nec ei acquiritur*. Abb. in c. ex literis. num. 8. de probat. niſi probetur intuitu eccleſiæ, non perſonæ eſſe relictum, vt not. in c. cum eſſes. de teſtam. ſi enim aliqui ſint propriis nominibus expreſſi, non acquiritur eccleſiæ, ſi verò relinquitur Canonicis talis eccleſiæ, adhuc non acquiritur eccleſiæ, ſed ipſis, cum ibi ſint habentes dignitatem. Capellani etiam, &c. quòd ſi relictum ſit clericis talis eccleſiæ ſimpliter eccleſiæ acquiritur. gl. & Doct. in c. requiſiſti. de teſtam. cum aliàs non dicatur ſucceſſor Canonici, qui eo mortuo in eius locũ cooptatur. c. cum eſſes. vbi Abb. Dec. & Berous. de cõſtitut. ſed creetur ex noua electione ad Canonicatum, qui erat extinctus. glo. Abb. & alij in c. conſentire. de elect. vnde & acquiſita per Canonicum intuitu eccleſiæ, vel præbendæ, non cedunt ſucceſſori, ſed Capitulo. Abb. in cap. relatum. 2. de teſtam.

V. *Poſſunt dare vocem per procuratorem*. Abb. in c. cum olim. num. 9. de re iudic. dummodo ſit de Capitulo, ſi id habet ſtatutum Capituli.

VI. Si habent dignitatem cum Canonicatu ex Papæ diſpenſatione, cum aliàs id non liceat, ſi ambo ſunt de Capitulo, & tenentur reſidere, iuxta c. de multa de præben. c. execrabilis. de præb. in extr. communi. c. 4. ſeſſ. 7. c. 17. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. debent habere duas voces in Capitulo, & diſtributiones duorum. ex Abb. in c. cum olim. num. 6. de re iud. verius tamen eſt, vt tantum diſtributiones vnius percipiant. Ant. in cap. olim. de re iudi. Staph. de expect. fol. 13. num. 5. Rebuff. de diſp. ratione æt. ver. in Cathedrali.

VII. Soli Canonici habent vocem in Capitulo, non autem habentes in Cathedrali dignitatẽ ſine Canonicatu iure communi, niſi aliud habeat conſuetudo. Abb. in d. c. num. 7. & 8. quia Canonici ſoli faciunt Capitulum cum Epiſcopo, non alij beneficiati in Cathedrali etiam perpetui, etiam habentes dignitatem. idem Abb. in cap. 1. num. 13. de elect. in cap. ſcriptum. nu. 4. eo. dummodo ſint conſtituti in ordine ſacro.

ſacro.clem.2.de æt.& qualit.c.4.ſeſſ.22.in Trid.Conc.

VIII. Canonici poſſunt ſtatuere ſuper qualitate, & quantitate diſtributionum. Abb. in cap. 1. de cler. ægrot. licet aliàs regulariter non poſſint ſtatuere ſine Epiſcopo. idem in cap. cum omnes. num. 4. de conſtit. in hoc tamen contrarium tenet Franch.in c. conſtitutionem. §. cæterum. de verb.ſign.in 6. quod verum eſſe poteſt circa res Capituli,ſi ſit rationabile, nõ autem circa ſtatum eccleſiæ ſine Epiſcopo, vt infra.

IX. Canonici ſeruientes Epiſcopo ſuo, licet abſentes, percipiunt fructus beneficiorum non obſtante conſtitutione in contrarium.Abb.in c.ad audientiam.num.18.de cler. non reſid.quod intelligitur de duobus,& idem de inferioribus clericis,dũmodo concurrat diſpenſatio Epiſcopi, & vtilitas eccleſiæ.Rota Rom.deciſ.222.nu.1.& 2.p. 2. in nouiſſ. nõ tamen diſtributiones quotidianas.d.c.vnico.de cler.non reſid.in 6.& Abb.loco cit.dicit idem eſſe in aliis beneficiatis inferioribus, ſi Epiſcopus illis vtitur pro ſeruitio communi, vel Eccleſiæ Cathedralis,ex cauſa vrgenti,non autem ſi pro ſeruitio perſonæ ſolius Epiſcopi,niſi cauſa ſit vrgens,cum filij teneantur ſubuenire parentibus in neceſſitatibus, quod extenditur ad quatuor menſes,vt ſacra congregatio,reſpondit pro ſeruitio ipſius perſonę,& eo magis ſi pro ſeruitio eccleſiæ,& diœceſis, qui tamen ſeruientes Epiſcopo ſunt duo tantum.c.ad audientiam.de cler.non reſid.& Epiſcopus poteſt ad id cogere duos tantum.Silua.de benef.2.p.q.11. Rebuff.tit.de diſp.non reſp.nu.37.

X. *Poſſunt ſimul cum Epiſcopo Canonici conſtituere dignitatem conſuetam in eccleſia*, vt Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum, modo ſibi dos aſſignetur. Abb. & alij in c.cum acceſſiſſent.de conſtit.Corn.conſ.193.nu.19.2.vol. nouam tamen dignitatem ſolus Papa ibi creare poteſt. Abb. ibid.qui & veterem dignitatem ſuppreſſam ſimul cum Epiſcopo ſuſcitare poſſunt.Fel.ibi.dummodo dos ei aſſignetur, vt ibi not.

XI. Priuilegiantur, vt Epiſcopus non poſſit ſtatuere modum celebrandi diuina, niſi cum duobus de Capitulo, vbi Synodus prouincialis non prouidit.c.cum dignitates. in fin.ſeſſ.24.qui & eget præſentia duorum de Capitulo in reformando hoſpitalia.cap.8. ſeſſ.25. vt nec poteſt procedere contra eos de Capitulo, niſi cum præſentia duorum ex ipſis.

R 3 c.6.

c.6.ead.ſeſſ.nec Indulgentias publicare, niſi adhibitis duobus de Capitulo. c.multa. ſeſſ.21.in Trident. Concil. qui & duos de Capitulo adhibere debet,& duos de clero in prouidendo ſeminario clericorum.ſeſſ.23.c.18.Fuſch.de viſit.li.2. c.15.nu.8.cum ſeq.

XII. *Canonici quando incedunt proceſſionaliter cum ſuo Epiſcopo,præferuntur Abbatibus,& alijs Prælatis inferioribus Epiſcopo*, & ſtare debent in loco honorabiliori, quia non debent recedere à ſuo capite.Gemin. in c. quamuis. §. quanquam. de præb. in 6. not. Abb. & Fel. in cap. cum non liceat. de præſcript. non tamen id conceditur ſingulis Canonicis,ſed Capitulo congregato etiam abſente Epiſcopo, quod omnes prælatos dempto Epiſcopo præcedit, vt iidem dicunt.

XIII. Poſſunt Canonici optare præbendas, vbi ſit talis mos,vel ſtatutum, & etiam permutare. Rota Rom. deciſ. 411.num.1.p.1. in nouiſs. ſic tamen vt titulus Canonicalis non cenſeatur mutatus,nec ius præcedentiæ. Cucch. de Canon.nu.24.in fi. & vt dicit gloſ.in c.cum in tua. de conſuet. tunc optatio fieri debet intra viginti dies à die notitiæ.d. gl. poteſt tamen Capitulum per duos dies eum terminum antiquiori prorogare.Tiraq.de vtr.retr.§.1.gl.10.num.58.aliàs optabit alter,vel deuoluitur ad Epiſcopum. c. 2. de conceſſ. præb.Effectus verò optionis eſt,vt tribuat ius ad rem, vnde Epiſcopus non poteſt conferre id beneficium,ad quod quis habet optioнē, nec valet etiam impetratio facta coram Papa non expreſſo iure optionis,& ſi minor Canonicus optat, tenet optio, ſi maior intra tempus non optat. Non poteſt tamen quis optare pręebendam minorem propria,nec beneficia vacantia in curia,nec reſeruata generaliter,vel ſpecialiter,niſi derogetur, nec intruſus poteſt optare, nec deuoluta ad ſedem Apoſtolicam optari poſſunt, nec prima dignitas in Cathedrali poſt Pontificalem; nec vacantia in curia, aut reſeruata motu proprio;&ſic optans debet mutare locum in choro.c.quamuis.de reſcript.in 6.Zerola in praxi ep. verbo, Canonia.nu.7.& 8.& ſi qui non optāt,vbi eſt talis mos,non ex hoc amittitur facultas optandi.Capyc.deciſ.134. num.4. Zerola loco cit.nu.12.& ſi poſt poſſeſſionem, Canonicatus adeptam,aliquem is reperit eius bona occupare, poteſt eum expellere.Rota Rom.deciſ.19.nu.13.p.2.in nouiſſ.

Secundum dictum.Canonici multa præſtare nō poſſunt.

I. Enim,

I. Enim, non poſſunt ire ad ſeruiendum hac intentione principali, vt lucrentur diſtributiones; ſic enim eſſet mortale,& ſimonia mentalis, quæ tamen non obligat ad reſtitutionem,& pœnitentia aboletur.c.fi. de ſimon. Abb. in cap. ſignificatum. de præben. 5 *Canonici quæ præſtare non poſſint.*

II. Non poſſunt alterare ſtatum eccleſiæ ſine Epiſcopo, Epiſcopus tamen cum maiori parte Capituli poteſt. Abb. in c. quoniam.nu.8.de vita & hon.cler. nec locare bona eccleſiarum vltra triennium.ex c.ambitioſę.de rebus eccl.in extr. communi.nec poſſunt tollere ſtatuta honorabilia eccleſiis. Abb.in c.ex parte nu.1.de conſtit.

III. Non ſunt legitimi teſtes in cauſa Canonici ſui, ſi recuſentur, vt poſſunt. Abb.in c.cum veniſſent.de iudic. nu.10.

IIII. Non poſſunt agere pro canonico ſine mandato. Doct. in c. cum Mart. de conſtit. & regulariter non agunt etiam pro eccleſia ſine mandato. Abb.in c.ex parte Aſtenſis. nu. 8. remiſſiuè. de conceſſ. præb. vt mandatum requiritur ſpeciale ad recipiendam poſſeſſionem iuris canonici, vel præbendæ. Rot.deciſ.290.in nouis.

V. Canonicorum præbendæ, non poſſunt capi pro executione rei iudicatæ, niſi in ſubſidium. Boër.deciſ.226.nu.3. ſic enim capi poſſunt earum fructus, ſic tamen vt aliquid pro eorum victu honeſto relinquatur. Boër.ibi.

VI. Non poſſunt Canonici permutare præbendas ſi habent diuerſum officium, vt cantoris,&c.ſine authoritate ſuperioris, ſi verò ſunt eiuſdem qualitatis, ſi agitur de eorum titulis, requiritur dicta authoritas, ſecus ſi de temporalitate earum agatur. Imol.in c.exhibita.de rerum permut.

Tertium dictũ. Canonici multa præſtare.& agere debẽt.

I. Viuere debent iuxta modum ſibi ab Epiſcopo præſcriptum, ex Conc. Arelaten. III. de vita clericorum.& Arelat. IIII. c.5.qui quoque ſicut in cæteris, ſic etiam in veſtitu modum diſcretionis tenere debent, cauendo ab immoderato cultu veſtium, ſed virtutum indumenta induendo, vt eorum exteriora ornamenta, nec nitida nimis, nec abiecta plurimum ſint, ex Conc. Aquiſgranen. c. 124. & probat. Hier. epiſtol. ad Euſtoch. dicens: *Sunt quidam mei ordinis, quibus omnis cura de veſtibus eſt, ſi bene oleant, ſi pes laxa pelle non folleat, crines calamiſtri veſtigio rotantur, digiti de annulis radiant; & ne plantas via humidior ſpargat, vix imprimunt ſumma veſtigia, tales cum videris ſponſos magis* 6 *Canonici quæ præſtare & agere debeant, & à quibus cauere.*

Digitized by Google

Lege ep.12. Hieron.ad Nepotianum & 111. ad Sabinianū.

exiſtimato, quàm clericos. Quod & Gregorius hom. 6.in Euang.inſectatur,cum veſtitus morum indiciũ ſit, & veſtitus inſignis, ac mollis ſuperbiæ vexillum ſit, & nidus luxuriæ:vt inquit Suet.in vita Aug. c. 73. ideò eum veſtitum adhibere debent, in quo modeſtia, & humilitas cernatur, ſic tamen,vt exquiſitæ ſordes in eo non ſint, vt nec delitiæ. ex Conc.Trid.ſeſſ.22.c.1.non etiam induendo cucullas monachorum,vt ab iis diſtinguantur.c.25. ibid. qui & diurnas horas deuotè recitare debent,& completorio expleto cubitum ire,omnibus in vno dormitorio quieſcentibus, ſingulis in ſinguli lectis, in cuius dormitorij medio, lucerna noctu ardere debet,nil ibi indecens agendo. ex eod. Conc. Aquiſgran c.136.qui proinde ſimul habitare, & in cõmuni viuere conſueuerant,& lectionibus, & diuinis officiis inſiſtere. ex Conc.Med.c.53.manendo in clauſtris congruis horis,vt ibi habetur; & qui in epiſcopis verſantur in vno dormitorio dormire,& vno refectorio comedere debent, vt facilius ad horas canonicas celebrãdas concurrere poſſint, & de eorum vita,& conuerſatione admoneri,& proinde victum, & veſtitum,iuxta Epiſcopi facultatem accipiendo.ex Sin.Turon. c.23.Lectiones etiam audiendo tam in Eccleſia, & Monaſterio,quàm in menſa.ex Conc.Moguntiaco. cap. 9. clauſis portis expleto completorio clauſtri à viro probatæ vitæ, à quibus nullus,niſi ex licentia egrediatur, fœminis illuc nequaquam intrantibus, & ſi quis extra inuentus fuerit indecens perpetrare,vel in biuiis,aut plateis otio,vel vanis vacare,primò,ſecretè corripiatur, tum acrius iudicetur à Prælatis,& Magiſtris.ex Sin.Aquiſgranen.c.143.& 144.& vbi Capitulum tales corrigere ſolet ad iuſſionem Epiſcopi, infra certum tẽpus id agat,aliter Epiſcopus eos corrigat.ex Conc. Lateran.ſub Innocentio III.cap.7.

Canonicorũ idem refectorium & idem dormitorium eſſe debet.

Quæ tamen, quò ad vitam communem, receſſere vbique ferè ab aula, & reliqua etiam non ita exactè ſeruantur, qui tamen in ædibus canonicalibus, ſi adſunt, habitare debent ex Conc. I.Mediol.tit.de cler.veſtitu,&c.§.de clericalibus ædibus, qui & tenentur ad reparationem ipſarum iudicio Epiſcopi pro ratione fructuum præbendæ, vt ibi habetur.

II. Debent horis debitis diuinis adeſſe, videlicet Matutinis Precibus,Primæ,Tertiæ,Miſſæ ſolemni,Sextæ, Nonæ,Veſperis,& Completorio,recitando eas integrè, diſtin-

ctè,

diſtinctè,deuotè,non fractè, curſim, vel truncatè, & omnes pſallant,& canant , ſenes cum iunioribus, nec ibi priuatim officium recitent,aut legant, nec huiuſmodi agant à recitatione precum; & debita attentione aliena.ex Conc. Colon. p.3.c.4.5.& 6.aliter, qui ab Epiſtola toti Miſſæ, & à primo pſalmo ſingulis horis non interfuerit, niſi neceſſitate auocante, ac petita, & obtenta licentia, illius horæ, vel officij ſtipendio in totum careat.ibid. cap.10.& cap. 1. c.dolentes.de celebr.Miſſ.cap. vnico. de cler.non reſid. in 6. *Et diſtributiones debentur habenti dignitatē in Cathedrali, ratione cuius habet curam in ciuitate,vel extra, dum ibi reſidet, & curam exercet,niſi aliud habeat conſuetudo,vel ſit extra diœceſim: & ſimiliter debentur ſacerdoti audienti confeſſiones,vel miniſtranti alia ſacramenta intra eccleſiam, vel extra*.c.8.in fin.ſeſſ. 24. in Trid. Conc. & ſtudenti cum licentia,exceptis incertis quotidianis.ex deciſ.239.ſacræ congreg. & hoc vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ, aliàs non debentur, ſed debet eſſe contentus fructibus ſuæ præbendæ. Quartò, debentur infirmis. d.c. vnico etiam ſi infirmi ſint ex propria culpa,modò ægrotet quis intra locum. Couar.lib.3.var.reſol.c.13.& lib.2.c. 16. niſi infirmitas ita leuis ſit,vt ſine damno nō impediat ab officio,vel ſi dum eſſet ſanus parum frequentaret eccleſiam. Quintò,debentur clerico gerenti negotia eccleſiæ.cap.ex parte.2.de cler.non reſid. Sextò, *debentur clerico iniuſtè carcerato, ſuſpenſo, excōmunicato,vel proſcripto*.Cald.conſ.17. de præben. ſecus ſi culpa ſua,nec ſi abeſſet tempore peſtis, nec ſi quis peregrinetur de licentia Epiſcopi.Boër.deciſ.17.num.6. niſi omnes abſint ob peſtem.

Canonici ſine iuſta cauſa abſentes à diuino cultu, ſolito ſtipēdio careāt.

Qui abſentes excuſentur.

Non debentur verò abſenti ſine cauſa, etiam ſi Papæ inſeruiat,Epiſcopo,vel alij.Sylua.de benef.4.p.q.6.per totum.

Et vbi quis abeſt,eius portio ſi extrahitur ex tertia parte præbendæ, debet applicari fabricæ eccleſiæ, vel alij pio loco, alia verò accreſcunt præſentibus. ex deciſ.congreg. 191. & vbi aliquis contribuit pro augmento diſtributionum. iuxta c.3.ſeſſ.21. Trid.Conc. lucratur & maiorem portionem abſentium. ex deciſ. congreg. 337. & ſi abeſt plus amittit. d. c.3. Trid. Conc. & diſtributiones gaudent priuilegio ; vt non contribuant ſeminario. ex deciſ.congreg.338. Zerola in praxi ep.verbo,Diſtributiones.ex Cōc.verò primo Mediol. tit.de diu.offic.qui non interſunt Miſſæ ante primas colle-

Abſentium canonicorū ſtipendia cui rei applicāda ſint.

R 5 ctas,

ctas, Matutino ante primum Pſalmum cœptum, aliis horis ante ſecundum Pſalmum cœptum, illius horæ non ſunt participes, & diſtributiones diuidi debent, pro rata ſingularum horarum. glo. in clem. 2. de ætat. & qualit. & Miſſæ. Nau. c. 25. nu. 122. Conc. Later. c. 9. ſeſſ. 9. c. ſtatuimus. & debent horæ recitari hora competenti, ita vt *Matutina verè ſint Matutina*, niſi ex cauſa aliter ſit fiendum, vt quia Canonici abſint à Cathedrali, & huiuſmodi, ſic tamen, vt diluculo, vel paulò pòſt incipiantur: vt not. in d. c. 1. in clem. 1. de celebr. Miſſ. nec dicantur veſperi, niſi ex cauſa proceſſionis, vel alia ſimili, quod licèt quandoque, vt inquit Nau. de orat. c. 3. §. 17. qui & dicit, *extantes, nec pſallentes*, cũ aliis etiam ſi canonici ſint, tuta conſcientia in choro non poſſe diſtributiones percipere. In quo ego ſentirẽ ſic dici poſſe, quod omnes ſub peccato, impedimento legitimo ceſſante, teneantur horas ſimul cũ aliis recitare, & ad id cogi poſſe per pœnas, & mulctas à prælatis. ed Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 12. verſ. omnes verò, cùm ad id iure teneantur, cùm ob officium detur beneficium. c. fi. de reſcript. in 6. & ipſi ad id iure teneantur. clem. 1. de celebr. Miſſ. c. 1. cap. dolentes. extra. eod. & ex aliis pluribus, quæ congerit Nau. loco cit. & poſt eum, Ioannes Langhecruch. lib. de vita Eccleſ. lib. 4. c. 9. 10. & 11. In foro tamen conſcientiæ, ſi ſtatutum, vel conſuetudo à prælatis ſcita, & tolerata, vel fundatio habeat ſatis eſſe quòd Canonici adſint diuinis, horæ verò, & diuina per Capellanos recitentur, ſentirẽ canonicos nõ recitantes horas, modo eas domi recitarint, & ad id à prælatis non cogantur, vel ius ſinodale, vel prouinciale eos ad id particulariter non adigat, vt eſt in pluribus locis, maximè in prouincia Mediolanenſi. ex Conc. Prouincial. non peccare, nec teneri diſtributiones reſtituere, vt colligi videtur ex Bulla Pij V. 132. licèt ibi non definiat eos tutos eſſe, tametſi innuat eos tolerari poſſe, & probat idem apertè Aragon 2. 2. q. 83. art. 13. in fi. cum & iura ſtatuant non recitantes, ſed tantum abſentes à choro diſtributionibus carere c. 1. de cler. non reſid. in 6. licet opinio Nau. & Lanchrecuc. tutior ſit, & ob id, legitimo impedimento ceſſante, eas ſimul cum aliis recitãdo, vt & ego ſemper ſeruaui; qui ideò cauere debent ne in choro riſibus, vocibus immodeſtis, colloquiis, literarum lectioni, & huiuſmodi operam dent. cap. in loco 2. q. 4. Nau. c. 2. de orat. qui etiam cauere debent, ne in recitando officio omittant partem

Manè dici debent matutina preces alioqui fruſtra ſic vocantur.

Canonici nõ pſallentes in choro peccãt ſi accipiant ſolitam diſtributionẽ.

tem notabilem verſuum, ſincopando, deglutiendo, antici-pando,&c.Nau.c.10.nu.9.d.tract.c.13.nu. 24. c.16.nu.2.3. & 28.& ex Bulla Pij V.incip. Quamprimum.idem Nau. c. 16. nu.25.& 26.clem. 1.de celebr.Miſſ.ſed piè, deuotè, tractim, & animo ibi intento eſt recitandũ.d.clem.1.c.dolentes. ex-tra.eod.Cypr.de orat.Dom.Baſil.cõſtit.monaſt. c. 12. Caſſia. col.9.c.3.quæ itẽ diſtributiones dari debẽt tantũ præſentibus diuinis officiis, niſi eccleſiæ neceſſitas, aut infirmitas excu-ſet,nõ obſtãte quacunque colluſione,vel remiſſione. c.1.vbi Doct.de cler.nõ reſid.in 6.c.cũ dignitates.ſeſſ.24.in Tri.Cõc. *Qui etiã Canonici tenẽtur recitare officiũ B. Virginis in cho-ro,vbi ante conſuetũ erat,ex Bulla Pij V.in princ. Breuiarij reformati*,& ſimiliter *in Aduentu,Quadrageſima,diebus ie-iunorũ,celebrari debẽt duæ Miſſæ ſolẽnes, altera feriæ,altera diei feſtiui*, & ſi tũc celebratur Miſſa ſolẽnis pro defunctis, tertio loco celebrari debet,& Miſſæ ac Veſperæ ſolẽnes *die Natali Domini,Circunciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcẽſionis,Pẽtecoſtes,Corporis Domini, Aſſumptionis B. Vir-ginis,Beatorũ Petri,& Pauli,& omnium ſanctorum*,par eſt, vt ab Epiſcopo ſolemniter celebrentur, cui Põtificalia exer-centi, Canonici, & in dignitate conſtituti,inſeruire,& mi-niſtrare debent.ſeſſ. 24. c. cùm dignitates. & ſimiliter dum confert ſacros ordines.ſeſſ.23.c.8. vel exercet Põtificalia ex-tra Cathedralem in ciuitate, ſic enim cogere poteſt eos qui ſolent ei aſſiſtere in Cathedrali, dum ea exercet, non verò dum eſt in diœceſi,ſed tantum clerus.ex decif.9.congreg.& eo impedito ab Archipresbytero, diebus verò Dominicis, Aduentus, & Quadrageſimæ, feſtis Natalitiis, Ruſurre-ctionis, Pentecoſtes, Beatæ Virginis, Apoſtolorum, par eſt, vt à Canonicis canantur, aliis diebus à Manſionariis, vel aliter iuxta ritum à Concilio Prouinciali ſtatutum, ad quem ſpectat ordinare quæ pertinent ad diuina officia. d. cap. cum dignitates. in fin. & interim Epiſcopus cum duo-bus canonicis, quorum alter ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligatur, in iis poterit prouidere, prout expedire videbitur. d.c.in fi.& quilibet tenetur per ſeipſum, non per ſubſtitu-tum diuina obire officia.d.c. Qui etiam dato ſigno,induen-tes ſuperpelliceum mundum in choro,vel potius ſacrario,il-lum deuotè ingredi debent, ad diuina officia peragenda,vbi ante ſanctiſſimum ſacramẽtum genuflectentes, grauiter ad ſuam ſedem tendere debent, & ibi genuflexi, Dominica oratione,

Quib. diebus duæ Miſſæ aut vna cum Veſperis ſo-lemniter à Canonicis dici debeãt, &c.

Digitized by Google

VI. Requiritur, vt pro ingreſſu ad Canonicatũ, nil ſoluat Capitulo, niſi id habeat conſuetudo; dummodo id in cauſam piam expendatur. ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 14. Canonici enim id ſtatuere non poſſunt id onus imponendo, etiam in diuinum cultum, ſine ſimoniæ labe. Socin. in c. Iacobus. de ſim. & in c. ſignificaſti. de præb. & circa id adeſt Bulla 104. Pij V. id vetans, & vbi etiam adeſt conſuetudo, vt conuertatur in pios vſus, dimidium fructuum præbendæ vnius anni, id excedere non debet. ex d. Bulla.

4 *Canonicorũ prærogatiuæ, & poteſtas quæ.*

VII. *Recepto in Canonicum aſſignandus eſt ſtallus in choro, quo facto adipiſcitur poſſeſſionem Canonicatus, non tamen præbendæ.* Vnde non poteſt conqueri ſe ſpoliatum, licet poſtea præbendam non ſit conſecutus, licet mandato Epiſcopi. pulſatione campanæ, tactu oſtij, vel altaris in poſſeſſionem ſit miſſus, etiam ſi præceptum ſit colonis, vt ei fructus reddant, niſi certus quidam locus ei eſſet aſſignatus, cuius poſſeſſione, præbendæ etiam poſſeſſio acquiſita cenſeatur, Rota deciſ. 265. in nouis.

Secundum ſit dictum. *Canonici multa poſſunt, & plurimis prærogatiuis potiuntur.* Primò enim poſſunt ex cauſa, minuere vel augere numerum cõſuetum, & id poteſt etiam Epiſcopus cum Capitulo. Abb. in c. dilecto. nu. 10. 18. & 20. in cap. vacante. nu. 3. de præben. quod procedit etiam ſi non ſufficiant eccleſiæ facultates. Rota deciſ. 2. num. 1. de elect. in antiq. quod fallit, niſi ſtatutum numerum illum taxans iuratum ſit, quo tamen caſu valet admiſſio, licet periurium incurratur, niſi admiſſus fuerit in cauſa, vt admittatur non habita ratione iuſiurandi, quia ſic non creditur valida talis receptio in eius odium. Abb. locis cit. Capra concl. 1. num. 66. Fallit item ſi ſtatutum id numerum taxans, ſit à Papa confirmatum, cum clauſula irritante, niſi ſint auctæ facultates eccleſiæ, ita vt denuo noua præbẽda poſſit creari, quia, non obſtante tali clauſula, poſſunt Canonici aliquem ſibi in confratrem recipere. Io. And. in cap. cum dilecto. de præben. cum communi. Tertiò, fallit ſi numerus longiſſimo tempore ſit confirmatus, quia ſic Canonici ſine Papa numerum illum alterare non poſſunt, augendo, vel minuendo. Abb. in cap. dilecto. 2. de præb. & hoc eſt tutius, vt inquit Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 15. num. 10.

Qua authoritate & quando augeri vel minui poteſt Canonicorũ numerus.

Cauſa verò iuſta augendi, vel minuendi numerum eſt, *ſi reditus ſint aucti, vel diminuti.* Doct. in c. cum M. Ferrar. de

de conſtitut. imò ſi opes collegij auctæ ſint, probabile eſt, vt Canonici cogi poſſint ab Epiſcopo addere ſtatuto numerò tot Canonicos, quod ex reditibus commodè valeant ſuſtentari. Abb. in c. ex parte. num. 1. de conceſſ. præb. Is verò dicitur diffinitus numerus, quē in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus cum cõſilio Canonicorũ, in inferioribus collegiatis, ipſarum Canonici cum Epiſcopi cõſenſu deſuper accedente, præfinierint, vltra quem numerum ſi quis recipiatur, æquè iura Canonicorum conſequitur, atque qui ſunt de numerò, ſiue Papæ authoritate, ſiue Capituli mera volũtate, receptus fuerit, & ſic ei quoque cauſæ à ſede Apoſtolica delegari poterunt. Fel. in d. c. cum M. de conſtit. num. 23. & etiam particeps erit emolumẽtorum aliis Canonicis competentium, & habebit ius ſuffragij ferendi in Capitulo. Fel. loco cit. Fed. de Sen. conſ. 291. & poterit aſſequi dignitatem Canonico dari conſuetam, vt ibi dicit Feli. etiam ſi dum reciperetur, numero iam expleto, nil dictum eſſet, ſic enim ius ſuffragij cum aliis haberet. Abb. & Fel. in d. c. Verum eſt tamen, quòd vbi à Papa impetratur Canonicatus, qui ſit ſupra numerum, debet id in literis exprimi, aliàs impetratio non valet, vbi eccleſia eſt numerata. Doct. in d. cap. cum M. Ferrar. Fallunt tamen prædicta, ſi dum Capitulum hunc recepit apertè proteſtatus ſit velle hunc eſſe extra numerum, & ordinem aliorum Canonicorum, vel ſi Papa mandet hunc recipi ſimpliciter, non adiecto cum plenitudine iuris Canonicalis; vel ſub expectatione, vt ſupra, vel ſi conſuetudo Eccleſiæ ita ſe habeat, vt qui recipitur vltra numerum iura canonicalia non habeat, quæ in pluribus locis viget. Felin. in d. cap. ver. tertiò limitat: tunc enim iura cæteris Canonicis in numero conſcriptis competentia non participaret. Abb. Imol. Fel. in d. c. cum te. aliàs ſi prædicta non adſint, debet quamprimum ei prouideri de præbenda, vt ſupra, & ſequitur Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 15. num. 11. Vbi tamen Canonici ſunt priuilegiati ſuper numero certo, ſi poſtea aliquem recipiunt ſupra numerum, nòn poſſunt vti exceptione numeri contra Papam volentem aliquem ſupra numerum cõſtituere. Abb. in c. pro illorum. de præb. qui tamen ſi ſit conſuetudo, quòd non participet de iuribus Canonicalibus, illa non participabit, vt ſupra.

II. *Canonici dicuntur legitimi adminiſtratores præbendæ, & habere ſimplicem eius vſumfructum.* Nec tenetur ad

præſtationem procurationum debitarũ Legatis ſedis Apoſtolicæ, vel ſimilia onera quando eis aſſignatur præbenda pro eorum ſuſtentatione tantum. Abb. in cap. accedentes. num.5.de præſcript.in cap.ex literis. de probat.

III. *Poſſunt agere contra Epiſcopum, abſque eo quòd veniam petant.* Abb.in c.cum olim.num.7.de cauſa poſſeſſ.

IIII. *Canonicis relictum non intelligitur relictum eccleſiæ,nec ei acquiritur.* Abb. in c. ex literis. num.8.de probat. niſi probetur intuitu eccleſiæ, non perſonæ eſſe relictum,vt not.in c.cum eſſes.de teſtam. ſi enim aliqui ſint propriis nominibus expreſſi, non acquiritur eccleſiæ, ſi verò relinquitur Canonicis talis eccleſiæ, adhuc non acquiritur eccleſiæ, ſed ipſis, cum ibi ſint habentes dignitatem. Capellani etiam, &c. quòd ſi relictum ſit clericis talis eccleſiæ ſimpliter eccleſiæ acquiritur. gl.& Doct. in c.requiſiſti.de teſtam. cum aliàs non dicatur ſucceſſor Canonici, qui eo mortuo in eius locũ cooptatur. c.cum eſſes. vbi Abb.Dec.& Berous. de cõſtitut. ſed creetur ex noua electione ad Canonicatum, qui erat extinctus. glo.Abb. & alij in c. conſentire.de elect. vnde & acquiſita per Canonicum intuitu eccleſiæ, vel præbendæ,non cedunt ſucceſſori, ſed Capitulo. Abb.in cap. relatum.2. de teſtam.

V. *Poſſunt dare vocem per procuratorem.* Abb. in c. cum olim. num.9.de re iudic. dummodo ſit de Capitulo,ſi id habet ſtatutum Capituli.

VI. Si habent dignitatem cum Canonicatu ex Papæ diſpenſatione, cum aliàs id non liceat, ſi ambo ſunt de Capitulo,& tenentur reſidere,iuxta c.de multa de præben. c.execrabilis. de præb.in extr.communi.c.4.ſeſſ.7.c.17.ſeſſ.24.in Trid. Conc.debent habere duas voces in Capitulo,& diſtributiones duorum. ex Abb. in c.cum olim. num.6.de re iud. verius tamen eſt,vt tantum diſtributiones vnius percipiant. Ant.in cap.olim. de re iudi. Staph.de expect.fol.13. num.5. Rebuff.de diſp.ratione æt.ver.in Cathedrali.

VII. Soli Canonici habent vocem in Capitulo, non autem habentes in Cathedrali dignitatẽ ſine Canonicatu iure communi,niſi aliud habeat conſuetudo. Abb.in d.c.num.7. & 8. quia Canonici ſoli faciunt Capitulum cum Epiſcopo, non alij beneficiati in Cathedrali etiam perpetui,etiam habentes dignitatem. idem Abb. in cap.1.num.13.de elect.in cap.ſcriptum. nu.4.eo. dummodo ſint conſtituti in ordine

ſacro.

Digitized by Google

ſacro.clem.2.de æt.& qualit.c.4.ſeſſ.22.in Trid.Conc.

VIII. Canonici poſſunt ſtatuere ſuper qualitate, & quantitate diſtributionum. Abb. in cap. 1. de cler. ægrot. licet aliàs regulariter non poſſint ſtatuere ſine Epiſcopo. idem in cap. cum omnes. num. 4. de conſtit. in hoc tamen contrarium tenet Franch.in c. conſtitutionem. §. cæterum. de verb.ſign.in 6. quod verum eſſe poteſt circa res Capituli,ſi ſit rationabile, nõ autem circa ſtatum eccleſiæ ſine Epiſcopo, vt infra.

IX. Canonici ſeruientes Epiſcopo ſuo, licet abſentes, percipiunt fructus beneficiorum non obſtante conſtitutione in contrarium.Abb. in c.ad audientiam.num.18.de cler. non reſid.quod intelligitur de duobus,& idem de inferioribus clericis,dũmodo concurrat diſpenſatio Epiſcopi, & vtilitas eccleſiæ.Rota Rom.deciſ.222.nu.1.& 2.p. 2. in nouiſſ. nõ tamen diſtributiones quotidianas.d.c.vnico.de cler.non reſid.in 6.& Abb.loco cit.dicit idem eſſe in aliis beneficiatis inferioribus, ſi Epiſcopus illis vtitur pro ſeruitio communi, vel Eccleſiæ Cathedralis,ex cauſa vrgenti,non autem ſi pro ſeruitio perſonæ ſolius Epiſcopi,niſi cauſa ſit vrgens,cum filij teneantur ſubuenire parentibus in neceſſitatibus, quod extenditur ad quatuor menſes,vt ſacra cõgregatio,reſpondit pro ſeruitio ipſius perſonę,& eo magis ſi pro ſeruitio eccleſiæ,& diœceſis, qui tamen ſeruientes Epiſcopo ſunt duo tantum.c.ad audientiam.de cler.non reſid.& Epiſcopus poteſt ad id cogere duos tantum.Silua.de benef.2.p.q.11. Rebuff.tit.de diſp.non reſp.nu.37.

X. *Poſſunt ſimul cum Epiſcopo Canonici conſtituere dignitatem conſuetam in eccleſia*, vt Archidiaconatum, vel Archipresbyteratum, modo ſibi dos aſſignetur. Abb. & alij in c.cum acceſſiſſent.de conſtit.Corn.conſ.193.nu.19.2.vol. nouam tamen dignitatem ſolus Papa ibi creare poteſt.Abb. ibid.qui & veterem dignitatem ſuppreſſam ſimul cum Epiſcopo ſuſcitare poſſunt.Fel.ibi.dummodo dos ei aſſignetur, vt ibi not.

XI. Priuilegiantur, vt Epiſcopus non poſſit ſtatuere modum celebrandi diuina, niſi cum duobus de Capitulo, vbi Synodus prouincialis non prouidit.c.cum dignitates. in fin.ſeſſ.24.qui & eget præſentia duorum de Capitulo in reformando hoſpitalia.cap.8. ſeſſ.25. vt nec poteſt procedere contra eos de Capitulo, niſi cum præſentia duorum ex ipſis.

Digitized by Google

c.6.ead.ſeſſ.nec Indulgentias publicare, niſi adhibitis duobus de Capitulo. c.multa. ſeſſ.21.in Trident. Concil. qui & duos de Capitulo adhibere debet,& duos de clero in prouidendo ſeminario clericorum.ſeſſ.23.c.18.Fuſch.de viſit.li.2. c.15.nu.8.cum ſeq.

XII. *Canonici quando incedunt proceſſionaliter cum ſuo Epiſcopo,præferuntur Abbatibus,& alijs Prælatis inferioribus Epiſcopo*, & ſtare debent in loco honorabiliori, quia non debent recedere à ſuo capite.Gemin. in c. quamuis. §. quanquam. de præb. in 6. not. Abb. & Fel. in cap. cum non liceat. de præſcript. non tamen id conceditur ſingulis Canonicis,ſed Capitulo congregato etiam abſente Epiſcopo, quod omnes prælatos dempto Epiſcopo præcedit, vt iidem dicunt.

XIII. Poſſunt Canonici optare præbendas, vbi ſit talis mos,vel ſtatutum, & etiam permutare. Rota Rom. deciſ. 411.num.1.p.1. in nouiſs. ſic tamen vt titulus Canonicalis non cenſeatur mutatus,nec ius præcedentiæ. Cucch. de Canon.nu.24.in fi. & vt dicit gloſ.in c.cum in tua. de conſuet. tunc optatio fieri debet intra viginti dies à die notitiæ.d. gl. poteſt tamen Capitulum per duos dies eum terminum antiquiori prorogare.Tiraq.de vtr.retr.§.1.gl.10.num.58.aliàs optabit alter,vel deuoluitur ad Epiſcopum. c. 2. de conceſſ. præb.Effectus verò optionis eſt,vt tribuat ius ad rem, vnde Epiſcopus non poteſt conferre id beneficium,ad quod quis habet optionē, nec valet etiam impetratio facta coram Papa non expreſſo iure optionis,& ſi minor Canonicus optat, tenet optio, ſi maior intra tempus non optat. Non poteſt tamen quis optare prębendam minorem propria,nec beneficia vacantia in curia,nec reſeruata generaliter,vel ſpecialiter,niſi derogetur, nec intruſus poteſt optare, nec deuoluta ad ſedem Apoſtolicam optari poſſunt, nec prima dignitas in Cathedrali poſt Pontificalem; nec vacantia in curia, aut reſeruata motu proprio;&ſic optans debet mutare locum in choro.c.quamuis.de reſcript.in 6.Zerola in praxi ep. verbo, Canonia.nu.7.& 8.& ſi qui non optāt,vbi eſt talis mos,non ex hoc amittitur facultas optandi.Capyc.deciſ.134. num.4. Zerola loco cit.nu.12.& ſi poſt poſſeſſionem, Canonicatus adeptam,aliquem is repetit eius bona occupare, poteſt eum expellere.Rota Rom.deciſ.19.nu.13.p.2.in nouiſſ.

Secundum dictum.Canonici multa præſtare nō poſſunt.

I. Enim,

I. Enim, non poſſunt ire ad ſeruiendum hac intentione principali, vt lucrentur diſtributiones, ſic enim eſſet mortale,& ſimonia mentalis, quæ tamen non obligat ad reſtitutionem,& pœnitentia aboletur.c.fi.de ſimon.Abb.in cap.ſignificatum.de præben. 5 *Canonici quæ præſtare non poſſint.*

II. Non poſſunt alterare ſtatum eccleſiæ ſine Epiſcopo, Epiſcopus tamen cum maiori parte Capituli poteſt. Abb. in c. quoniam.nu.8.de vita & hon.cler. nec locare bona eccleſiarum vltra triennium.ex c.ambitioſę.de rebus eccl.in extr. communi.nec poſſunt tollere ſtatuta honorabilia eccleſiis. Abb.in c.ex parte nu.1.de conſtit.

III. Non ſunt legitimi teſtes in cauſa Canonici ſui, ſi recuſentur, vt poſſunt. Abb.in c.cum veniſſent.de iudic. nu.10.

IIII. Non poſſunt agere pro canonico ſine mandato. Doct. in c. cum Mart. de conſtit. & regulariter non agunt etiam pro eccleſia ſine mandato. Abb.in c.ex parte Aſtenſis. nu. 8. remiſſiuè. de conceſſ. præb. vt mandatum requiritur ſpeciale ad recipiendam poſſeſſionem iuris canonici, vel præbendæ. Rot.deciſ.290.in nouis.

V. Canonicorum præbendæ, non poſſunt capi pro executione rei iudicatæ, niſi in ſubſidium. Boër.deciſ.226.nu.3. ſic enim capi poſſunt earum fructus, ſic tamen vt aliquid pro eorum victu honeſto relinquatur. Boër.ibi.

VI. Non poſſunt Canonici permutare præbendas ſi habent diuerſum officium, vt cantoris,&c. ſine authoritate ſuperioris, ſi verò ſunt eiuſdem qualitatis, ſi agitur de eorum titulis, requiritur dicta authoritas, ſecus ſi de temporalitate earum agatur. Imol.in c.exhibita.de rerum permut.

Tertium dictũ. Canonici multa præſtare.& agere debẽt.

I. Viuere debent iuxta modum ſibi ab Epiſcopo præſcriptum, ex Conc. Arelaten. III. de vita clericorum.& Arelat. IIII. c.5. qui quoque ſicut in cæteris, ſic etiam in veſtitu modum diſcretionis tenere debent, cauendo ab immoderato cultu veſtium, ſed virtutum indumenta induendo, vt eorum exteriora ornamenta, nec nitida nimis, nec abiecta plurimum ſint, ex Conc. Aquiſgranen. c. 124. & probat. Hier. epiſtol.ad Euſtoch. dicens: *Sunt quidam mei ordinis, quibus omnis cura de veſtibus eſt, ſi bene oleant, ſi pes laxa pelle non folleat, crines calamiſtri veſtigio rotantur, digiti de annulis radiant; & ne plantas via humidior ſpargat, vix imprimunt ſumma veſtigia, tales cum videris ſponſos magis* 6 *Canonici quæ præſtare & agere debeant, & à quibus cauere.*

Digitized by Google

Lege ep.12. Hieron. ad Nepotianum & 111. ad Sabinianũ.

exiſtimato, quàm clericos. Quod & Gregorius hom. 6. in Euang. inſectatur, cum veſtitus morum indicium ſit, & veſtitus inſignis, ac mollis ſuperbiæ vexillum ſit, & nidus luxuriæ: vt inquit Suet. in vita Aug. c. 73. ideò eum veſtitum adhibere debent, in quo modeſtia, & humilitas cernatur, ſic tamen, vt exquiſitæ ſordes in eo non ſint, vt nec delitiæ. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. non etiam induendo cucullas monachorum, vt ab iis diſtinguantur. c. 25. ibid. qui & diurnas horas deuotè recitare debent, & completorio expleto cubitum ire, omnibus in vno dormitorio quieſcentibus, ſingulis in ſinguli lectis, in cuius dormitorij medio, lucerna noctu ardere debet, nil ibi indecens agendo. ex eod. Conc. Aquiſgran c. 136. qui proinde ſimul habitare, & in cõmuni viuere conſueuerant, & lectionibus, & diuinis officiis inſiſtere. ex Conc. Med. c. 53. manendo in clauſtris congruis horis, vt ibi habetur; & qui in epiſcopis verſantur in vno dormitorio dormire, & vno refectorio comedere debent, vt facilius ad horas canonicas celebrãdas concurrere poſſint, & de eorum vita, & conuerſatione admoneri, & proinde victum, & veſtitum, iuxta Epiſcopi facultatem accipiendo. ex Sin. Turon. c. 23. Lectiones etiam audiendo tam in Eccleſia, & Monaſterio, quàm in menſa. ex Conc. Moguntiaco. cap. 9. clauſis portis expleto completorio clauſtri à viro probatæ vitæ, à quibus nullus, niſi ex licentia egrediatur, fœminis illuc nequaquam intrantibus, & ſi quis extra inuentus fuerit indecens perpetrare, vel in biuiis, aut plateis otio, vel vanis vacare, primò, ſecretè corripiatur, tum acrius iudicetur à Prælatis, & Magiſtris. ex Sin. Aquiſgranen. c. 143. & 144. & vbi Capitulum tales corrigere ſolet ad iuſſionem Epiſcopi, infra certum tẽpus id agat, aliter Epiſcopus eos corrigat. ex Conc. Lateran. ſub Innocentio III. cap. 7.

Canonicorũ idem refectorium & idem dormitorium eſſe debet.

Quæ tamen, quò ad vitam communem, receſſere vbique ferè ab aula, & reliqua etiam non ita exactè ſeruantur, qui tamen in ædibus canonicalibus, ſi adſunt, habitare debent ex Conc. I. Mediol. tit. de cler. veſtitu, &c. §. de clericalibus ædibus, qui & tenentur ad reparationem ipſarum iudicio Epiſcopi pro ratione fructuum præbendæ, vt ibi habetur.

II. Debent horis debitis diuinis adeſſe, videlicet Matutinis Precibus, Primæ, Tertiæ, Miſſæ ſolemni, Sextæ, Nonæ, Veſperis, & Completorio, recitando eas integrè, diſtin-

ctè,

Digitized by Google

diſtinctè,deuotè,non fractè, curſim, vel truncatè, & omnes pſallant,& canant , ſenes cum iunioribus, nec ibi priuatim officium recitent,aut legant, nec huiuſmodi agant à recitatione precum; & debita attentione aliena.ex Conc. Colon. p.3.c.4.5.& 6.aliter, qui ab Epiſtola toti Miſſæ, & à primo pſalmo ſingulis horis non interfuerit, niſi neceſſitate auocante, ac petita, & obtenta licentia, illius horæ, vel officij ſtipendio in totum careat.ibid. cap.10.& cap. 1. c.dolentes.de celebr.Miſſ.cap. vnico. de cler.non reſid. in 6. *Et diſtributiones debentur habenti dignitatē in Cathedrali, ratione cuius habet curam in ciuitate,vel extra, dum ibi reſidet, & curam exercet,niſi aliud habeat conſuetudo,vel ſit extra diœceſim : & ſimiliter debentur ſacerdoti audienti confeſſiones,vel miniſtranti alia ſacramenta intra eccleſiam , vel extra.*c.8.in fin.ſeſſ. 24. in Trid. Conc. & ſtudenti cum licentia,exceptis incertis quotidianis.ex deciſ.239.ſacræ congreg. & hoc vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ, aliàs non debentur , ſed debet eſſe contentus fructibus ſuæ præbendæ. Quartò, debentur infirmis. d.c. vnico etiam ſi infirmi ſint ex propria culpa,modò ægrotet quis intra locum. Couar.lib.3.var.reſol.c.13.& lib.2.c. 16. niſi infirmitas ita leuis ſit,vt ſine damno nō impediat ab officio,vel ſi dum eſſet ſanus parum frequentaret eccleſiam. Quintò,debentur clerico gerenti negotia eccleſiæ.cap.ex parte.2.de cler.non reſid. Sextò, *debentur clerico iniuſtè carcerato, ſuſpenſo, excōmunicato,vel proſcripto.*Cald.conſ.17. de præben. ſecus ſi culpa ſua,nec ſi abeſſet tempore peſtis, nec ſi quis peregrinetur de licentia Epiſcopi.Boër.deciſ.17.num.6. niſi omnes abſint ob peſtem.

Canonici ſine iuſta cauſa abſentes à diuino cultu, ſolito ſtipēdio careāt.

Qui abſentes excuſentur.

Non debentur verò abſenti ſine cauſa, etiam ſi Papæ inſeruiat,Epiſcopo,vel alij. Sylua.de benef.4.p.q.6.per totum.

Et vbi quis abeſt,eius portio ſi extrahitur ex tertia parte præbendæ, debet applicari fabricæ eccleſiæ, vel alij pio loco, alia verò accreſcunt præſentibus. ex deciſ.congreg. 191. & vbi aliquis contribuit pro augmento diſtributionum. iuxta c.3.ſeſſ.21. Trid.Conc. lucratur & maiorem portionem abſentium. ex deciſ. congreg. 337. & ſi abeſt plus amittit. d. c.3. Trid. Conc. & diſtributiones gaudent priuilegio ; vt non contribuant ſeminario. ex deciſ.congreg.338. Zerola in praxi ep.verbo,Diſtributiones.ex Cōc.verò primo Mediol. tit.de diu.offic.qui non interſunt Miſſæ ante primas colle-

Abſentium canonicorū ſtipendia cui rei applicāda ſint.

Digitized by Google

tem notabilem verſuum, ſincopando, deglutiendo, anticipando,&c.Nau.c.10.nu.9.d.tract.c.13.nu. 24. c.16.nu.2.3. & 28.& ex Bulla Pij V.incip. Quamprimum.idem Nau. c. 16. nu,25.& 26.clem. 1.de celebr.Miſſ.ſed piè, deuotè, tractim, & animo ibi intento eſt recitandũ.d.clem.1.c.dolentes. extra.eod.Cypr.de orat.Dom.Baſil.cõſtit.monaſt. c. 12. Caſſia. col.9.c.3.quæ itẽ diſtributiones dari debẽt tantũ præſentibus diuinis officiis, niſi eccleſiæ neceſſitas, aut infirmitas excuſet,nõ obſtãte quacunque colluſione,vel remiſſione. c.1.vbi Doct.de cler.nõ reſid.in 6.c.cũ dignitates.ſeſſ.24.in Tri.Cõc. *Qui etiã Canonici tenẽtur recitare officiũ B. Virginis in choro,vbi ante conſuetũ erat,ex Bulla Pij V.in princ. Breuiarij reformati*,& ſimiliter *in Aduentu,Quadrageſima,diebus ieiunorũ,celebrari debẽt duæ Miſſæ ſolẽnes, altera feriæ,altera diei feſtiui*, & ſi tũc celebratur Miſſa ſolẽnis pro defunctis, tertio loco celebrari debet,& Miſſæ ac Veſperæ ſolẽnes *die Natali Domini,Circunciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcẽſionis,Pẽtecoſtes,Corporis Domini, Aſſumptionis B. Virginis, Beatorũ Petri,& Pauli,& omnium ſanctorum*,par eſt, vt ab Epiſcopo ſolemniter celebrentur, cui Põtificalia exercenti, Canonici, & in dignitate conſtituti,inſeruire,& miniſtrare debent.ſeſſ. 24. c. cùm dignitates. & ſimiliter dum confert ſacros ordines.ſeſſ.23.c.8. vel exercet Põtificalia extra Cathedralem in ciuitate, ſic enim cogere poteſt eos qui ſolent ei aſſiſtere in Cathedrali, dum ea exercet, non verò dum eſt in diœceſi,ſed tantum clerus.ex deciſ.9.congreg.& eo impedito ab Archipresbytero, diebus verò Dominicis, Aduentus, & Quadrageſimæ, feſtis Natalitiis, Ruſurrectionis, Pentecoſtes, Beatæ Virginis, Apoſtolorum, par eſt, vt à Canonicis canantur, aliis diebus à Manſionariis, vel aliter iuxta ritum à Concilio Prouinciali ſtatutum, ad quem ſpectat ordinare quæ pertinent ad diuina officia. d. cap. cum dignitates. in fin. & interim Epiſcopus cum duobus canonicis, quorum alter ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligatur, in iis poterit prouidere, prout expedire videbitur. d.c.in fi.& quilibet tenetur per ſeipſum, non per ſubſtitutum diuina obire officia.d.c. Qui etiam dato ſigno,induentes ſuperpelliceum mundum in choro,vel potius ſacrario,illum deuotè ingredi debent, ad diuina officia peragenda,vbi ante ſanctiſſimum ſacramẽtum genuflectentes, grauiter ad ſuam ſedem tendere debent, & ibi genuflexi, Dominica

Quib.diebus duæ Miſſæ aut vna cum Veſperis ſolemniter à Canonicis dici debeãt, &c.

oratione,

oratione, & Aue Maria deuotè recitata, candelis accenſis, dato campanæ ſigno, & præfecto chori iubente, deuotè conſurgere, & ad diuinas laudes celebrandas, piè, & alacriter ingredi, nec vllus ante diſcedat, quàm officium expletum ſit, & Antiphona Beatæ Virginis; in fine recitata, niſi infirmitas, aut neceſſitas perſonæ, vel eccleſiæ id expoſcat, quo tamen caſu, qui capellas habent cum onere celebrandi, non debent ea hora, qua horæ in choro recitantur, celebrare, ne ſimul duobus oneribus ſatisfaciant, niſi hora clebrandi labatur, vel neceſſitas eccleſiæ id expoſcat, tametſi ſtricto iure ſatisfaciant, ſi dum horæ recitantur, celebrent, *tum quia is fungitur tantum vna perſona, & ſatisfacit oneri ſui beneficij, tum quia præſtantius ſeruitium eſſe non poteſt eccleſiæ exhibitum, quam celebratio ſanctiſſimi ſacrificij*, ſi tamen quis eſſet Canonicus, & capellam haberet in Cathedrali, ſi celebraret vt capellanus, dum horæ recitantur, non perciperet diſtributiones, vt canonicus, cùm ſic fungatur officio duarum perſonarum, quod non licet. ita Abb. in c. cùm olim.num.6.de re iud. *nec alia etiam de cauſa quiſque è choro diſcedat, niſi officio expleto*, niſi ex neceſſitate, vt ſuprà, eaque re ſignificata primum locum in choro obtinenti, & punctatori, qui punctator per ſingulos menſes mutari debet, & punctare omnibus horis abſentes ſine licentia, vel infirmitate, aut cauſa vtilitatis eccleſiæ excepta, vel qui non adſunt horis, hora competenti, vt ſuprà, vel diſcedunt ante officium expletum ſine cauſa, vt proximè dictum eſt, vt habetur in Conc. I. Mediol. ſub tit. Quæ ad diuina officia.

Concionibus adeſſe debẽt Canonici.

Iidem etiam & alij clerici concionibus intereſſe debent, & Epiſcopum deducere ad eccleſiam euntem, ac reducere. ex d. Conc. I. & II. Decret. 27. tit. quæ ad Miſſam, qui & cum canitur Hymnus, Gloria, Symbolum, Sanctus, & Agnus ad Epiſcopum ordine venire debent, & eum circunſtare, & diſcedendo eidem reuerentiam facere. Con. I. Mediol. loco cit. & IIII. tit. quæ ad Miſſam, & diuina officia, &c. quibus locis, & omnibus iis Concil. Mediol. exactè tractantur quæ pertinent ad diuina officia, piè, deuotè, & laudabiliter celebranda.

III. *Debent anniuerſaria celebrare pro Papa defuncto.* c. vbi periculum. de elect. in 6. & pro Epiſcopo, ac Epiſcopis prouinciæ, & Canonicis, ac aliis reſidentibus defunctis, Cõc. II. Mediol. tit. quæ ad Miſſam. decret. 14. impẽſis mẽſæ

commu

communis ſi defunctus ex reſidentibus ſit, Menſæ vero Epiſcopalis, ſi Epiſcopus ſit, ſi Papa vtriuſque, vt æquum videtur.

IIII. *Singulis hebdomadis Capitulum habere debent*: in quo de iuribus Capituli agant, ante cuius initium recitetur à primo chori Oratio de Spiritu ſancto, & poſt ab eodem Oratio pro gratiarum actione, & omnia ibi occultis ſuffragiis definiantur, nil ibi ſtatuendo, quod non ſit rationabile, vt nec vllum eorum ſtatutum eſſe debet quod rationabile non ſit, qui & archiuium habeant in quo iura Capituli conſeruentur, & ſi qui ſcripturas ad illud pertinentes habent apud ſe, illi eas omnino reddere teneantur. cap. 15. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. *Aliud quoque Capitulum in hebdomada habeant*: ad quod omnes Canonici, & reliquus clerus Cathedralis conueniant, in quo ſpiritualia tantum tractentur, an decreta conſtitutionum, diœceſanarum circa diuina officia executioni tradantur, an cœremoniæ debitæ obſeruentur, legendo aliquam partem conſtitutionum, de vita, & honeſtate clericorum agentem, vel alium librum in quo ea quæ ad pietatem, vel diſciplinam eccleſiaſticam pertinent, continentur. Ex Conc. II. Mediol. tit. quæ ad Miſſam, &c. decret. 13. & Capitulum debet conuocari ab antiquiore Capituli, ideſt, qui prior tempore canonicus eſt, qui aliis præfertur. Abb. in c. 2. de his quæ fiunt à maior. *Antiquior canonicus quis dicatur.*

V. *tenentur reſidere*. Nec aliquis vltra tres menſes quolibet anno abeſſe poteſt, ſaluis conſtitutionibus eccleſiarum, quæ longius ſeruitij tempus requirunt, aliter primo anno priuentur dimidia parte fructuum, quos ratione præbendæ, & reſidentiæ fecere ſuos, tum omnibus fructibus, ac demum iuxta canonum decreta contra eos procedatur. d. c. cum dignitates, & ſic quòd diſtributiones, niſi præſentibus diuinis officiis non dentur. d. c. vt ſupra, & ea ratio eſt ineunda, vt toto anno maior pars reſidentium in choro ſit præſens, & debent proinde, vt ſupra, ordines requiſitos intra annum ſuſcipere, aliàs non faciunt fructus ſuos. c. 12. §. neminem, ſeſſ. 24. in Trid Conc. niſi ſint Canonici collegiatæ, & canonicatui ſacer ordo non ſit annexus, vt ſupra, & tunc ſat eſt in eo ætas quatuordecim annorum. ſeſſ. 23. cap. 6. in Trid. Conc. deciſ. congrega. 471. qui tamen, vt ſupra, non habent vocem in Capitulo. ex d. clem. 2. de æt. & qual.

VI. ſi habent eccleſiam parochialem ſimul cum canonicatu,

Digitized by Google

catu, ex apoſtolica diſpenſatione, ſine qua id non licet, cum ſint ſimul incompatibilia. c. de multa. de præb. reſidere debent in parochiali, ex Bulla 6. Pij V. 8. Idus Iulij 1568. inc. Cupientes. & lucrantur fructus canonicatus, exceptis diſtributionibus, ſi diuinis ibi non interſint. d. cap. vnico. de cler. non reſid. in 6. & dicta Bulla; ſi verò cura eſſet annexa ipſi canonicatui, dum curæ exercitium agunt pro præſentibus in choro habentur, niſi conſuetudo ſit, vel ſtatutum, quòd non ſeruiêtes in dignitatibus aliquid amittant, quod aſcendat ad tertiam partem fructuum. c. 3. ſeſſ. 22. in Trid. Conc.

Quindemniā ſeu annatam anni. 15. debēt Papa Eccleſia Parochialis capitulo vnita.

VII. ſi habent parochialem vnitam eorum menſæ, poteſt Epiſcopus ei prouidere, ſi ipſi videbitur, de idoneo Vicario perpetuo etiam cum aſſignatione tertiæ partis fructuū. ſeſſ. 7 cap. 7. in Trid. Conc. & ſeſſ. 14. c. 9. ſeſſ. vlt. cap. 6. qui & tenentur ſoluere pro ea ſedi Apoſtolicæ quindennia, ideſt annatam quolibet quintodecimo anno, quæ tamen non debent ſolui ſi ibi ſit conſtitutus Vicarius perpetuus pro quantitate fructuum eidem aſſignatorum, ex Bulla 50. Pij V. inc. Ad exequendom.

Simonaci mētales ſunt qui ob ſolam diſtributionē diuinis. 26. adſunt.

VIII. cauere debent ne ad diuina officia propter diſtributiones, aliàs non ituri accedant, aliàs, ſi intentio ſit talis principalis, ſimoniam mentalem committunt, & ſic eſſet mortale, ſine tamen onere reſtituendi. c. fin. de ſimo. Silu. ſimonia. §. 9. poſt D. Th. quodlib. 6. & 8. Adr. quodlib. 9. & eſt communis opinio, licet Sot. lib. 9. de iuſtit. q. 8. art. 1. ad ſextū arg. inclinet, quod is teneatur ad reſtitutionem, in alio tamē caſu loquens quando dat pretium deprauata intentione pro beneficio conſequendo ſine pacto, quod non eſt hic: ſi tamen quis palam diceret ſe ire ad diuina principaliter, vt diſtributiones percipiat iure poſſet iis priuari, cum non ſit ſimonia mentalis, ſed exterius expreſſa. D. Th. quodlib. 6. Adr. quolib. 9. Abb. in c. mandato. in fi. de ſim. Io. Lanchrecuch. de vita Eccl. c. 8. vnde ad diuina officia accedant, vt Deo laudes, & debitum ſeruitium in eorum munere perſoluant, pro publicis neceſſitatibus, & benefactoribus Deum exorent, & iis quibus aliqua lege, vel pacto tenentur; & inde vitæ præſentis ſuſtentationem percipiant.

IX. expleto officio, in quo ſe habere debent, modo quo dixi tract. de Orat. & tract. de Horis canonicis, honeſtis occupationibus attendere debent, ſcilicet orationi mentali operam dando, operibus piis incūbendo, ſeminarij curam gerendo,

Digitized by Google

gerendo, Epiſcopum adiuuando in iis de quibus tract. de Epiſc.c.3.ad fi.egi,eccleſiæ bonis bene vtendo, ſtudiis ſacris vacando,antequam cubitum eant orando, & in diuinorum cogitatione ſomnum capiendo, ne dæmon illuſionibus variis eos aggrediatur:& cum expergiſcuntur, ſtatim de Deo cogitando,de eius maieſtate,bonitate,beneficiis ab ipſo acceptis,& huiuſmodi, vt ita primitias diei ipſi exhibentes, diei reliquum in eius ſeruitio facilius inſumere poſſint:prauas ſocietates vitando, ſuperfluitates conuiuiorum, & veſtium,vt ita eccleſiæ ſenatus virtutibus præditus, & micans verè ſint,& appareant, alia quoque obſeruando : de quibus ſupra latè eſt dictum, & reſpectiuè tract.de Prælatis, & clericis habetur,

De Capitulo Canonicorum.

QVartum dictum. Canonici conſtituũt Capitulum ſoli, non alij clerici eccleſiæ. Dec. & Ripa in cap.eam te.de præſcript. quod venit appellatione canonicorum. Ripa in cap.cum M.de conſtitut.num.11. cuius tamen Capituli nomine non venit eius prælatus.Ripa in d.c. eam te.licet dicatur eius caput.glo.in c irrefragabili.de offic.ordin.& dicitur Capitulum etiam ſi caput vacet. idem Ripa in d.c.num. 14. quod & venit appellatione eccleſiæ. Dec. & Ripa in d. cap. eam te.quaſi paruum caput, vt dicit Cucch. de offic. & pot. cap.in princ.& dicitur Capitulum,vbi maior eſt pars Canonicorum,licet aliqui contradicant. Abb.in c.ex parte Aſtenſis.num.3.de conſtitut. ſcilicet maior pars non reſpectu minoris, ſed reſpectu totius Capituli. Boër. deciſ. 3. Bellam. deciſ. 275. quod intelligitur in iis quæ fiunt ex neceſſitate, ſi enim fiant ex mera voluntate, ſat eſt quòd vnus omnibus reſiſtat Abb.poſt gl.in cap.cum omnes.de conſtitut.Fallit fauore liberationis.Item fallit, vbi Canonici vellent aliquid diſponere ad vſum pium,non ſolùm de rebus Capituli,ſed etiam de fructibus præbendarum ſingulorum, dummodo reditus ſint ſuperflui.Itẽ fallit in cauſa vtilitatis communis, & pietatis,his enim caſibus valet,quod fit à maiore parte capituli minori etiam obſtante. Abb.in d.c. cum omnes.num. 6. Et regulariter valet actum à maiori parte capituli,niſi minor pars oſtendat cauſam legitimã contra maiorem. Abb. in c.1.de his quæ fiunt à maiori parte c. in c.cum nobis.

7 *Capitulum Canonicorũ quid ſit, vt conſtituatur, & conuocetur.*

Digitized by Google

nobis. in cap.cum inter canonicos. de elect.in cap. prudentiam.de offic.deleg.& vbi minor pars contradicit,debet adiri ſuperior prælatus,vel eligi arbitri, coram quibus eſt probanda cauſa contradictionis.cap.ſecundò requiris. de appellat.Innoc.& Abb.in d. cap. 1. de his quæ fiunt à maio. & tacens habetur pro conſentiente,niſi appellet, vel petat recurſum ad ſuperiorem,etiam ſi contradixerit.Abb.in d.c.1.in c. bonæ.de appell.

Ad hoc verò,vt valeant geſta per Capitulum,debent eſſe præſentes ſaltem duæ partes vocandorum, & ex iis maior pars conſentiat.Abb.in d.c.1.niſi quis de vocandis fuerit cõtemptus, quia poteſt proſequendo contemptũ facere actum retractari.Abb.in d.cap.1.Item requiritur,quòd abſentes vocentur ad Capitulum,vel citentur, ſub his tamen diſtinctionibus, quod aut ſunt in ciuitate, & ſunt vocandi, aut extra eam, & tunc aut ex culpa propria ſunt expulſi, vel relegati, & non ſunt expulſi,vel relegati,& non ſunt vocandi, aut ob timorem,vt ob timorem tiranni, vel aliam iuſtam cauſam, & ſunt vocãdi etiam ſi res ſit leuis,ad hoc vt poſſit illis præiudicare, qui ſic poſſunt mittere procuratores; Aut ſunt abſentes ex mera voluntate, & regulariter non ſunt vocandi; fallit in electione prælati, & cum volunt prouidere eccleſiæ de canonicis, & cum volunt ceſſare à diuinis,& in quolibet actu graui:vt dicit Abb.in d.c.cum omnes. num. 7. Vlterius requiritur,quòd conſenſus maioris partis capituli præſtetur in communi, & capitulum more ſolito debeat congregari, & ibi actus explicari, ſi enim omnes eſſent in platea, & aliquem actum facerent,non diceretur actum à collegio, ſed à ſingulis:vt dicit Abb.loco cit. Quandoque etiam in caſibus particularibus requiritur non ſolùm maior pars Capituli, ſed etiam ſanior, & ſanior pars conſiſtit in zelo, qui zelus conſiſtit in idoneitate electi, & eligentium, in authoritate quæ conſideratur reſpectu dignitatis, & ordinis, & in tempore inſtitutionis,& in ſpirituali intentione.cap.dudum.1.c. eccleſia.de elect.cum ibi not.

Et debet Capitulum conuocari ab antiquiori ipſius, quò ad tempus receptionis ipſius,vt alibi dixi.

8 Quintum dictum. Capitulum multis pollet prærogatiuis,& poteſtate.

Capituli prærogatiuæ, & poteſtas quæ.

I. enim poteſt ſine prælato facere ſtatutum, dummodo non mutetur ſtatus eccleſiæ, ſed concernat tantum factum ipſius

ipſius capituli, aliàs non valet ſine conſenſu prælati glo. in cap.2.de verb.ſign.in 6. nec in arduis poteſt facere ſtatutum ſine conſenſu Epiſcopi. Innoc. & Abb. in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte cap. nec etiam poteſt ſtatuere circa ſtatum eccleſiæ generalem ſine Epiſcopo, nec ſi ſtatutum tangat Epiſcopum, vel eius iuriſdictionem. Innoc.in cap. cum conſuetudinis de conſuet. poteſt tamen ſtatuere ſuper his quæ tangunt ſingularia eius negotia. Abb. in d.c. cum omnes.2.col.de conſtit.& etiam in prædictis poteſt ſtatuere, ſi priuilegio,vel alio in re ſpeciali id poſſit. Imol. in c. de his. de his quæ fiunt à maiori parte cap. Capra. reg.9. num.3. & 5.& reg.93.num.16.

II. Si facit expenſas pro electione prælati, cuius electio ad ipſum iure communi ſpectat, licet hodie Papa in regulis Cancellariæ id ſibi reſeruet, poteſt illas ab eo repetere.c. vt prætеritæ. vbi Doct.de elect.

III. Poteſt prælato inuito obuiare præiudicio eccleſiæ, & contradicere, ac appellare glo. & Abb.in cap. dilecti. de maior. & obed. & agere contra prælatum, & alium quemcunque ſine curatore, cum habeat liberam adminiſtrationem.cap.ex parte.c.olim.de accuſ.Abb.in cap.edoceri.4.col. de reſcript.

IIII. Poteſt monere prælatum, & ſocium abſentem, vt veniat ad reſidentiam,iuxta formam.c.qualiter. cum ſeq. de cler. non reſid. non poteſt tamen procedere ad eligendum ſine eius authoritate, quia oportet, vt monitus prius per ſuum iudicem priuetur, antequam alius eligatur. Hoſt. & Io.And.in d.c.qualiter.

V. Capitulum non tenetur contribuere fabricæ eccleſiæ, vbi non habent canonici vltra commoditatem ipſorum,niſi parcè viuendo. Abb. in cap. fin. de his quæ fiunt à maiori parte cap.

VI. Capitulum debet conuocari per Decanum capituli, ſi id habet conſuetudo, aliàs per canonicum primo inſtitutum, qui & erit primus in danda voce ſubſcribendo, & ſedendo. Abb.in c.auditis.1.col.de elect.

VII. Capituli maior pars vbi deliquit, faciendo actum minus legitimè, poteſtas remanet penes non delinquentes, & idem ſi aliqui de Capitulo ſint excommunicati, vel ſuſpenſi.Abb.in c.gratum.de poſtulat. prælat.

VIII. Capitulum ſupplet negligentiam Epiſcopi in col-

latione beneficiorum, quod intelligitur quando communis erat ei cum Epiſcopo ea conferendi poteſtas. c. licet magiſter. de ſuppl. negl. aliàs ſecus, nec etiam vbi ea poteſtas ad Epiſcopum pertinet non iure ordinario, ſed deuoluto, ſic enim in iis conferendis eius conſilium non requiritur. Feli. in cap. irrefragabili. de offic. ordin. & idem ſi ſcienter contulit indigno. Abb. in cap. cum in cunctis. de elect. in cap. dudum. 1. num. 11. eod.

IX. Capituli maior pars ſi eligit ſcienter indignum, minor dignum, venit confirmanda electio minoris partis. Abb. ibid. num. 10.

X. Capitulum potitur priuilegio, vt Epiſcopus non poſſit ardua ſine eius conſenſu expedire, nec ſufficit conſilium, vt in inſtitutionibus, & deſtitutionibus. cap. nouit. de his quæ fiunt à præl. collationibus, & electionibus. cap. quando. eod. tit. vbi Abb. idem in cap. nouit. poſt medium. eod. tit. & non ſolùm vbi agitur de aliquo ſtatuendo, ſed etiam de aliquo negotio graui gerendo. Innoc. & Abb. in d. c. nouit. in c. 2. de inſtit. Dec. in c. cum omnes. col. pen. de conſtit. Vnde irrita eſt Epiſcopi donatio, venditio, vel commutatio rei eccleſiaſticæ ſine conſenſu, & ſubſcriptione capituli. c. 1. & c. tuo nuper. de his quæ fiunt à prælat. poteſt tamen id confirmari ex ratihabitione capituli. c. 3. de his quæ fiunt à prælat. nec poteſt veterem dignitatẽ ſuppreſſam in eccleſia ſine Capituli conſenſu ſuſcitare. Innoc. Fel. Hoſt. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtit. nec ſtatum ſuæ eccleſiæ ſine eiuſdem conſenſu immutare. Abb. & alij in d. c. cum acceſſiſſent. & c. cum omnes. de conſtit. nec alia ardua explicare, aut beneficia conferre ſine capituli conſenſu, vt & idem conſilium adhibere debet in electione magiſtri in Theologia. ſeſſ. 5. c. 1. in Trid. Conc. & aliis caſibus, de quibus de ſtat. Epiſc. c. 3. in fin. habetur. niſi aliter ſe habeat præſcripta cõſuetudo. Imol. in clem. quia contingit. col. 3. de relig. dom. Firm. de Epiſc. lib. 4. p. 4. num. 52. cum ſeq: vel niſi adſit rationabilis cauſa cur id facere non debeat arbitrio boni viri, vt dicit Abb. in d. c. nouit. circa medium. nec in notoriis eſt opus conſenſu capituli, vt ſi requirat clericũ abſentem vt reſideat. Oldr. conſ. 230. cum id ſit quædam iuris executio, vt dicit Abb. in c. ex parte. de cler. non reſid. & in d. c. nouit. In leuibus verò non requiritur conſenſus capituli: ſed ſat eſt conſilium requiri, quod etiam non tenetur ſequi. Innoc. in cap. ſi. de maior. & obed. Innoc. & Abb. in d. cap. nouit.

Magiſter in Theologia eligi debet ab Epiſcopo & capitulo ſimul.

Ex

Digitized by Google

Ex Conc.Trid.quoque ſeſſ.25.c.6. ſtatuitur in caſu illius capituli, quod initio cuiuſlibet anni Capitulũ duos ex gremio capituli eligere habet,de quorum conſilio, & conſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius tam in formando proceſſum, quàm in aliis omnibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè,coram notario tamen Epiſcopi,& in eius domo, aut conſueto tribunali procedere teneatur: ſic tamen vt vnum ſit vtriuſque votum, & alter Epiſcopo poſſit accedere,& ſi ambo diſcordes ab Epiſcopo in aliquo actu, vel interlocutoria fuerint,vel diffinitiua ſententia,tunc intra ſex dies cum Epiſcopo tertium eligant, in cuius electione ſi diſcordes extant,ad viciniorem Epiſcopũm eius electio deuoluatur, & iuxta eam partem,in qua tertius conueniet, articulus in quo erat diſcordia terminetur, aliàs proceſſus, & inde ſequuta nulla ſint: congregatio tamen Conc. deciſ.487. cenſuit id decretum habere locum tantum in Capitulo exempto à iuriſdictione Epiſcopi.

In quo etiam loco habetur, quòd vbi canonicis aliquid deliberandum proponi oporteat, in quo nec de re Epiſcopi, nec de proprio, aut ſuorum commodo agatur, Epiſcopus ipſe capitulum conuocare debet, vota exquirere, & iuxta ea diffinire, abſente verò Epiſcopo, id ab his de capitulo, ad quos de iure,vel conſuetudine ſpectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur,& cæteris in rebus capituli iuriſdictio,& poteſtas,ſi qua eis competit, & bonorum adminiſtratio ſalua, & integra omnino relinquatur: quæ tamen non habeant locum in his eccleſiis, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſtitutionibus, vel priuilegiis, aut conſuetudinibus, vel concordiis, aut alio iure maiorem habent authoritatem, & poteſtatem, quàm eo decreto ſtatuitur,cui ſancta ſinodus derogare non intendit.

Sic etiam non poteſt Epiſcopus ſine cõſilio fratrum ſuorum,videlicet Capituli,Abbates,& Abbatiſſas,& alias eccleſiaſticas perſonas inſtituere, vel deſtituere,& electiones cõfirmare, nec clericos ad beneficia, quorum habent patronatum, inſtituere.cap. nouit. de his quæ fiunt à prælat. nec eccleſias baptiſmales cœnobiis, aut eccleſiis conuentualibus, ad quas ius patronatus pertinet, vacantes perpetuò largiri, ita vt monachi fructus illarum habeant, & eos in proprios vſus,& eccleſias illas retineant. cap. tua nuper.eod.tit.de his quæ fiunt à prælat. nec criminales cauſas ſine conſenſu,

Digitized by Google

vel ſaltem conſilio capituli cognoſcere, vel crimina corrigere.glo.in cap.irrefragabili. vbi Felin. num.3.de offic.ord. niſi priuilegio, vel conſuetudine Epiſcopus habeat vt ea ſine Capitulo, vt ſupra, exercere poſſit. glo.in cap. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à præl. vt requiritur eiuſdem conſilium, & conſenſus in poſtulando per Epiſcopum charitatiuum ſubſidium. Remig. quæſt.32. qui Epiſcopus ſine capitulo caducitatem remittere non poteſt. Burſat. conſ.26. nu. 23.lib.1. cum communi.

X I. Capituli bona ſingularia poſſunt annecti præbendis ſi fructus præbendarum ſunt minus ſufficientes. Abb.in cap. cum omnes.1.col.de conſtit.

X I I. Poteſt Epiſcopo dementi vnum, vel plures dare coadiutores de reditibus Epiſcopatus alendos moderatè. cap.vnico.§.cum verò.& §.fin.de cler.ægrot. in 6. quo Epiſcopo mortuo officium coadiutorum ceſſabit, & tota poteſtas in capitulum tranſibit.glo.in c.fin.de ſuppl.negl.prælat. in 6. Pauinus 2.p.tract.de Epiſc. q.6. num.5. ſeruatis tamen ſeruandis, de quibus ibi. Cucch.de pot.cap.num.57. Nec ſinguli de capitulo pro obligatione capituli conueniri poſſunt. Anch.in cap.mandatum.de præben.in 6.

Et Capitulum Cathedralis inuitari debet ad concilium Prouinciale à Metropolitano.cap.fi.de his quæ fiunt à præl. Cucch.de Conc.in fin.

X I I I. Poteſt acquirere quaſi poſſeſſionem conferendi beneficia ex ſcientia, & patientia Epiſcopi, quæ multis modis probatur. Rota Rom.deciſ.166.1.p.in nouiſſ.

X I I I I. Si iurat ſeruare ſtatutum, & in eo contenta, & contrauenit, valet quod ſtatuit, ſed periurium incurrit, ſecus ſi iurat tantum ſeruare ſtatutum, ſic enim non incurritur periurium. Capra.reg.9.num.94.& 95.

X V. Capitulum ſuccedit in fructibus Canonici defuncti, non autem is qui illi ſuccedit. Innoc. in cap. quod ſicut. & ibi alij Doct.cum glo.de elect.

Cætera ad hoc facientia, videnda ſunt ſupra, vbi de Canonicis eſt actum, ſecundo dicto.

9 Sextum dictum. Multa ſunt quæ Capitulum facere, vel præſtare non poteſt.

Capitulum quæ facere non poſſit.

I. Enim non poteſt exercere ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, nec eius authoritatem ſibi attribuere, vt inquit Cucch. de pot.cap. num.14.& 15.

I I.Non

Digitized by Google

II. Non poteſt etiam cum Epiſcopo, ſine authoritate fundatoris,vel hæredis diminuere præbendam eccleſiæ.

III. Non poteſt ſine Epiſcopo facere regulariter ſtatutum in eccleſia,nec mutare antiqua ſtatuta,vel conſuetudines,vel ſi vult ſtatuere circa iura Epiſcopi,vel ſtatum eccleſiæ,vel in negotiis arduis, ſecus in pertinentibus tantum ad Capitulum, vt quomodo ſit congregandum, de modo diſtribuẽdi diſtributiones,vel de rebus leuibus.Abb.in c. cum conſuetudinis. de conſuet. nec ſi id concernat aliorum præiudicium,vt ibi dicit Anch.in c.1.de conſtit.de quo, & ſupra eſt dictum,ad quod me refero.

IIII. Non poteſt iure communi excommunicare, vel interdicere.c.quæſiuit. de his quæ fiunt à maiori parte c. ex ſpeciali tamen conſuetudine, quæ præſumitur ex priuilegio inducta,cum aliàs irrationabilis eſſet, poteſt Capitulum acquirere eam iuriſdictionem.Abb.in cap. ex parte Decani. de præſcript.

V. Prælatus non poteſt dare in emphyteuſim, vel feudum, rem ſolitam dari perſonæ ſingulari,Capitulo,cũ nunquam moriatur, nec ſpes ſubſit, vt res ad eccleſiam redeat. Card.conſ.37.

VI. Non poteſt dare de iure ſpectante ad cameram, vel ſucceſſorem.Rota Rom.deciſ.809.1. p. in nouiſſ. nec etiam conferre beneficium in quo Epiſcopus habet dimidiam, eo contradicẽte,ſecus ſi habet vnam vocem tantum, vt Canonicus,tunc enim etiam nõ vocatur ſi ſit abſens. Rota Rom. deciſ.783.3.p.lib.3.in nouiſſ.

VII. Vno tantum contradicente non poteſt ſtatum Eccleſiæ alterare,vt quòd clerici in communi viuant. c. quod omnes.de reg.iur.in 6.Capra.reg.23.in fi.nec poteſt ſtatuere in præiudicium abſentium,niſi ex cauſa, & quòd vocati ſint,& duæ partes ex vocatis concurrant.Capra.reg.9. nu. 7. cum ſeq. niſi aliud habeat conſuetudo, ſic enim ratum eſt quod fit à præſentibus, non vocatis abſentibus. Pap. lib. 1. Areſt.tit.3. Areſt.9.

Septimum dictum. Capitulum ſede Epiſcopali vacante, multis,& amplioribus potitur prærogatiuis,& poteſtate. 10

Capitulum, ſede vacãte, quibus prærogatiuis, & poteſtate fruatur.

I. Enim,ſede vacante dicitur ſucceſſor Epiſcopi, & ſuccedit in iuriſdictione tam temporalium,quàm ſpiritualium Epiſcopo competente. Abb. in cap.cum olim.de maior. & obed.in c. verum. de foro compet. Feder. de Sen. conſ. 30.

Rom.conſ.506.num.13.vbi teſtatur de communi. Innoc. in cap.eam te. de reſcript. vbi dicit, tunc Capitulum idem eſſe cum Epiſcopo.Ioan.And.in c.fin.de ſuppl.negl. præl. col. pen.in nouell.

II. Inde ſequitur,quòd cum habeat exercere ea quę ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis, quòd poſſit iudices dare, & omnia quæ iuriſdictionis ſunt exercere.Ioan. And. in c. fin. de ſuppl. negl. & etiam poteſt decretum in alienationibus rerum minorum interponere, & in emancipationibus liberorum,& curatores pupillis ad lites dare, & beneficia poſt primam ſententiam in curia latam ſequeſtrare, & ſuas ſententias executioni mandare.Paui.de pot.cap.1.p. q.2. quam iuriſdictionem, etiam in laicos Cathedralis Eccleſiæ temporali iuriſdictioni ſubiectos Capitulum exercere creditur. Pauin.d.q.2.

III. Poteſt œconomum Eccleſiæ vacanti præficere. c. cum vos.de offic. ord. & etiam commendare ad breue tempus,vt ſex menſium alicui beneficium.Innoc.& Abb.in c. illa.ne ſede vacan.in c.bonæ.de appell.& etiã ad maius tempus prorogare commendationem, ſi is ad quem ſpectat, et beneficio non prouiderit, & etiam donec eccleſiæ ſit prouiſum,cum id ſuadet eccleſiæ neceſſitas.Pauin.d.tr.2.p.q.3. & etiam poteſt inſtituere præſentatos à patronis laicis,vel clericis, licet aliàs inſtitutio illorum beneficiorum ad ſolum Epiſcopum ſine conſenſu Capituli ſpectaret. c.1. de inſtit. c. cum in illis.§.cum autem.vbi gl.de præb.in 6.& etiam præſtare poteſt aſſenſum permutationibus beneficiorum, & ex dicta cauſa reſignationes admittere, dummodo ea beneficia non ſoleat Epiſcopus ſine Capituli conſilio, vel conſenſu conferre, ſecus verò ſi Epiſcopus ſolus illa conferre conſueuiſſet.gl.& ibi Imol.in cle.1.col. 4. de rerum permut. & ibi Card.q.11. & etiã recipere poteſt reſignationem beneficiorum ſimpliciciter, nõ ex cauſa etiam permutationis factam. Abb.& Felin.in c.cum olim.de maior.& obed.vt & Epiſcopus poteſt admittere reſignationem beneficiorum Papæ reſeruatorum,licet illa conferre non poſſit.Feder.tit. de rerum permut.q.36.vbi etiam Lapus. Et etiam poteſt ex cauſa aliquem beneficio priuare.Pauin.2.p.prin.q.6. non tamen ordine aliquem exauthorare.Abb.& Fel.in d.c.cum olim. Pau. d.q.6.nec Abbates deſtituere,vel priuare.Gem.in c.1. de pœnit.in 6.Pauin.ibid.nu.3. Et ſimiliter poſtulationem admittere

Digitized by Google

tere poteſt, dummodo nil poſtulato objiciatur, cum id nō ſit mera gratia, ſed iuris neceſſitas. Pauin. 2. p. q. 4. d. tract. poteſt etiam confirmare electiones legitimè factas, & inualidas infirmare. glo. in d. c. cum olim. Pauin. d. q. 4. Et ſi Capitulum aliàs habet ius eligendi, poterit electione ipſa vnico actu illam perſonam electam confirmare. idem d. q. ver. quarto inſuper; & etiam Capitulum Metropolitanæ eccleſiæ probabiliter poterit ſuffraganeos confirmare, & Capitulum Patriarchalis Archiepiſcopos. Io. And. in c. ſi Epiſcopus. de ſuppl. negl. in 6. Pauin d. q. nu. 2. ſi tamen ius confirmādi aliquas perſonas, vt Abbates monachorum, vel eorum generales miniſtros, ex priuilegio Epiſcopo competeret, id ius in Capitulum non tranſiret. Ioan. And. in c. ſi poſtquam. de elect. in 6. Pauin. loco cit. nu. 5. niſi & id priuilegium Capitulo eſſet commune; & ſimiliter ſi Epiſcopus ſolus nō confirmaret, ſed cum aliis collegis, ſolum Capitulum cōfirmare non poterit ſine illis. Innoc. in c. ad abolendam, de hæret. Pauin. loco cit. num. 2. ver. præmiſſa tamen. Idem etiam poteſt cogere ſuos ſubditos ad oſtendendum titulos ſuorum beneficiorum. c. ordinarij. de offic. ord. in 6. Pauin. d. p. q. 6. num. 5. & quo priuilegio plures dignitates, vel beneficia poſſideant. Pauin. d. tract. p. 2. q. 10. & poteſt etiam inſtituere præſentatos à patronis, & deſtituere beneficiatos ex cauſa. Sylua. de benef. 2. p. q. 11.

IIII. Poteſt vice defuncti Epiſcopi decretum interponere alienationibus rerum eccleſiaſticarum. ſeruatis ſeruandis. gl. in cle. vnica, de rerum permut. Berous in c. 1. col. 6. de rebus eccl. non alien.

V. Poteſt viſitare eccleſias, & perſonas ſubditas ſi vacario ſit diuturna, nec ſubſit vicina ſpes promotionis Epiſcopi, videlicet poſt annum corrigendo corrigenda, iuxta dicta, de ſtatu Epiſc. cap. 6. & inde procurationes accipere, quando ceſſatio à viſitatione animabus periculum ſit allatura, & idem de Capitulo Metropolitano reſpectu Prouinciæ, prædictis cauſis concurrentibus. Abb. & Felin. in cap. cum olim. de maiorit. & obed. Cucchus de pot. cap. num. 47.

VI. Poteſt aduocare Epiſcopum, qui Indulgentias ſubditis elargiatur, id enim Capitulum per ſe non poteſt cum ſit dignitatis Epiſcopalis. Cucchus. d. tract. nu. 61. vſq; ad 65. vbi & dicit, poſſe aliquibus communicare merita bonorum,

Digitized by Google

quæ fiunt in ſuo Epiſcopatu.Ioan.And.in c. cum eo.de pœnit.& remiſſ.

VII. Ex cauſa legitima poteſt diſpenſare in caſibus in quibus Epiſcopus iure communi poteſt,not. in c. tranſmiſſam.de elect.vt cum obtinente parochialem, vt cauſa ſtudiorũ abeſſe poſſit, & interim non teneatur ad ſacerdotium promoueri.c.cum ex eo.de elect.in 6.& pariter in omnibus caſibus quibus ſupra de ſtat. Epiſc. c. 3. dictum eſt Epiſcopum poſſe diſpenſare; vt inquit Ioan.And.in d.c.cum ex eo. in c.1.de maior. & obed. Fede. q. 30. incip. An capitulum. Pauin.p.1.q.5.

VIII. Poteſt condere ſtatuta quæ durant etiam penes Epiſcopum ſucceſſorem,& ex cauſa poteſt etiam anteceſſorum Epiſcoporum conſtitutiones reuocare, cum id ad iuriſdictionem ſpectet,Paui.p.1.q.6.ſic tamen, vt per eas conſtitutiones nõ inferat præiudicium futuro Epiſcopo,licet apoſtolica authoritate munitæ ſint.Fel.in c.cum omnes. nu.10. de conſtit.Pauin.loco cit.niſi id exprimatur.

IX. Poteſt promouere ad Doctoratum quem Epiſcopus iure communi promouere valet, vt in gymnaſiis publicis, ſecus ſi iure ſpeciali id ei competat.gl.fi.in clem.fi.de magiſtris.Pauin.loco cit.

X. Poteſt excommunicare,& abſoluere ab excommunicatione,quem Epiſcopus poteſt.Abb.& Fel.in c.his quæ. de maiorit.& obed.Nau.c.27.nu.39.

XI. Poteſt concedere dimiſſorias clericis ad alios Epiſcopatus tranſire volentibus,niſi ſint beneficiati, vel niſi eccleſia ex hoc magnum detrimentum patiatur, vt dicit Cucch. de pot.c.nu.75.vſque ad 80.

XII.Poteſt ſe ingerere in iuriſdictione Epiſcopo à Papa delegata, vbi periculũ eſt in mora,& res grauis exiſtit, aliàs non.Ioan.Monach.in c.1.de maior. & obed. in 6. Innoc. & Hoſt.in c.ad abolendam,de hæret.Pauin.p.1.q. 10. Fel. in c. cam te.nu.7 de reſcript.

XIII. Poteſt eſſe executor vltimarum piarum voluntatum,vbi viuente Epiſcopo, id ei cum illo erat commune, niſi iure ſpeciali id ius Epiſcopo competat, cogendo executores teſtamentorum,vt infra annum pias defunctorum voluntates executioni mandent, & eligendo pauperes in quos relicta diſtribuantur,vbi nulli curatores,vel executores ſunt dati,vel negligãt ea exequi, & poteſt etiã executionis tẽpus

proroga

protogare, & cogere religioſos piarum voluntatum executores, vt de iis rationem reddant. Io. Imola in clem. 1. de teſtam. Pauin. p.2.q.7. Cald. conſ. 20. & q.10. Cucchus d. tract. nu. 81. 82. 83.

XIIII. Poteſt etiam de cauſis matrimonialibus cognoſcere, & diffinire. Card. in c. veniẽs, de eo qui duxit in vxor. Pauin. d.q.10. num.6.

XV. Poteſt etiam exercere, quod competit Epiſcopo ex conſuetudine, vt iudicare inter laicos eccleſiarum cultores. Abb. in c. cùm olim. de maior. & obed. Pauin. p.1.q.9. num.6.

XVI. Poteſt eccleſiæ hæreditatem delatam adire, quam tamen Epiſcopus ſi ei damnoſam viderit, poterit repudiare per in integrum reſtitutionem, & pari ratione tranſigere, & continuare compromiſſum ab anteceſſore factum. Pauin. p. 2.q.8. nu.17. & 18.

XVII. Poteſt ſe vacante pecunias pro neceſſitate Capituli accipere, & bona Capituli obligare, & etiam Prælati, vbi ſic vrgeret neceſſitas, vt nullam moram pateretur. gl. in c. cupientes. §. ad hoc. de elect. in 6. Rodan. de rebus eccl. non alien. in rubr. de alien. quæ fit ſede vac.

XVIII. Poteſt facere commendas eccleſiarum, donec eccleſiæ fuerit prouiſum per habentem poteſtatem. Io. And. in cap. 1. ne ſede vac. in 6. & deputare in iis œconomum. Capra. tract. permut. reg. 88. numero 77. & etiam poteſt recipere reſignationes beneficiorum ex cauſa permutationis, quas poſteà Epiſcopus perficiet. Capra. loco cit. cum communi.

XIX. Poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopo, vel dare confeſſorem, qui id agat. Doct. in c. his quæ. de maior. & obed.

XX. Succedit ſede vacante etiam in iis quæ Epiſcopo competunt iure ſpeciali, quando illa competunt Epiſcopo ſimul cũ Capitulo, vt in collatione beneficiorum ad vtrumque ſpectante. Abb. in cap. verum. de foro compet.

Et generaliter ſuccedit Capitulum in iuriſdictione Epiſcopo in temporalibus competente. Abb. & Felin. in cap. ex tranſmiſſa. de præſcript. Rota, deciſ. 212. in nou. Pauin. q.1. p.1.

Prædicta verò, & ſimilia agere Capitulum poteſt ſede Epiſcopali vacante, quod intelligitur ſi Epiſcopus ſit mor-

tuus naturaliter, ſimiliter ſi ſit tranſlatus ad aliam eccleſiam, donec ſucceſſor detur, vel ſi reſignauerit ſimpliciter: ſi enim ex cauſa permutationis, vel ad fauorem, ſuccedit alius compermutans, vel reſignatus, vel ſi depoſitus ſit, vel priuatus, ſi tamen Capitulum ei reſtiterit deliquenti, aliàs non. Ripa in c.ſi quando.num. 11.de præſcript. vel ſi captus ab hoſtibus fidei ſit, vel matrimonium cõtraxerit, vel ſi non fecerit ſe promoueri temporibus à iure ſtatutis, vel beneficium incompatibile adeptus ſit, quibus caſibus iure Epiſcopatu priuatur, de quo aliàs: vt inquit Cucch.in d.tract nu.94. & 95.non tamen ſi ſit tantum ſuſpenſus, etiam à toto officio. Abb.in c.graue.1.col.de præb.

Tenetur verò Capitulum intra octo dies à morte Epiſcopi Vicarium creare, vel creatum confirmare, qui Doctor ſit, vel licentiatus in iure canonico, vel aliàs, quantum fieri poteſt, idoneus, aliàs ad Metropolitanum huiuſmodi deputatio deuoluitur, & ſi Eccleſia ſit Metropolitana, vel exempta, & Capitulum negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcopus in Metropolitana, & propinquior in exempta œconomum, & Vicarium conſtituit in Eccleſiis inſignibus, & vbi Doctores ſunt in Capitulo, Vicarius debet creari omnino Doctor, vt ſacra congregatio Concilij reſpondiſſe dicitur: & ſi intra octo dies non cõſtituitur, eo ipſo Archidiaconus, qui eſt iure Vicarius Epiſcopi, erit Vicarius, vt dicit Zerola in praxi ep.verbo, Archidiaconus. Tutius tamẽ eſt, vt eum eligat, ex verbis Concilij, quem ex cauſa deponere poteſt; & alium, vel plures creare, etiam ſi iuraſſet eum non reuocare ſub certa pœna. D.Ant. 3.p.tit.19. §.2.c.10. Sylua.de benef. 3.p q.27. num. 2. licèt opus ſit abſolutione à periuro. Boër. deciſ.347. & vlterius, quando munus percipiendorum fructuum Capitulo incumbit, tenetur conſtituere vnum, vel plures œconomos, qui eorum curam gerant, & tam Vicarius, quàm œconomus Epiſcopo futuro adminiſtrationis officiorũ, & iuriſdictionis rationem reddere tenẽtur, qui eos delinquentes punire poteſt, etiam ſi à Capitulo, redditis rationibus, abſolutionem, vel liberationem obtinuerint, & Capituũ pariter tenetur ſcripturas ad eccleſiam pertinentes Epiſcopo reddere.ſeſſ.24.cap.16.in Trid.Conc.qui Vicarius ea quæ ad iuriſdictionem ſpectant, exercet, & probabile eſt ſine glo.quòd Capitulum poſſit illum amouere, cùm ſit Vicarius Capituli, & Vicarius ſit ex natura ſua amouibilis, vt ſuprà

Digitized by Google

ſuprà habetur tract.de Vicario.

Octauum dictum. Multa ſunt quæ Capitulum agere non valet, ſed vacante.

Primò enim, non poteſt beneficia vacantia conferre ad ſolius Epiſcopi collationem ſpectantia. c.pen.extra. ne ſede vac.c.1.de inſtit.in 6. cum illorum collatio inter fructus Epiſcopatus connumeretur.glo.in c.cũ olim.de maior. & obed. quos Capitulum dilapidare non poteſt; ſed Epiſcopo futuro reſeruare tenetur.c.quia ſæpè.de elect.in 6.Pauin.p.2.q.1. idque ſiue ſint beneficia magna, vel parua, ſecularia, vel regularia, vel minus ſi dignitate, etiam ſi aliàs Epiſcopus ſine conſilio, & aſſenſu Capituli illa conferre non conſuetus eſſet.c. vnico. §. cùm verò. ne ſede vac. in 6. Rebuff. in praxi Cancel.tit.de deuolut.nu.70. niſi ſint beneficia, quæ Epiſcopus ſimul cum Capitulo conferre ſolitus eſſet, tunc enim totum id ius Capitulo accreſcit. d. c. vnico. & c. fi. de reg.iur. & eo magis ſi tale ſit beneficium quod Epiſcopus non vt Epiſcopus, ſed vt Canonicus conferre poſſet. Abb. in c.fi.de conc.præb.Rebuff. loco cit. num.74. & ſimiliter ſi Capitulum viuente Epiſcopo tale beneficium conſilio alicuius adhibito conferre poterat.d.c.vnico.§.fin.tenetur Epiſcopo rationem reddere eius adminiſtrationis. Rebuff.conſ. 131.ſed nec beneficia ad Epiſcopum deuoluta conferre poteſt,vt dicit Cucch.d.tract.de pot.cap.nu.92.

11 *Capitulum ſede vacãte, quæ agere non poſſit.*

II. Non poteſt exercere ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, licèt inuitare poſſit aliquem Epiſcopum,qui ſine præiudicio futuri Epiſcopi,& præmiſſa deſuper proteſtatione, prædicta præſtet.Pauin.1.p.q.3.

III. Non poteſt concedere clericis dimiſſorias ad ordines,niſi poſt annum à die vacationis eccleſiæ,aliter Capitulum ſubiacet eccleſiaſtico interdicto, ſic verò ordinatus, ſi in minoribus caret priuilegio clericali, ſi in maioribus ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prelati ſuſpenſus eſt;ex Conc.Trid.ſeſſ.7.c.11.& etiam id poteſt concedere intra annum arctatis ratione beneficij tam habiti, quàm habendi.d.cap.& Rebuff.tit.de deuolut. nu.67.& etiam Vicarius Capituli,qui vicem eius gerit, poteſt etiam concedere literas commendatitias euntibus ad ſtudium, non tamen dimiſſorias ad ordines,niſi vt ſuprà.Abb.in c. relatum.nu.4. de cleric.non reſid.

IIII.Non poteſt duo beneficia vnire, vel alterũ ſupprimere,

Digitized by Google

mere,cùm ſic præiudicetur Epiſcopo. Io. And.in c.1.ne ſede vac.in 6.ſi enim fieri poſſet vt nullum inde Epiſcopo præiudicium irrogaretur,id agere poſſet. Lup. in c. 1.de maior. & obed.Paui.2.p.q.4.nu.17.

V. Non habet territorium, reos tamen in carceribus Epiſcopi cuſtodire poteſt.Innoc. in c. cùm contingat. de foro compet. Paui.p.2.q.6.glo. in clem.1.de hæret.

V. Non poteſt res eccleſiæ alienare, vbi alienatio ſit futura damnoſa,ſecus ſi profutura, cum cauſæ tamen cognitione,& dato defenſore eccleſiæ vacanti. Abb.& Butr.in c.1. ne ſede Vac.Rodoa.in tract.de rebus eccl. in rubr.de al.quæ fit ſede vac.tex.in c.1.de rebus eccl.in 6.

VII. Non ſuccedit Epiſcopo in his quæ competunt Epiſcopo ratione conſuetudinis contra ius inductæ, nec in his quæ competebant Epiſcopo iure ſpeciali,vel ex gratia. gl.& Abb.in cap.ſcriptum.de elect. in c.verum.de foro compet.in c.his quæ. de maior.& obed.nec etiam in iuriſdictione delegata Epiſcopo. Abb.in c.cùm olim.3.col.de maior.& obed. nec in priuilegiis indultis dignitati Epiſcopali. Abb. ibi vlt. colum.

VIII. Non poteſt agere de rebus, & iuribus communibus Prælato,& Capitulo, ſi id poſſit generare præiudicium Prælato. Abb.in c.1.de præſcr.

IX. Vbi Capitulum non poteſt eſſe in iudicio ſine Prælato,nec ſede vacante id poteſt.Abb. in c. cùm veniſſent. 3. col.de inſtitut.nec ſuccedit in cauſa feudali,quæ eſt de menſa Epiſcopi, ne Epiſcopus vaſſallum habeat quem habere nolit.Abb.in c.verum.1.col.de foro compet.nec ſi agatur an quis ſubditus ſit Epiſcopo,vel ne,aut an locus ſit de diœceſi,vel non. Abb.in d.c.verum.2.col.

X. Nil poteſt diſponere in præiudicium menſæ Epiſcopalis. cap. ſi qua de rebus. 12. q. 2. aliàs Epiſcopus ſucceſſor poteſt id in integrum reuocare. Hoſt. in c. ſicut noſtris. de iureiur.nec alienare poteſt res Epiſcopatus immobiles, vel etiam mobiles,quæ ſeruari poſſunt ſine licentia Papæ.cap.1. ne ſede vac.cap.1. de rebus eccl. poteſt tamen alienare res Epiſcopatus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. arg. l. quæ tutores. C.de admin.tut. & interponere authoritatem alienationi rei eccleſiæ inferioris, ſeruatis tamen ſeruandis. Fed. de Sen.conſ.28.& interponere authoritatem permutationi beneficiorum.clem.1.de rerum permut.Abb.in c. cum

olim.

Digitized by Google

olim.de maiorit.& obed.modo quo ſupra.

XI.non poteſt ſede vacante ea præſcribere, quæ alioqui ſibi non competunt. Abb. & Felin. in cap. ex tranſmiſſa. de præſcript. cum ſede vacante non currat præſcriptio contra eccleſiam.Paui.1.p.q.9.

XII. non ſuccedit ſede vacante in litigiis Epiſcopalis menſæ,quia eccleſia vacat, nec poteſt ſe in illis intromittere.Rota Rom.deciſ.1.2.p.in nouiſſ.

De dignitatibus in Cathedrali exiſtentibus, & eas obtinentibus.

OBſeruandum eſt primo loco,quòd *dignitas eccleſiaſtica eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione,etiam in modicis cauſis*:vt inquit Ancha. in clem. ſi dignitatem.de præb. vel beneficium habens adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum, cum iuriſdictione. Card. in clem.2.ver. quid eſt. de præben. & propriè dicitur dignitas, quando quis habet iuriſdictionem in foro contentioſo, vt quidam Archipresbyteri, qui in aliquibus locis excommunicant,ſuſpendunt, & abſoluunt, qui propriè dicuntur Prælati:vt inquit Abb.in c.de multa.de præb.& etiam Præpoſiti eccleſiæ collegiatæ, vel Rectores dicuntur habere dignitatem,vt inquit Pauin.in cl..1.de elect. & in clem. ne in agro. de ſtatu mon.& ſimiliter Abbas, & Abbatiſſa,vt dicit Card. poſt gl.in clem.2.de reſcript.& Prior conuentualis, Curatus verò largè dicitur habere dignitatem,& prælaturam,vt dixi ſupra de ſtatu Prælat.circa princ. 12

Dignitates in eccleſia Cathedrali quæ dicantur, & vt conſtituantur.

Dignoſcitur etiam dignitas ex vocis nuncupatione, vt quia eam obtinens appelletur nomine dignitatum,quæ ſunt in iure expreſſæ,vt Archidiaconus, tametſi nullum dignitatis miniſterium exerceat. Et pariter ſi in loco reputatur dignitas,licet in iure ita non appelletur, vt inquit Abb. in d.c. de multa.Similiter quoque ex inſtitutione,ſi fuit inſtituta,vt eſſet dignitas. Requiritur etiam vt ſit perpetua, vel ſaltem eſſe poſſit,vt Vicariatus Epiſcopi,Prouinciales,Priores, &c. arg.c. clericos. vbi glo.in verbo; clericos. de cohab. cler. & ſimiliter ſi habetur in eccleſia pro dignitate,& habet adminiſtrationem rerum perpetuam, vel ſi habet prærogatiuam in gradu:vt inquit gl.in c. quia nonnulli. de cler. non reſid. Archid.in c.1.de conſuet.in 6.& ibi Ioann. And.& alij:Port.

conſ.

Digitized by Google

conſ. 165.num. 2. Præeminentia verò circa illas habetur ex modo ſedendi, qui enim ſedet in loco digniori,cenſetur habere maiorem dignitatem reſpectu conſuetudinis, licet de iure aliàs ſecus eſſet, & primam habere dicitur dignitatem, qui primo loco ſedet, primus præeſt Capitulo poſt Epiſcopum,& illud conuocat,ſi tamen ſit de Capitulo, vt ſupra eſt dictum:& huiuſmodi facit ex conſuetudine. gl. in cap.deliberatione. de offic. leg. in 6. Card.conſ. 30.& 62. Rebuff.in praxi benef.tit.de reſeruat.tam generali, quàm ſpeciali.n.7. Nau.in Man.cap.25.num.135.

Ideò autem dignitates in eccleſiis, maximè Cathedralibus,ſunt inſtitutæ, vt iis conſeruaretur, & augeretur eccleſiaſtica diſciplina,& qui eas obtinent pietate alios præcederent,& exemplo iis eſſent,& Epiſcopum opera,ac officio iuuarent.c.12.ſeſſ.24.in Trid.Conc.His ita notatis.

13 *Archidiaconi dignitas, poteſtas, & officiũ quod.*

Primum ſit dictum. *Archidiaconus eſt, qui oculus, & præordinator Epiſcopi dici ſolet* c.1.c.ad hæc.de offic. ord.& dicitur princeps diaconorum:vnde & diaconus eſſe debet.c.1. de æta.& qual.Abb.in c.cum in cunctis.§.inferiora.de elect. & abſente Epiſcopo ipſo facto eſt eius Vicarius in quibuſdam.cap.1.vbi glo.& Butr.cap.ad hæc.§. ſecundum de offic. Archid.vnde & dicitur Vicarius natus,vt dicit Hoſt.in ſumma de offic.Archid.num.1. Berous in rubr. de offic.deleg.n. 9.Abb.in c.dilecto de offi.Archid.& Spec.tit.de iuriſd. omn. iud. col. 3. dicit, eum eſſe clariſſimum, quod intelligitur ſi aſſumitur à collegio, non autem ſi creatur ab Epiſcopo. gl. in cap.nullus.diſt.60.& præcedit Præpoſitum, niſi repugnet conſuetudo.Cucchus tit. de Vic. Epiſc. num.35.& Bononiæ habet priuilegium Doctorandi, teſte Calder. conſ.3. de priuil.Pauin.de pot. cap.ſede vac.1.p. q.10.n. 17. & conſtituere poteſt Vicarium.glo.& Card.in clem.& ſi principalis.de reſcript. & habet principalem dignitatem poſt Pontificalem. Butr.in c.1.de offic.Archid.in c.1.de offic.Archipresb.Ioann. And.in c.deliberatione.de offic.leg. in 6.& eſt maior Archipresbytero,cui Archipresbyter obedire debet,ratione maioritatis adminiſtrationis,& officij,ordine tamen ſacro minor eſt, quia is eſt ſacerdos iſte diaconus.c.1.vbi gl.de offic.Archipresb.vnde in diuinis Archipresbyter præcedit Archidiaconum, niſi & Archidiaconus ſit ſacerdos, quia ſic extra Miſſam eũ præcedit,vt & in loco,voce, iuriſdictione,& huiuſmodi.Gem.in c. Epiſcopus 17.diſt. Fel.in rubr.de maior.

&

Digitized by Google

& obed. Is tamen hodie non cognoſcit cauſas matrimoniales,nec criminales;ex Conc. Trid. ſeſſ.24.cap. 20.nec cauſas concubinatus.ſeſſ.25.c.14.nec poteſt petere charitatiua ſubſidia,niſi priuilegio, vel alio iure fulciatur. Boër.deciſ.133.n. 2. Zerola quoque in prædictis id ſentit, in praxi ep. verbo, Archidiaconus,qui dicit,idem eſſe de aliis dignitatibus,quas hodie dicit carere actu iuriſdictione ob contrariam conſuetudinem, quæ ſi adeſt,adhuc eam retinent: vt ibi dicit, de quo & infra fit ſermo in ſpeciali.

Archidiaconi officium extat in inquirendo qualiter quiſq; viuat. c.1.§.itẽ Epiſt.& §.ſciẽdum de offi. Arc.pro Epiſcopo tam in vrbe,quam extra cleri curã gerendo:curando, vt parochiæ diligenter adminiſtrẽtur,ſingulorũ iurgia cognoſcẽdo,& certior factus de ſtatu cleri,eũ habet corrigere,niſi exceſſus ſit grauis,ita vt maiorẽ poſcat authoritatẽ, & curãdo, vt eccleſiæ ſartæ tectæ ſeruentur,& tertio quoq; anno diœceſim viſitãdo pro Epiſcopo,& ſingulis,propriã parochiam, modo tamen de quo hodie habetur in Conc. Trid. ſeſſ.24. c.2.3.examinando quoque pro Epiſcopo ordinandos,& eos coram Epiſcopo præſentando.c. 1.vbi glo.c. mandamus. de offic. Archid. de Epiſcopi tamen hodie mandato; quò ad examen, non aliter,cùm ad Epiſcopum ſpectet tantum clericos examinare.ſeſſ.23.per tot.in Trid.Conc.

Ad Archidiaconum quoque ſpectat in beneficiis inſtitutos in poſſeſſionem mittere, & ponere Abbates, & Abbatiſſas in ſede,& præficiendos eccleſiis examinare. c. ad hæc. §.in qua dam verò,de offic.Archid.vbi Io. And. dicit, quòd prædicta competunt Archidiacono de iure communi.vnde habet intentionem ſuam fundatam, in aliis verò oportet, vt eã præſcripſerit per ſpatium quadraginta annorum. Et de iure poteſt etiam excommunicare, ac ſuſpendere, & etiam abſoluere à cenſuris:vt inquit Archid.in c.Romana.de ſent. excom.in 6.Innoc.& Abb.in c.1.in fi.de offic. Archid. quod intelligitur ſi eligatur à collegio; quia ſic tribuit ei iuriſdictionem in ipſos de collegio,ſecus ſi eligatur ab Epiſcopo; quia ſic caret iuriſdictione excommunicandi in foro contentioſo, vt inquit Rocchus Veronenſis: vir doctiſſimus lib.de viſit.verb.Archidiaconos:ex conſuetudine tamen poteſt carere ea poteſtate,quæ eſt attendenda,mihi tamen videtur, quòd etiam ſi eligatur à collegio, quòd non habeat huiuſmodi facultatem,cum tantũ is qui eligitur à collegio,

vt

Digitized by Google

vt ſit caput collegij, vt eſt Præpoſitus collegiatæ, habeat iuriſdictionem in eos de collegio, vt dixi tract.de Electione: at Archidiaconus nō eligitur, vt ſit caput Capituli, cum eius caput ſit tantum Epiſcopus, nec poſſit vnum corpus duo capita habere: ex priuilegio tamen, vel conſuetudine præſcripta, quæ præſumitur ex priuilegio emanata, poteſt id ei cōpetere, prout iuxta prædicta optimè docet idem D. Rocch. d.lib.verbo, Archipresbyteros: dicens, Archipresbyterum, licet eligatur à collegio, non tamen habere iuriſdictionem in illos de collegio, niſi aſſumatur in Prælatum ipſius, quod non eſt hic, vt ſupra: & ego dixi loco cit. vel dici poteſt, quòd licet non habeat iuriſdictionem in eos de collegio, ſi tamen habet ſubditos extra collegium, quòd ex conſuetudine in priuilegio fundata, in eos habeat iuriſdictionem. Idem quoque, ſede Epiſcopali vacante, ſuſtinet vices Vicarij in iis quæ pertinent ad officium Archidiaconi iure communi, donec Vicarius creetur. Abb. in cap. dilecto. num. 3. de offic. Archid.

Ad eundem quoque ſpectat cuſtodire vaſa ſacra, & eleemoſynas collectas, & Epiſcopo reddere. cap. 3. eod. tit. qui & in Miſſa ſolemni Euangelium canere debet, & edocere miniſtros quæ ſint eorum partes, quæve officia obire debent. cap. 2. eod. tit. de offic. Archid. qui & errata diaconorum Epiſcopo debet notificare, & ſacerdotibus aperire ſtatos dies ſolemnitatum, & ieiuniorum, ac ſacramenta cuſtodire. cap. ad hæc. eod. tit. dignoſque ad ordines præſentare. d. cap. quantum ſcilicet patitur humana fragilitas. Innoc. in cap. vnico. de ſcrut. in ord fac. Hoſt. eod. tit. in ſumma. §. quæ ſit forma. verſ. forma verò. Ad eundem etiam ſpectat curare, vt diuina officia in eccleſia ſtatis horis recitentur, & ſacriſtiæ rationes reuidere, quò ad datum, & receptum, niſi conſuetudo ius aliqua ex iis agendi ademerit. Ad eum quoque ſpectat parochiarum curam habere. cap. 1. eod. tit. & iubere vt Leuitæ veſtes ſacras induant, quas lectiones, vel reſponſoria in eccleſia pronunciare debent, ſine cuius licentia id agere non debent, & idem etiam officia inter acolythos partitur, quis eorum thuribulum, quis candelabra geſtare debeat, & quod quiſque ordinum minorum munus obire debeat. cap. 2. eod. tit. & is iure habet ordinariam iuriſdictionem, & præcedit omnes de Capitulo, & alios non de Capitulo, non tamen Vicarium generalem, vt nec iure habet curam animarum: vt

Digitized by Google

: dicit D. Rocch. verbo, Archidiaconos, contra Cucchum, bene, cum non ſit illi aſſignatus certus populus ſuis finiis deſignatus, cum neceſſitate ſacramenta illi miniſtrandi, & ipſi ab eo accipiendi, quod ad curam requiritur, vt abetur in tractat. de Parocho, qui nec hodie vllo caſu poſt dare dimiſſorias ad ordines. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de form. capit. 10. qui & viſitare non poteſt, niſi vbi adeſt onſuetudo, & tunc iuxta formam. cap. 3. ſeſſ. 24. de reform. Trid. Conc.

14 Secundum dictum. *Archipreſbyter Cathedralis primum ſt Archidiaconum locum tenet*, vt dicit gl. in c. 1. de offic. rchipresb. & dicitur Archipresbyter, quaſi princeps presbyrorum, id eſt ſacerdotum, & dicitur Vicarius natus Epiopi, quò ad quædam ſpiritualia, vt in prouidendo ad vim omnium presbyterorum, in celebrando Miſſam maiom, abſente Epiſcopo, & abſoluendo à caſibus Epiſcopo reuatis, eo concedente, & alia præſtando, de quibus infra; & ocet Hoſt. in ſumma de offic. Archip. Abb. in c. conquerende offic. ordi. Dec. conſ. 664. nu. 2. Berous in rubr. de offic. leg. nu. 9. & licet ſit minor Archidiacono, ratione dignitis, & maioritatis officij, & ideò ei obedire debeat. Abb. & in cap. 1. de offic. Archipresb. Felin. in rubr. de maior. & ed. ratione tamen ordinis eſt maior, & ideò in diuinis ecedit Archidiaconum, modo, vt infra, vt ibi dicit Felin. m ſit Vicarius Epiſcopi in diuinis, & ſpiritualibus à iure nſtitutus: vt dicit Abb. in clem. 1. de priuil. in c. officium. offic. Archipr. adeò, vt nec Vicarius generalis Epiſcopi beat ſe in iis ingerere, ſed tantum in iis quæ ſunt fori contiioſi: vt dicit Abb. in d. clem. 1. Archidiaconus tamen in ce, loco, iuriſdictione, & huiuſmodi, eum præcedit, vt di- Felin. loco cit. & etiam in diuinis, præter Miſſam, ſi ipſe oque Archidiaconus ſit ſacerdos, vt not. in cap. 1. & cap. icium. de offic. Archipresb.

Archipreſbyteri dignitas, poteſtas, & officium quod.

Ad Archipresbyterum ſpectat curam habere presbyteron, & Epiſcopo abſente, vel impedito, eius vice Miſſas cae, & inchoare diuinum officium, & dare benedictiones sbyterales in eccleſia, iubendo quoque Miſſam cani, & n Epiſcopus eam canit, mandando presbyteris, vt ſe inint veſtibus ſacris, & cuſtodi eccleſiæ, vt iugiter adſit charistia ob infirmos, & vt confeſſio, & Euchariſtia à rdotibus infirmis adminiſtrentur. Ad eum etiam ſpectat

T audire

audire confeſſiones omnium diœceſanorũ ad ſe conuenientium,& curare,vt infantes baptizentur. c.1.c.officium. cum ibi not. de offic. Archipresbit. Ad eundem quoque pertinet fontes benedicere,infirmos oleo ſacro inungere, horis diuinis intereſſe,& collectam dicere, vel iubere quis eam dicere debeat, & pœnitentem ægrum conſulto Epiſcopo reconciliare, ſic tamen vt ſine Epiſcopi licentia non abſoluat à caſibus Epiſcopo reſeruatis.c.2.eod.niſi Epiſcopo abſente, & in magna neceſſitate.Io.And.in c. ſi Epiſcopus.de pœnit. in 6. Ipſius quoque partes ſunt mandare,vt vaſa chriſmatis, infirmorum,& cathecumenorum conſecrata,tuto conſeruentur, & vt ſacerdotes alia præſtent, quæ ad eorum officium pertinent,& maximè circa curam animarum,cæteris ſacerdotibus pœnitentiam iniungere, ac horas diuinis officiis partiri: vt dicit Cucch.de Archipresb.

Archipresbyter dicitur habere dignitatem,& iuriſdictionem voluntariam habet,non tamen contentioſam,nec territorium , niſi in foro pœnitentiæ , quod illi cum Epiſcopo eſt commune. Abb.& alij in c.cum contingat.de foro compet.de Rurali verò habetur infra tract.de Plebano.

15 *Præpoſiti dignitas, poteſtas , & officium quod.*

Tertium dictũ. *Præpoſitus in Eccleſia Cathedrali ſequitur gradu poſt Archipreſbyterum , & vbi non eſt, Archidiaconus ſuccedit in eius locum, & eius munera præſtat* ; vt dicit Rota deciſ.442.in nou.text.in c.tranſlato.de conſtit.cap. is qui in ius. de reg. iur. in 6. & ſonat in nomen dignitatis, cauſa dicta , & etiam quia ſic reputatur , licet iure tantum officium ſit:vt dicit Innoc.in cap. de multa de præb. Archid. in cap.1.de conſuet.in 6.

Huius officium eſt , ſubire munus Archidiaconi , vbi is non adeſt, & curare vt iura Capituli cuſtodiantur, vbi talis viget conſuetudo.

16 *Cãtoris,Primicerij , & aliarum dignitatũ, nomina , poteſtas , & officium quod.*

De Præpoſito verò Eccleſiæ collegiatæ habetur infra, ſuo loco.

Quartum dictum. *Primicerius,qui & Cantor dicitur,eſt dignitatis nomen* , vt ait Cucch. tit. de Primicerio. Huius partes ſunt ordinare officium acolythorum, exorciſtarum, pſalmiſtæ , & modum pſallendi in choro pro ſolemnitatis ratione,& quæ lectiones,Pſalmi,Reſponſoria,& huiuſmodi ſunt recitanda, decernere; iubendo, vt executioni mandentur,curãdo etiam vt diaconi,& inferiores literis, diſciplinæ, ac cuſtodiæ , vel reſidentiæ debitæ incumbant, exponendo tabulam,

Digitized by Google

tabulam, qua notetur quid in choro ab iis ſit recitandum. cap. 1. de offic. Primicer. & tranſmittendo literas Epiſcopi pro diebus ieiuniorum per Parochias, clericos delinquentes corrigendo, vel ad Epiſcopum referendo, & pariter ſi quæ eccleſiæ in vrbe inſtaurationem expetant prouidendo. cap. perlectis.§.ad Primicerium.diſt.25.vetando etiam ne in eccleſia,vel organo,vel cantu, quid prophanum, vel laſciuum canatur,iuxta Conc.Trid.ſeſſ.22.decret.de euit. & etiam ad eum ſpectat baſilicarum cuſtodes ponere, & diaconis erudiendis præeſt, ſic tamen, vt Archidiacono pareat, vt dicit Cucch.tit.de Primicerio. *Vicedominus, vel œconomus, vbi adeſt,curam habere debet iurium Capituli.* cap. diaconum. 89.diſt.c.1. de ſindico.& vbi adeſt conſuetudo, vel priuilegium,ſede Epiſcopali vacante iura Epiſcopalia tuetur, cum aliàs id ſpectet ad Capitulum, vt ſuprà eſt dictum, quod deputare debet ad id œconomum qui id agat curam gerẽdo edituum,& cuſtodiendo ſcripturas, & inſtrumẽta eiuſdem in archiuio tuto,& bene clauſo, eáſque Epiſcopo ſucceſſori conſignando Capituli vice, vt ſupra eſt dictum; & is quoque ex vſu nomen habet dignitatis.

Decanus habet nomen dignitatis. Rota deciſ. 17. titu. de præbend. in nou. & deciſ. 4. titu. de elect. in nou. Doct. in cap.poſt electionem. de conceſſ. præben.Dec. in cap.ad aures. de reſcript. & eſt inter præcipuos Capituli. d.c. poſt electionem; & ſuccedit in locum Archipresbyteri. ex Concil. Trid.ſeſſ.24.c.3.& 20.vt dicit D. Rocch.d.tract.verbo, Archipresbyteros. Huius partes ſunt curare vt Capitulum eccleſias vnitas ſibi inuiſat, prouidendo ea quæ pertinent ad diuinum cultum.

Sunt & aliæ dignitates in Cathedrali ſub aliis nominibus,iuxta variarum eccleſiarum conſuetudines, quæ tamen non propria authoritate, ſed Papæ ſunt inſtituendæ, vt certior ſit earum dignitas: vt dicit Fel.in c.cum acceſſiſſent.de conſtit. modo quo ſupra eſt dictum.

Sacriſta quoque,qui & Theſaurarius dicitur,conſtituitur in Cathedralibus.Huius partes ſunt,cuſtodire vaſa ſacra,eccleſiæ veſtimenta, & cereos, ac oleum pro luminaribus, & totum eccleſiæ theſaurum,& curam ſuſcipit chriſmatis conficiendi,& baptiſterij inſtruendi, & luminariũ ſacris parandorum. cap.1.cum ibi not. de offic.ſacriſtæ. Idem edituum, vel oſtiarium eccleſiis cuſtodiẽdis ponit thus in ſacris adhi- *Sacriſta officium.* *Æditus.*

Digitized by Google

bendum præparat,& Archidiacono parere debet, cuſtodem tamen regit.

Cuſtodis officium. Cuſtos quoque in Cathedrali cõſtituitur, cuius officium eſt iubere campanas pulſari mandante Archidiacono ad populum ad diuina conuocandum, ſuppellectilem eccleſiaſticam cuſtodire,lampades accendere,& extinguere,curare,vt vinum, ac panis pro ſacrificio præſto ſint, ac oblationes inter fratres diuidere. cap. 1. & 2. de offic. cuſtodis. & curare, vt lumina in eccleſia ante ſanctiſſimum ſacramentum, & ſacras reliquias non extinguantur, & thus pro diuinis paratum ſit. In prædictis tamen,vbi de iuriſdictione agitur,ſtandum eſt conſuetudini,quæ dat, & adimit iuriſdictionem, vt not.in locis prædictis.

Præbenda Theologalis. Ex Conc.porrò Trid.ſeſſ.5.cap.1. ſtatuitur, vt in Cathedrali, & collegiatis inſignibus cõſtituatur præbenda Theologalis,quam obtinens ſacram ſcripturam in eccleſia interpretari debet,cui prouideri debet, modo vt in Concilio cauetur,ſi tamen Capitulum ſoleat ſtipendium dare lectori, id eſt ſeruandum, & poteſt etiam Epiſcopus cum Capitulo triennium tantum præfinire cõductioni lectoris,qui ab Epiſcopo eligi,& confirmari debet; ex deciſ.110.ſacræ congr. & is talis eſſe debet,vt à Concilio ſtatuitur in d. cap.1. ſcilicet Doctor in ſacra Theologia,&c. *& pœnitẽtialis præbẽda*, ex Conc.Trid. ſeſſ. 24.c.8. qui Pœnitentiarius probabiliter tenetur audire confeſſiones diœceſanorum ad ſe accedentium, cum ſit ordinarius confeſſor, vt inquit Pal.4. diſt.17. q.4. concluſ.dicens, obtinentem præbendam in Cathedrali cum onere audiendi confeſſiones illorum de diœceſi, eſſe ordinarium cõfeſſorem illorum de diœceſi, & ſolet ab Epiſcopo præfici oneri abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, & conſtitui eius Vicarius in ſpiritualibus, vt eius vice, abſoluat à cenſuris,vel caſibus iure,vel conſuetudine,vel ab homine Epiſcopo reſeruatis,vota commutet,quæ idem poteſt,& in iis diſpenſet,ac in iuramento,& impedimento petendi debitum, & contrahendi ex delicto impediente, & non dirimente in foro conſcientiæ,& in irregularitatibus ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario,prouenientibus,iuxta c.liceat.ſeſſ.24.& vt etiam aliquem caſum reſeruatum alteri abſoluendum delegare poſſit, & etiam vt Parochi ad eundem recurrant pro dilucidatione dubiorum in confeſſione occurrentium:debito tamen confeſſionis ſigillo

Pœnitẽtiarij officium.

ſeruato,

Digitized by Google

ſeruato, vt aliàs mihi dixit ſe concedere ſuo Pœnitentiario illuſtriſſ.D.Carolus Borromæus Cardinalis, vener. & fœl. mem. quæ tamen propria authoritate præſtare non poteſt, ſed Epiſcopi delegata, vt ſacra cōgregatio Concilij reſpondit, licet ex vſu Epiſcopis non contradicentibus prædicta agant;tutius tamen eſt, vt licentia expreſſa ab Epiſcopo petatur,& eo magis ſubdelegandi, licet ob annexam præbendam is videatur eſſe ordinarius,& ſic poſſe ſubdelegare, ex Palud.loco cit.D.Ant.1.p.ſummæ.c.5. tutius eſt tamen, vt licentiam habeat ab Epiſcopo in prædictis; qui & debet eſſe Doctor,vel Theologus,aut licētiatus in Theologia, vel iure canonico,& prædicta ex debito charitatis, & obedientiæ præſtare,vt & ego ſemper præſtiti,licet fortè ſine gl.appoſitione, ex debito iuſtitiæ ad id cogi non poſſit, cum nouum onus non ſit præbendis imponendum à prælato etiam cum conſenſu Capituli,niſi id à Papa confirmetur,vt not.Abb.in c.ſignificatum.nu.1. & 2.de præb. & hic eligi debet ab Epiſcopo,ex deciſ.congreg.Conc.479.& ſi eſt delegatus ab ordinario Epiſcopo in Cathedrali, & diœceſi generaliter poteſt fortè ſuam poteſtatem ſubdelegare aliis confeſſariis, ſi Epiſcopus ei dat facultatem abſoluendi à reſeruatis, & aliis iis caſibus, cum ſit delegatus principis, cum Epiſcopus ſit princeps in ſua diœceſi.Bart.& Alex.in l.5 ff.de verb. oblig. & delegatus principis poſſit ſubdelegare. Couar. lib. 3. var. reſol.c.20.nu.5. qui tamen non poteſt cōſtituere alium Pœnitentiarium,nec dare facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis generaliter, ſed tantum dum actu conſulitur,niſi hanc facultatem ab Epiſcopo haberet. Nau. cap.27. num.45.Zerola in praxi ep. verbo,Pœnitentiarius.

Hi omnes debent eſſe idonei ſcientia,moribus, & ætate, & examinandi ſunt probabiliter, vt dignoſcatur an idonei ſint ad munus ſuum exequendum,iuxta c.cum in cunctis.§. inferiora.de elect.& eſt expreſſum,quò ad Theologalem,& Pœnitentialem in Conc.Prou.Mediol. V.tit. quæ ad Beneficiorum collat.

Hi præterea,vt & Canonici,ſicut alios dignitate clericos præcedunt,ſic & vitæ exemplo, ac pietate alios præcedere debent.c cum dignitates.ſeſſ.24.in Trid.Concil.cauendo ab iis quæ ſupra ſunt dicta, & iis de quibus, latius Deo dante, tract.de Clericis,agetur, & ea præſtando ad quæ tenentur, iuxta ſuperius commemorata.

Et ex his,ad ad laudem Dei Optimi Maximi, impoſitus ſit finis huic tract.de Canonicis,& Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Abbates vnde dicantur, & qui ſint.*
2 *Abbates quotuplices ſint.*
3 *Abbas regularis vt quis ſit quæ requirantur.*
4 *Abbates quibus prærogatiuis potiantur.*
5 *Abbates in quibus poſſint cum monachis diſpenſare.*
6 *Abbates quæ poſſint, in genere, & in ſpecie. nu. 7.*
8 *Abbates quæ agere non poſſint.*
9 *Abbates ad quæ teneantur.*
10 *Abbas vt deſinat.*
11 *Abbatiſſa quæ dicatur, eius officium, & poteſtas.*
12 *Prior monaſterij quæ poſſit.*

De Abbatibus. Cap. XXV.

1 *Abbas vnde dicatur, & vt inſtituatur.*

NOTANDVM primò,in vniuerſum,quòd *Abbas*,dicitur ab Abba, quod in noſtra lingua ſonat patrem. Hebræi ſi quidẽ patrem, ab,vocant,cui nomini Siri in fine addunt, a, & ſic fit ab à,& in hoc ſenſu inſtitutores religionum dicuntur Abbates, quaſi earum patres, qualis fuit Hilarion Anachoreta, qui primus heremum coluit,& plures babuit ſui inſtituti ſequaces, qui heremi cultum in cætum tranſtulere, teſte Sozomeno lib. 5. hiſt.c.10.& D.Hier.in vita Hilarionis,iidem Abbates apud Græcos dicti olim fuere *Archimandritæ*, quia inſtantibus perſecutionibus tyrannorum religioſi in ſpeluncis,& cauernis ſe abdebant, quaſi principes eorum qui cauernas inhabitant,& ita appellantur in l.nos reddentes.§. omnes. C. de ſumma Trin.& in Prouinciali Romano habetur caput ordinis ſancti Baſilij vocari *Archimandritã*, & hodie qui caput obtinent in monaſteriis regularium non mendicantium dicuntur Abbates,ſi enim ſint ordinis mendicantium dicuntur,modo Priores,quandoque Præpoſiti, nonnunquam cuſtodes,vel guardiani;Abbates tamen potiori, quàm illi prærogatiua potiuntur,vt infra patebit, vnde & in dignitate dicuntur conſtituti,vt inquit Card. Alex.in clem.1.de reſcript. Abb.

Archimandritæ monachorum in ſpeluncis latentiũ principes.

Digitized by Google

.bb.in c.2.de iudic. eáque clariſſima, vt ibi dicit Abb. & .ipa. vnde & prælatorum nomine veniunt, & præcedunt mnes prælatos Epiſcopo dempto, etiam Vicarium Epiſco-i,& Archidiaconum maximè ſi ſint exempti à iuriſdictio-e Epiſcopi.gl.in cle.1.de rebus eccleſ. aliàs cedunt Vicario on autem aliis.Corræ.in temp.iud. lib.2. & Abbatia eſt de naioribus dignitatibus, vnde ſpeciali nota eſt digna, nec enit ſimplici appellatione dignitatum.Lapus alleg.84. nu. 1.& æquiparatur Epiſcopatibus. Mandoſ. in reg. de benef. ac.per promot.q.3.nu.8.in eccleſia tamen Cathedrali, & n proceſſionibus cedunt etiam Canonicis.Fel.in c.paſtora-s.de offi.deleg.

Secundò,notandum, quòd Abbates diſtinguũtur inter ſe, lij enim actu ſub ſe ſubditos habent regulares.quos regãt, c eorum res,iuxta.c.cum ad monaſterium. de ſtatu reg. c. n ſingulis.eod.& hi propriè ſunt Prælati, & potiuntur om-ibus prærogatiuis Abbatum,de quibus infra, *quidã nomen antum Abbatis obtinent*, abſque eo quòd regulares ſub ſe abeant,vt quia fortè monachi locum reliquerunt,vel mo-aſterium eſt aliò tranſlatum,vel ſuppreſſum,aut commen-atum alicui clerico ſeculari; *tertiò Abbates* quandoque icuntur dignitatem habentes in eccleſia ſeculari: vt dicit .ebuff.in praxi in prin.c.ſeculare beneficium.num.5. & hæ uæ vltimæ ſpecies Abbatum, licet dici poſſint prælati, & ecundi dici valeant præcedere tertios,de quibus ſupra, non amen potiuntur omnibus prærogatiuis,quibus prima ſpe-ies Abbatum potitur. Ex Abbatibus quidam ſunt exem-ti, quidam non, & ſi eſt exemptus habet eccleſiam ſibi ubiectam pleno iure, ita vt in ea poteſt inſtituere,& deſti-uere, viſitare, & corrigere cum poteſtate Epiſcopali, vel uaſi in ſibi ſubiectos, nec Epiſcopus poteſt ſe intromitte-e in eccleſiis ſubiectis tali Abbati, qui & poteſt præſtare onſenſum alienationi, & permutationis recipere.Pariſ. de eſign. benef. lib.7.q.15. ſi verò non eſt exemptus, ſubeſt Epiſcopo, & licet poſſit inſtituere in ſuis eccleſiis, inſtitu-us,tamen non adminiſtrat ſine licentia diœceſani. Pariſ. bi.num.2. 2 *Abbates quotuplices ſint,& qui proprij magis.*

Tertiò,notandum,qnòd vt Abbas ſit,& dicatur in eccleſia egulari,plura requiruntur: primò enim,debet tetigiſſe ſal-em vigeſimumquintum ætatis annum,cap.cum in cunctis . inferiora.de elect gl.in c. indemnitatibus. de elect. in 6. 3 *Abbas quis eſſe poſſit, vel non,& & qualis eſſe debeat.*

Digitized by Google

vt & alij quibus animarum cura eſt commiſſa.d.§.

II. Debet eſſe ſacerdos.c.1.de æt.& qual.licet in hoc ſpectetur loci conſuetudo,vt dicit Corrad.tit.de Abbate.

III. Oportet,vt religionem expreſsè ſit profeſſus, aliàs eſt deponendus. Abb.in c.cum ad noſtram. de elect. c. cum in magiſtro.c.cauſam.c.officij.16.q.6. c. cum in magiſtris. de elect nec appellatio ſuffragatur in hoc.d.c.cum in magiſtris Borg. de irreg. p. 1.numer.23. licet nouitius quandoque ad Epiſcopatum promoueatur. cap. nullus. vbi gl. de temp. ord. in 6.

IIII. Debet eligi ex gremio eccleſiæ cui præficitur, ſi ibi adſit idoneus, aliàs alius extra eam eligi poteſt ex aliis monaſteriis ordinis.c.quàm ſit.18.q.2.

V. Oportet,vt eligatur à conuentu illius monaſterij,non autem ab Epiſcopo.c.abbatem.18.q.2.ſic tamen,vt eligatur per vota ſecreta, nec Abbates, Priores, vel alij titulares ad effectum electionis faciendæ abſentium defectum ſuppleant.cap. 6. ſeſſ. 25. in Trid. Conc.de regular.aut omnes Abbates religionis intereſſe, & conſenſum præſtare debent, vt dicit Corrad. loco cit.num.7. non tamen eligi ſtatim, ac eſt ingreſſus religionem, ne ſub hac promiſſione cenſeatur admiſſus. cap. officij. vbi gloſſ. in verbo, incontinenti. de elect.

VI. Conuenit eum eſſe literatum. d. §. inferiora.ac bonis moribus præditum, & magis idoneus minus idoneo eſt præferendus.

VII. Vt vnus tantum Abbas vni monaſterio, non autem duobus præficiatur, niſi vnum ab alio pendeat. c. clericus.21.q.1.c.ne nimia.de relig.dom.& ex Conc. Trid.d.ſeſſ. 25.c.7.& 8.*requiritur,quòd ſit confirmatus, & benedictus.* Quæ confirmatio eſt petenda ab Epiſcopo, ſi Abbas exemptus non ſit, aliàs à Papa, vel eius Legato de latere.c. cum monaſterium. de elect.cap.ſi abbatem.eod.in 6. c. abbates. 18. q. 2. benedictio verò ab Epiſcopo præſtatur iure communi, niſi adſit conſuetudo, vel priuilegium in contrarium, dummodo Epiſcopus ter requiſitus non recuſet benedicere, quia ſic deuoluitur ad Abbates benedictio. cap. 1. de ſuppl.negl. prælat. & tam benedictio, quàm confirmatio debent peti intra annum poſt electionem loco cõſecrationis Epiſcopalis.cle.2.§.ſtatuimus. de ſtatu monach. cum ibi not.dicitur tamen Abbas ante benedictionem ſi ſit confirmatus,

Digitized by Google

ſirmatus,vt not.Dom.Abb.& alij in c.meminimus.de accuſat. & beneficia confirmati ante benedictionem acceptam vacant ſi ſit in pacifica poſſeſſione. cap.de multa.de præb.& confirmatione acquiritur poteſtas iuriſdictionis, benedictione verò auctoritas ordinis,vt dicit Sylueſt.verbo,Abbas; valet tamen conſuetudo, quòd non benedicatur. Felin.in c. meminimus. de accuſ. & debet electus in Abbatem iurare, iuxta formam.cap.ego N. de iureiur. & venit etiam appelatione monachorum in materia fauorabili, ſecus in odioſa. Abb.& Fel.in c.mãdato.de ſim.Card.in Clem.1.de reg.non poteſt verò cum ſeipſo diſpenſare, vt ibi dicit Felin.& Papa priuilegio,cum iure cõmuni id non competat, ſolet concedere quibuſdam Abbatibus aliqua inſignia Epiſcopalia, videlicet vſum mitrę,baculi,paſtoralis,& annuli,ad ornamentum eorum eccleſiarum,non autẽ ad aliquid ſignificandum. c.vt apoſtolicæ ſedis.vbi Frãch. de priuil.in 6.quibus tamen ubiq; vti nõ poſſunt,ſi enim exempti ſint, vti poſſunt mitris in prouincialibus ſynodis, vel diœceſanis, quibus quandoque intereſſe tenentur,aureatis, non tamen habentibus laminas aureas, vel argenteas, gemmáſve,non exempti verò ſimplicibus planis, & albis vtuntur, aliis verò locis iis vti poſſunt eo modo,quo priuilegium eis conceſſum dictarit.d. c.vt apoſtoſtolicæ.His ita not.

Primum ſit dictum. Abbates pluribus prærogatiuis potiũtur,tam ratione ordinis,quàm iuriſdictionis, quòd enim pertinet ad ſpectantia ad ordinem Epiſcopalem, ſi ſit confirmatus,& benedictus, vel ſaltem electus & confirmatus, *poteſt promouere ſuos monachos profeſſos, vel conuolantes ad ſuum monaſterium ad primam tonſuram, & lectoratum, ac oſtiariatũ ſi ſint regulares ei ſubditi, & non ſeculares clerici.* c. Abbates. vbi Franch. de priuileg. in 6. non ſubditos verò ordinare non poteſt, nec iis concedere literas dimiſſorias.gl.in d.c.& habetur in Conc.Trid.ſeſſ.23.c.10. etiam ſi petentes ordinari dicant ſe eſſe exemptos, vel nullius diœceſis,vt ibi habetur, niſi de licentia Epiſcopi diœceſani, nec etiam concedere poteſt dimiſſorias literas ad ordines clericis ſibi ſubditis,ex Cõc.Trid.ſeſſ 23.c.10. niſi regulares ſint. ex deciſ.congreg.Cõc.190. imò Epiſcopi clericos ei ſubiectos exiſtentes intra ambitũ ſuæ diœceſis ordinare poſſũt. deciſ. & deciſ.140. Abbas verò nõ poteſt ordinare clericis ſubditos Epiſcopis, nec regulares alterius religionis ſine

4 *Abbates quibus prærogatiuis potiuntur.*

Digitized by Google

licentia eorum ſuperiorum, nec extra propriam Eccleſiam, & Epiſcopi dant dimiſſorias clericis prædictis. Zerola in praxi, verbo, Abbas.

II. In Eccleſiis ſibi pleno iure ſubiectis populo ſolemniter benedicere poteſt poſt Miſſas, Veſperas, vel Matutinas horas, in aliis locis non, nec per vias, niſi ſpeciali priuilegio id ei concedatur. glo. in d. c. abbates. ver. pleno iure.

III. Poteſt benedicere veſtes ſacerdotales, non tamē calices conſecrare, vel huiuſmodi, vbi vnctionis miniſterium adhibetur, niſi ſpeciali priuilegio à Papa id ei cōcedatur. gl. in d. c. Abbates verbo, Tonſura. Card. in clem. 1. §. ſtatuimus. q. 9. de ſtatu monac.

Authoritas Abbatis.

Quo verò ad authoritatem iuriſdictionis, *poteſt monachos ſibi ſubditos corrigere, & coërcere* Spec. tit. de arbit. c. 3. §. fi. ver. ſed quæro. nu. 27. Abb. in c. quanto. de offic. ordin. cum habeat iuriſdictionem in ſuos monachos, vbicunque contrahāt, vel delinquāt, & nō Epiſcopus, niſi in caſibus expreſſis, vt infrà. Franc. Turzan. conſ. 186. Capra. reg. 84. nu. 2. & 3. etiā ſi non ſit conſecratus, modo ſit confirmatus. Capra. ibi. nu. 16. eoſq; carceri tradere poteſt, ac pro ratione delicti punire, abſq; ſui Capituli conſenſu. Io. And. in c. Ioannes. de Regul. & in d. c. quāto. eoſdē etiam ſuſpendere, & excōmunicare, & poſteà eccleſiæ recōciliare. Hoſt. de ſent. excomm. in ſumma. §. quis poſſit. col. pen. & in c. irreprehenſibilis. vbi Franch. de Regul. nec poteſt Epiſcopus monachū exēptum delinquentē punire, niſi notoriè, & cum ſcādalo extra clauſtra delinquat, quia poteſt Epiſcopus eū fortè carceri tradere, & requirere eius ſuperiorē regularē, vt illum puniat, qui ſi intra ſex mēſes eū non punierit, vel aliū terminū competentem ſibi ab Epiſcopo præfixū, Epiſcopus illum puniet. c. 14. ſeſſ. 7. & c. 14. ſeſſ. 25. de Reg. in Trid. Conc. Glo. Abb. Fel. & alij in c. quanto. de offic. ordin. & idē ſi quis prædicet errores, vel ſcandala, quia ſic ab Epiſcopo corrigetur. ſeſſ. 5. c. 2. & idem ſi quis degat extra clauſtra, etiam ex cauſa honeſta, & de licentia ſuperiorum, non tamen ſub eorū obedientia. ſeſſ. 6. c. 3. vel ſi reperiatur extra clauſtra, etiam ſub prætextu adeundi ſuos ſuperiores ſine licentia ſcripto exarata, vt deſertor proprij inſtituti ab Epiſcopo punitur. c. 4. ſeſſ. 25. de Regul. & etiam ſi ſine habitu religionis inueniatur, & ſi quis dicat ſe habere licentiam à Papa, vel ſuperiore manendi extra monaſterium ſub alio habitu, ſecundo menſe poſt

In quibus Epiſcopus monachum exemptum punire poſſit.

ingreſſum

ngreſſum diœceſis id Epiſcopo oſtendere debet: aliàs vt poſtata punitur,& ſi quis dicat ſe per vim,vel metum monaſterium ingreſſum id ante quinquenniũ coram Epiſcopo,& eius ſuperiore deducere debet, poſt verò non auditur, : ſi ante habitũ dimiſerit,vt apoſtata punitur. ſeſſ. 25.c.19. imiliter ſi ſuperior nõ reuocet monachũ vagabũdum,Epiſcopus eũ poterit reuocare.c. ne religioſi. de Regul. Abb.in .c.quãto.de offic.ord.ſimiliter ſi regula nõ obſeruetur,Epiſcopus iubebit eã aſſumi,& ſi intra ſex mẽſes ſuperiores nõ .ſitarint,Epiſcopus eos viſitabit,& corriget.cap.8.ſeſſ,23. & ɔget etiã monachũ vagabundũ omnia renunciare in mabus ſuperioris,ſi ipſe nõ prouiderit.d.c.quãto. de offic. orn.ſic etiam Epiſcopus punit monachum de crimine mente depoſitionem,vt hæreſis,criminis falſi,vt dicit Abb.in :ũ contigat.de foro compet. vel ſi Abbas multum diſtet, de facili adiri non poſſit,ſic enim ab Epiſcopo puniri porit, quaſi argui poſſit Abbatis negligentia:Extra verò hos ſus monachus à Priore,vel Abbate eſt coërcendus, & vbi ntra eũ de crimine agit, non oportet,vt exactè ſeruet foram iuris,ſat enim eſt procedere de plano ſimpliciter,& ſiſtrepitu,& figura iudicij, omiſſis articulis,& citationibus aminandis teſtibus debitis, & etiam appellatione reiecta. p.irrefragabili.de offic.ordin.c.cum ſpeciali.cap.reprehenilis.de appellat. & vbi monachus vult ſe defendere, imnſæ ſunt ei præbendæ à monaſterio, & Abbate,ne indeıſus remaneat. Abb.in d.c.cum contingat.de foro cõpet.

Secundum ſit dictum. Abbas poteſt cum monacho in ıribus caſibus diſpenſare. 5

Abbas quæ poſſit in ſpeciali concedere, vel agere.

I.cum monacho nocturna polluto illuſione, vt die ſeenti poſſit celebrare.c.teſtamentum.cum ſeq.6.diſt.

I I.In diuerſis capitulis iuxta monaſterij conſuetudinem, ımmodo non ſit contra ius,regulam profeſſam,vel bonos ɔres.c.eccleſiaſticarum.cum ſeq.11 diſt.c.illa.12.diſt.

I I I. In pœnitentia monachi, qui nupſit.c.presbyter. 27. t.c.nec aliqua.27.q.1.

[I I I. Cum illis,qui in oratorio loquuntur contra inhiionem Beati Benedicti.c.in oratorio.42.diſt.

V.Cum apoſtata eum reconciliando,& pœnitentiã inunıdo, non tamen ſi in apoſtaſia fuerit ordinatus. c.vlt.50. .c.ſi.extra de Apoſt.

ʹI. Vt miles ante probationem triennij monachetũr, contra

contra cap·ego.53. diſt. vt habetur in c. ad apoſtolicam. de Regul.

VII. Cum illegitimo, vt poſſit in monaſterio ad ſacros promoueri,& adminiſtrationes tenere. c. 1.56.diſt.c. 1. de fil.presb.

VIII. Cum ſeruo monaſterij manumittendo ipſum, vt monachus fiat.c.qui ex famulis.54.diſt.c de famulis.de ſeru. non ordin.

IX. Quòd monachus detur in capellanum eccleſię parochiali,de Epiſcopi,& populi conſenſu. cap.1.& 2.47.diſt. c. doctos.c.monachus.16.q.1.dummodo ſecum habeat ſocium ſui ordinis,& in defectum clericorum ſeculariũ.c.2.de ſtatu monac.c.ex parte.c.ad audientiam.de cap.mon. Canonicus verò regularis ſolus eſſe poteſt.d.c.doctos.cũ aliàs iure communi monachus non poſſit habere capellas,decimas,vel ſepulturas c.1.c.placuit.c.peruenit.16.q.1.ſed ex indulgentia.d. c.peruenit.& vt eum reducat ad clauſtrum, ſi non vult eſſe in capella,vel prioratu c.quorundam.74 diſt.

X. Cum monacho murmuratore, & ſuſurrone, quò ad pœnitentiam,& correctionem.c.alienus.cum ſeq.90.diſt.

XI. Vt poſſit monachus,Epiſcopum,vel alium Prę̨latum accuſare. §. fin.2. quæſt.7. vel ſi quid ſurripit occultè contra regulam. c.non dicatis.12.q.1.c. cùm ad monaſterium de ſtatu reg.

XII. Vt fiat Epiſcopus. c. vnico.18. q. 1. & vt Epiſcopus factus denuo fiat monachus.c.poſt tranſlationem.de renũc. cum Papæ aſſenſu.

XIII. Vt ex cauſa infirmitatis inhabitet cellam ſalubriorem,& magis commodam aliis,in monaſterio.c.nullus. 18.q.2.c.fi.20.q.fi.

XIIII. Recipiendo miſericorditer fugitiuum, quem ad clauſtrum reducere debet.c.abbates.18.q.2.c.fi.de Regul.

XV. In pœnitentia homicidæ monachi facti diſpenſat. c.amoueri.33.q.2. non tamen in irregularitate, & miniſtratione in ordine c.liceat. ſeſſ. 24.in Trid. Conc. not. Couar. in clem.1.§.2.nu.6. de homic. poteſt tamen diſpenſare cum monacho in aliis irregularitatib. homicidio excepto. Doct. in c.cùm in illorum.de ſent. excom. nec etiam in bigamia, vt ibi dicit Couar.

XVI. In ieiuniis cibis,& eſu carnium,& operib.manualibus ad quę monachus tenetur.c.nõ mediocriter.c.carnem.

c.nun

Digitized by Google

cap.nunquam.de conſ. diſt. 5.cap. cum ad monaſterium.de ſtatu Reg.

Decimoſeptimò,cum nouitio, vt illi recedenti reſtituantur bona eius cap.ex tranſmiſſa.de renunc.quod & ex Conc. Tr.ſeſſ.25.de Reg.cap.15.& 16.decernitur:niſi donaſſet inter viuos.c.ſunt qui opes.17.q.3.cap.quia.cap.perlatum. 19.q.3. non tamen,vt promoueatur ad ordines ſacros, ex Bulla 75. Pij V.incip.Romanus Pontifex:vbi requiritur,quod ſit profeſſus in religione,vbi fit profeſſio perpetua, & non temporalis,aliàs cenſeretur clericus ſecularis.

Decimooctauò,vt monachus etiam inuitus teſtificetur in cauſa ſui monaſterij.cap.ſtatuimus.de teſtib. cap. cum nuncius cap.tuis. cap.nuper. de iureiur. non tamen, vt nouitius ante annum profiteatur.cap. 15. ſeſſ.25.de Reg.in Tr.Conc.

Decimononò,vt monachus tranſeat ad ſtrictiorem ordinem, non autem ad laxiorem, vel parem niſi ex cauſa.cap. licet.de Reg.cap.non eſt.eod.& tunc de licentia Papæ.

Vigeſimò, vt habeat expenſas pro iuncta adminiſtratione,ſi quam quis habet,ſed non proprium.cap. 2. & 3.de ſtatu mon.

Vigeſimoprimò,vt clericus ſecularis admittatur ad beneficia in monaſterio; in quo tamen Apoſtilla ibi contrarium tenet,& rationi id conſonum eſt.

Vigeſimoſecundò, dando licentiam monacho eundi ad ſcholas:de conſilio tamen conuentus. cap. vt periculoſa. ne cler.vel mon.

Vigeſimotertiò,cum illo,qui antequam fieret monachus furtiuè ordines ſuſcepit. cap. cum M extra de eo qui furt. in quo tamen hodie exigitur Papæ diſpenſatio,ex Bulla Sixti. contra cler.malè prom.

Vigeſimoquartò, cum eo qui ante ingreſſum religionis incurrit excommunicationem ob iniectionem manuum in clericum, vel ſi exiſtens monachus idem commiſit in monachum, & ſi ex ignorantia iuris, vel facti excommunicatus, ſcienter ordinem ſacrum ſuſcepit, niſi contra ignorantiam violenter præſumatur. cap. cum illorum. de ſent. excom.cap.2.de eo qui furt.cap.per tuas.cap.monachi.de ſent. excom.ſecus ſi clericum percuſſit. cap.religioſis.de ſent.excom.in 6.& poteſt etiam excommunicatum à ſe recipere ſine iuramento,cum monachi promiſſione.cap.ſuper. eod.de ſent.excom.

Vigeſimo

Vigeſimoquintò monachus maneat ex cauſa in domo paterna ad ſubueniendum parentibus. c. fi.qui cler.vel vou.

Vigeſimoſextò, diſpenſat in regulæ obſeruantiis remittendis.c.fi.20.q.vlt.c.carnem. de conſ.diſt.5.in his quæ non ſunt de ſubſtantia.c.Deus de vita,& hon.cler.& in pœnitentia arbitrio ſuo monacho imponenda.§.his.de pœnit.diſt.5.

Vigeſimoſeptimò,cum monacho,qui mutato habitu ſine licentia Abbatis in alio monaſterio recepit ordinem.c. ex parte.vbi Coff.de temp.ord.

Vigeſimooctauò, poteſt concedere monacho, vt faciat eleemoſinam,cum ſine vlla licentia non poſſit.clem.2.§.ſed de ſtatu mon.

Vigeſimononò,poteſt concedere adminiſtrationem nomine conuentus monacho, non ſic tamen, vt ſit eius proprium,ſed dare illi adminiſtrationem illi iniunctam, vt quia ſit officialis monaſterij cui quandoque conceditur aliqua villa adminiſtranda,ſic tamen,vt ſit ad nutum ſuperioris reuocabilis. c.cum ad monaſterium. §. tales.de ſtatu mon. & reddat rationes conuentui, vel ſi ei conceditur cella, vt ſupra,reuocabilis tamen ad nutum ſuperioris,nullũ in ea ideò ius habens, vel ſi quid ei conceditur pro viatico, & ſi quid ſupereſt expendat in eius vſus honeſtos, vt dicit Nau. de Reg.commun.2.ver.tertiò principaliter. num.14. & vt poſt profeſſionem monachus maneat in domo paterna ex cauſa,amouibiliter tamen ad nutum ſuperioris, & detineat aliqua, quò ad vſum, in quo etiam ſufficit licentia tacita, & vt eroget aliqua ei conceſſa in eos vſus, in quos ipſe Prælatus poteſt iuſta de cauſa, ſilicet ob neceſſitatem perſonæ,vel religionis, aut vtilitatem,velut vt ſibi emat libros pro prædicando,&c.vt ibi dicit Nau.ver.q. Hoſt.in c.quãto. de offic. ordin.Innoc.in c.inſinuante. ne cler. vel mon Abb. in c.ex reſcripto. de iureiur.& poteſt fortè Abb.pro vtilitate monaſterij tenere fratres extra monaſteriũ, dando eos etiã in obſides,vt ibi dicit Pan.ad tẽpus ſcilicet ex cauſa graui:& etiã vt monachus poſſit quęſita ex laborib⁹,vel induſtria cõuertere in proprios,& neceſſarios vſ.Ab.in c.edoceri.de reſc. & vt teneat vtẽſilia ad vſum propriũ. id. Abb.in c.d.eod.tit.

Trigeſimò,poteſt ex cauſa concedere,vt monachus maneat extra monaſterium ob vtilitatem monaſterij.cap. monachi.16.q.1.etiam vt ſit procurator Epiſcopi,vel amici qui prodeſt,vel profuit, aut prodeſſe poteſt monaſterio,vt dicit

Inno

Digitized by Google

Inn.in c.cum I.&A.de re iud.tutius eſt tamen,vt accedat, & authoritas ſummi Pœnitentiarij. arg.Bullæ 67. Pij IIII.inc. In ſublimi,& vſus videtur id recipere ; & ex cauſa ſtudij, & magis ad docendum diſciplinas monacho licitas.c.non magnopere.ne cler. vel mon.cap. 2. eod.tit. in 6.& ob alias iuſtas cauſas arbitrio prudentis. arg.c.de cauſis.de offic.deleg. Idem etiam ex magna cauſa poteſt talia concedere quæſita per artem, operam, & induſtriam, donationem, vel ſucceſſionem, iis tamen prius ſibi, & monaſterio conſignatis. quod tamen intelligi debet de vſibus honeſtis,& neceſſariis, ne ſic concedatur monacho proprietas bonorum,quod non licet, vt nec moniali concedi poteſt, vt degat extra monaſterium : vt dicit Nau. diſt.com. 2.extra tex.& glo.nu.40.& degentes extra monaſteria, cum facultate cõuertendi quæſita aliter quàm ex bonis monaſterij in ſuos vſus,poſſunt ea erogare etiam in opera pia:vt ibi dicit Nau.n.41. Teſtandi tamen facultatẽ Regulari ſolus Papa dare poteſt,vt ibi dicit ver.quò ad vltimas. n. 57. & 58.idque Papa ſolet concedere maximè Regularibus beneficiariis,& quid de aliis ibi tradit Nau. cum non ſit præſentis ſpeculationis. Idem etiam monacho concedere poteſt, vt ſit Vicarius Epiſcopi,vt ibi dicit Nau.ver.nũc quò ad iudicia.& idem Abbas, vel ſaltem Prouincialis poteſt concedere Regulari poteſtatem manẽdi extra monaſterium ad ſubueniendũ parentibus, vt dicit Nau. com.3.ver.duodecimò quæritur.n. 48. & 49. modo tamen, quo ſupra Idem etiam poteſt concedere licentiam perſonis honeſtis,& ex iuſta, ac neceſſaria cauſa ingrediendi monaſteria monialiũ ab Epiſc.exemptarũ,& ipſi ſubiectis:vt dicit Nau.co.4.ver.poſt præfatam.n.59.Tutius tamẽ eſt, vt ſolus Epiſcop.id concedat,vt dicitur congr.reſpondiſſe.Idẽ etiam poteſt fortè concedere,quod quilibet habeat decem pro veſtimentis,& aliis rebus neceſſariis, eſt tamen abſtinendum, Cum Conc.Trid.ſeſſ.25.c.2.concedat tantum,vt iis mobilia poſſint concedi,quò ad vſum,& id etiam nõ ſit de iure.Pan. in d.c.cum ad monaſterium.in fi.n.8.de ſtat.Molina de iuſt. diſp.276.verſ.vtrum. non aut vt expẽdat ad libitum,quia ſic nec Papa poteſt id concedere.d.Abb.in c.ex parte aſtẽſis. de Conc.præb.in c.mon.in c.cum ad monaſteriũ. de ſtatu reg. 6

Tertium ſit dictum. Abbas poteſt ſine conuentu agere in iudicio,cum habeat liberam adminiſtrationem, ſic tamen, in arduis adhibeat conſenſum Capituli.Abb.in c.edoceri.de reſcript

Abbas qua poſſit in iudiciis, & quomodo.

reſcript.& ibi Barb.& etiam poteſt conſtituere œconomum nomine ſuo,& conuentus qui agat.Innoc. in c. cum I. & A. de re iud. ſic tamen, vt non conſtituatur generalis procurator ad adminiſtrandum negotia conuentus, quia ſic vt in re adua exigeretur conſenſus Capituli Abb.in d. cap. edoceri qui tamen non poteſt agere proprio nomine,ſed ſuo & cõuentus,ſi habet omnia bona communia cum conuentu,ſed ſi habet ſui tituli bona diſtincta, poteſt nomine proprio agere. Idem etiam poteſt ratificare geſta per ſolum conuẽtum,vt ſi id tendat ad eius vtilitatem.Abb.in d.cap.& in cap. cauſam quæ 1.de iudic.vbi Barbat.& poteſt etiam agere pro capellis ſuis ſi indebitè grauantur, priuſquam eius rector. Abb.in cap. cum deputati. de iudic. & generaliter is habet agere pro defenſione monaſterij,cum tota poteſtas ſit apud eum cap.nullam.18. q.2.& in tantum eſt hoc verum, quòd etiam pro monachis ſingularibus habet conueniri, cum tales habeantur pro mortuis,nec poſſint ſtare in iudicio, niſi in caſibus expreſſis, nec etiam conſtituere procuratorem ſine licentia ſuperioris.clem.religioſus. de procurat.& Abbas indiſtinctè conuenitur pro contractu monachi initi etiam antequam eſſet monachus, & eatenus tenetur Abbas pro eo quatenus peruenit ad monaſterium,niſi monachus habuiſſet mandatum à monaſterio ad cõtrahendum:quia ſic monaſterium ad omne tenetur, & poteſt etiam Abbas defendere monachum in cauſa criminali, ita Zab. in clem. religioſus.de procur. vel dicendum, quòd monachus conuenitur coram Abbate, monaſterium verò coram conſeruatore. Id tamen fallit in regularibus manentibus extra clauſtra, qui in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum cogi poſſunt ab ordinario ad ſoluendum.ex cap.7. ſeſſ.7.in Trid. Conc.Item fallit ſi ſit electus ad aliquã prælaturam, & eam acceptauit de licentia ſuperioris, ſine qua non licet, quia ſic ſine noua licentia poteſt agere ad illius proſecutionem, & impenſæ ſibi dabuntur à monaſterio. Item fallit ſi accuſet ſuperiorem.c. ex parte.de accuſ. & in his in quibus non poteſt habere licentiam ſuperioris,vel cum eſt abſens de licẽtia ſuperioris,& conuenit vel conuenitur,& etiam ſi eiicitur à monaſterio,poteſt petere alimenta ſibi ab eo debita,& vbi agere poteſt,etiam conſtituere valet procuratorem, vt dicit Nau.comment.2.de regular.ver.vlt.

In hoc etiam videnda, quæ dicta ſunt ſupra de Prælatis

Digitized by Google

latis in genere capit. 3. 4. & 5.

Quartum dictum. Abbati vlterius licet alia plura ſparſim peragere.

I. Enim, ſi habet eccleſiam ſibi pleno iure ſubiectam, habet per conſequens iuriſdictionem in clericos inſtitutos in illa, not. Abb. in cap. his quæ. de maio. & obed. 7 *Abbas quæ alia vlterius agere poſſit.*

II. Poteſt ad libitum remouere priorẽ manuelem, etiam ſine cauſa, vt ſunt commendatores, præceptores, inſtitores, de quibus in c. cum deputati. de iudi. imò illum non poteſt perpetuare in prioratu manuali, quominus poſſit eum ad libitum reuocare. cap. cum ad monaſterium. §. tales. de ſtatu mon. etiam ſi iuraſſet, quia adhuc poterit ad libitum reuocare, etiam ſi prioratum, vel aliam adminiſtrationẽ ei conceſſerit, quò ad vixerit. Fed. de Sen. conſ. 259. Abb. in cap. Ioannes. de cler. coniug. Si tamen eſt prior ſolitus per electionem aſſumi, vel ſi eſt perpetuus, non poteſt ſine cauſa reuocari, & ſine obſeruatione ſtatutorum regulæ. cap. 2. §. priores. de ſtatu. mon. & quòd prior manualis poſſit ad libitum reuocari, tenet Io. And. in c. cum ſingula. in nouella. de præbend. in 6. vbi Gem. Papa tamen poteſt in perpetuum concedere prioratum manualem monacho. Innoc. in c. fin. qui cler. vel vou, Fed. de Sen. conſ. 259. caſu talis eſt.

III. Poteſt eligi in Abbatem alterius monaſterij, Epiſcopus verò debet poſtulari. c. ſi Abb. de elect. in 6.

IIII. Poteſt ſine ſolemnitate monachos ſuos benedicere, & alia ad ſuum officium pertinentia exercere cum hæc ſint de ſolemnitate, non de ſubſtãtia. arg. c. 1. de ſuppl. negl. Abb. in cap. inter monaſterium. de re iudic. & etiam ante benedictionem poteſt Abbas vti mitra, baculo paſtorali, & annulo, vt ibi dicit, non poteſt tamen iis vti extra monaſterium, niſi aliter in priuilegio caueatur. cap. vt Apoſtolicæ. de priuil. in 6. ſi tamen inuitetur ad monaſterium exemptum, poteſt in Pontificalibus celebrare. Ioan. And. in c. Abbates. de priuil. in 6. & etiam poteſt expellere monachos de monaſterio iuxta regulæ inſtituta. c. quanto. vbi Abb. de offic. ord. in cap. ea quæ. de ſtatu mona. in cap. ſi quis contra clericum. in repet. de foro compet. & etiam ciuiliter eſt eorum iudex. Abb. in c. cum contingat. de foro compet. vbi Barbat.

V. Poteſt ex conſuetudine acquirere illa quæ ſunt iuriſdictionis, vel dignitatis Epiſcopalis. cap. auditis. c. cum olim. vbi Abb. de præſcript.

Digitized by Google

VI. Poteſt denegare obedientiam contra libertatem ordinis indultam à Papa c.ſanè. cum ibi not.de exceſſ. prælat. & ſi eo caſu Abbas ab Epiſcopo excommunicatur, excommunicatio eſt nulla.cap.quia cognouimus. 10. q. 3.cap.cum ad quorundam. de exceſſ.prælat.& ſi delinquit in monaſterio ſuo exempto non poteſt per Epiſcopum puniri, nec reſpondere tenetur coram eo ſuper iurib.monaſterij, ſi tamen eius membra non ſint exempta tenetur reſpondere pro eis. Abb.in c.ex ore. de priuil. Hodie tamen ex Bulla 15. Greg. XIII. tenetur monaſterium ſibi conſtituere conſeruatorem virum eccleſiaſticum in dignitate conſtitutum,vel Canonicum Cathedralis,iuxta ius commune, cuius nomen in curia Epiſcopali ſit deſcriptum, corã quo Abbas, & regulares alij conueniantur,aliàs Epiſcopus pro miſerabilibus perſonis ad ſe confugientibus,& in cauſis mercedum cognoſcet, & definiet.ſeſſ.7.cap.7. in Trid.Conc. & idem ſi negligens ſit in capellis non exemptis ſibi ſubiectis regendis, non poteſt ex hoc priuari ab Epiſcopo eccleſia non exempta. Innoc.& alij in c.poſtulaſti. de foro compet. ex alia tamen cauſa, quàm delicti,vt ratione contractus,vel rei ipſarum,tenetur coram Epiſcopo reſpondere: vt ibi dicit Innoc. & in c.1. de priuil. in 6. & in talibus capellis non exemptis Epiſcopus inſtituit ad præſentationem Abbatis.d.c.quanto. de offi.ord quæ tamen in temporalibus tenentur Abbati reſpondere. c.cum & plantare.§.in eccleſiis.de priuil.c.in Lateranenſi. de præb. & ſi eccleſiæ ſint ſubiectæ monaſterio pleno iure, quò ad legem diœceſanam, & iuriſdictionis, inſtitutio pertinet ad Abbatem.Anch.poſt Innoc.in d.c.ex ore.de priuil.

VII. Poteſt repetere monachum ſuum, etiam ſi ſit in alio monaſterio.c. Ioannes.vbi Doct. de regular.c.Abbates. 18.q.2.cap.monachum.20.q.3.

VIII. Poteſt tranſire ad religionem ſtrictiorem prælatura dimiſſa,petita licentia à Papa, eo non reſpondente, poteſt tamen Papa eum reuocare ſi ſit exemptus. Ioan.And.in cap.cum ſtat. in Mercur.de reg.iur.in 6. Abb.in cap.licet de regul.

IX. Poteſt alterare ſtatum ſui prioratus,ità vt prioratum regularem poſſit reducere ad ſecularem ſi reditus non ſufficiunt pro pluribus,aliàs non. cap.cum ſingula.de præben.in 6.Abb.in c.2.de c. mona. hodie tamen crederem requirendam licentiam Papæ. ex Conc.Trid.ſeſſ.14.cap.10.

X. Si

Digitized by Google

X. Si eligitur in Epiſcopum, & ſit confirmatus, ac benedictus, poteſt conferre eos ordines ſubditis Epiſcopatus, quos poterat monachis dum eſſet Abbas. Feli. in cap. iam te. num. 12. de reſcript.

XI. Poteſt præſcribere, vt poſſit vnire eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas, vel vnam alteri ſubijcere ſaltem in ſimplicibus, & manualibus. Franch. in cap. cum ſingula. num. 4. de præbend. in 6. aliàs non. Zab. in clem. ne in agro. §. ad hæc. de ſtatu mona. cum id ſpectet ad Epiſcopum loci, vt ibi dicit.

XII. Poteſt eſſe procurator pro eccleſia Cathedrali. Abb. in cap. in noſtra. de procur. & etiam aliorum monaſteriorum cum habeat adminiſtrationem. Abb. in cap. ſopitæ. de cenſibus.

XIII. Poteſt ex conſuetudine acquirere ea quæ ſunt dignitatis, vel iuriſdictionis Epiſcopalis. not. in cap. edoceri. de reſcript. in cap. cum deputati. vbi Abb. de iud. modo vt ſupra.

XIIII. Poteſt, ſi hæreditas, vel legatum, eſt monacho delatum, id ſine eius conſenſu agnoſcere, & repudiare. Alex. in l. legatum ſeruo. de leg. 1. Bertrand. conſ. 68. num. 2. cum magis communi opinione, non verò ipſe monachus, vt iidem dicunt.

Quintũ dictũ. Multa ſunt quæ Abbas explicare nõ valet.

I. Enim, non poteſt diſpenſare, niſi in caſibus conceſſis. 8 Innocent. Anchar. & Abb. in cap. 2. de eo qui Furt. ord. nec abſoluere ab excommunicatione canonis, niſi in caſibus expreſſis. Abb. in cap. monachi. & in cap. cum illorum. de ſent. excom.

Abbas quæ non poſſit.

II. Non poteſt habere domicilium, niſi in clauſtro, vbi habet reſidere. Innoc. in cap. ex ore. de priuil. vnde & ibi ſolum poteſt conueniri; hodie tamen coram cõſeruatore conuenitur, vt ſupra eſt dictum, licet in monaſterio citetur.

III. Non poteſt vnire ſuum monaſterium, vel alteri ſubjicere ſine conſenſu Epiſcopi. cap. ſicut vnire. vbi Doct. de exceſſ. prælat.

IIII. Si ſit exemptus non poteſt renunciare abbatiæ ſine licentia Papæ. cap. dilecti. vbi Doct. de renunc.

V. Non poteſt præſentare ad eccleſiam ſecularem regulares. Felin. in c. in noſtra. ver. decimò. de reſcript.

VI. Non poteſt ſolus facere monachũ ſine vocatione fra-

Digitized by Google

trum, niſi Abbas ſolus, vel vnus de conuentu, aut etiam extraneus reciperet profeſſionem nomine Abbatis, & nomine conuentus, quia ſic ſufficit ratificatio eorum vt profeſſio valeat, vel ſi monaſterium vacaret, quia ſic poſſet recipi profeſſio per conuentum nomine Abbatis futuri, quo ratificante valebit profeſſio; præterea ſolus Abbas id non poteſt, ſi vult creare monachum obligando ipſum monaſterio, & monaſterium ſibi, ſecus ſi eum recipiat ad profeſſionẽ obligando eum ordini tantum, & non religioni. Fel. in cap. ſi ad ſolum. de regular. in 6. hodie tamen hoc vltimum non crederem procedere, cum non liceat admittere aliquem ad ordinem ſacrum, niſi profiteatur ante, & ſic obligetur monaſterio, & è cõuerſo, ad hoc vt dicatur habere patrimonium, ex conſtitut. 75. Pij V. incip. *Romanus Pontifex.*

VII. Non poteſt remouere capellanum præſentatum coram Epiſcopo, & ab eo inſtitutum in capellis monachorum, quæ populum habent, niſi dilapidet bona eccleſiæ, vel viuat incontinenter, quia ſic poteſt eum remouere de conſilio fratrum, & Epiſcopi conſenſu. c. 1. de cap. mon. in 6.

VIII. Non poteſt concedere alicui iura, vel reditus eccleſiæ ad vitam eius, vel certum tempus, niſi ob vtilitatem, vel neceſſitatem monaſterij, aliàs eo ipſo ſuſpenditur ab officio. clem. 1. de rebus eccl.

IX. Non poteſt intereſſe nuptiis, vel ſuſcipere infantẽ de baptiſmo, vel cõfirmatione, ex Conc. Antiſiod. can. 24. & 25.

9 *Abbas quæ agere debeat, & teneatur.*

Sextum dictum. Abbas ad multa tenetur.

I. Enim, tenetur ſui bonum dare exemplum, & curam habere ſubditorum, iuxta dicta ſupra de Prælatis in genere.

II. Si ſit etiam exemptus, & habeat capellas, quæ habent populum, tenetur ire ad ſinodum. cap. ex ore. de priuil. Abb. in c. quod ſuper his. de maiorit. & obed.

III. Tenetur curare ea quæ pertinent ad cultũ diuinum, & vtilitatem monaſteriorum. cap. nullum. 18. q. 2. Abb. in cap. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à prælat.

Abbates diuites omnes monachos viatores excipere debet.

IIII. Si abundat reditibus tenetur ad recipiendum monachos, & poteſt ad id cogi ab Epiſcopo, & idem de Abbatiſſa reſpectu monialium. Io. de Anan. in c. quoniã. de ſimo. ſi tamen monaſterium patitur defectum monachorum, vel monialium. Franc. in c. ſi ad ſolum. de regular.

V. Tenetur viſitare ſua monaſteria etiam commendata. cap. 20. ſeſſ. 25. de regul. in Trid. Conc.

VI. Te

Digitized by Google

V I. Tenetur conferre eccleſiam parochialem ad eum, & conuentum pleno iure ſpectantem infra ſex menſes,aliàs eam Epiſcopus conferet regulari , ſi ita eſt conſuetum, vel ſeculari , ſi ita, & ſi eſt exempta conferet authoritate Apoſtolica. clem. quia regulares. de ſuppl. negl. ſeſſ. 25. cap. 21.

V I I. Tenentur Abbates,vel Priores de triennio in triennium facere capitula in regnis,& prouinciis.c.in ſingulis.de ſtatu mon. aliàs Epiſcopus prouidebit , ſi monaſterium ſit immediatè ſub protectione ſedis apoſtolicæ, & non ſub capitulis generalibus.d.c.

V I I I. Tenetur prouidere ſibi commiſſis de cibo corporali, vt nil eis deſit , & cibo diuinæ lectionis , ſtudio eos informando,& dando illis bonum exemplum , q & præfectæ monialium agere debent, & curando ne in monaſteriis ſint anguli,vel loca occulta viſui prælatorum,ex Sin. Aquiſgran.c. 1.2.3.12.13.& 14.

I X. Tenetur degere vitam communem cum aliis.clem. ad noſtram.de cenſib.Graff.de regul.nu.122.& in correctione ſeruare dicta ſupra,& de ſtatu Prælat.ad ſi.

Septimum dictum. Abbas deſinit morte , renunciatione, & depoſitione,& tranſlatione,& vbi renunciat, vel deponitur remanet monachus monaſterij vltimi vbi deponitur ſiue renunciat.Abb.in c.cum ad monaſterium. ad ſi. de ſtatu mon.depoſitus tamen ibi eſt pœnitens.Vnde ſi quid legatur monachis talis monaſterij , ſi tempore quo datur legatum, eccleſia vacat,debetur ſucceſſori.Rom.in conſ.259.qui ſi eſt exemptus non poteſt renunciare ſine licentia Papæ. c. dilecti.de renunc.& ſi depoſuit officium debet habere primum locum in choro,& conuentu.Fel.in cap.quæ in eccleſiarum. nu.115. de conſtit. & ſi Abbas conuincitur de crimine tenetur cedere officio,& idem ſi infamatus ſit.Paui.tract.de pot. c.q.6.p.2.princ,nu. 3.& 4.& etiam ſi appellarit.gl.in c. quia vos.de appellat. & etiam ſubmouetur ab officio , vel datur ei coadiutor,ſi ſenio, vel infirmitate impeditur officiũ exercere.Paui.ibid.aliàs eius officiũ eſt perpetuum:vt dicit Abb. in cap.ad monaſterium.nu.5.de ſtatu mon.licet adminiſtratio locorum concedatur modo huic,modo alteri. 10 *Abbas vt deſinat eſſe.*

Et hæc de Abbatibus dixiſſe ſufficiat, cætera quæ hic deſiderantur requirenda ſunt in tract. de ſtatu Prælatorum in genere per tot.

Digitized by Google

Abbatiſſa etiam & ipſa dicitur habere dignitatem. cap. indemnitatib. vbi Gem. de elect. in 6. Fel. in c. meminimus. de accuſ. & æquiparatur Abbati in administratione. Abb. in c. fi. de ſtatu regul. & debet eſſe quadraginta annorum, & idem de Prioriſſa. c. 7. ſeſſ. 25. in Trid. Conc. & quæ per octo annos poſt profeſſionem laudabiliter vixerit, & ſi talis in eo monaſterio non reperitur, de alio accipiatur, quod ſi id fieri non poteſt, ex eo monaſterio eligatur, quæ exceſſerit triginta annos, & per annos quinque ſaltem poſt profeſſionem laudabiliter vixerit, quod ſi non manſerit ibi per quinquennium in religione, laudabiliter tamen ſe geſſit, poterit confirmari per biennium, ſi petatur à ſuis monialibus, & de licentia ſuperioris, ex deciſ. congreg. 227. & modo ſit expreſsè profeſſa, non tacitè tantum, & debet eligi à monialibus profeſſis eiuſdem monaſteriis, & confirmari ab ordinario loci, ſed ſi id monaſterium eſt immediatè ſubiectum Papæ, ab ipſo eſt confirmanda, vel Legato prouinciæ. Silu. Abbatiſſa. nu. 4. §. 1. quæ vltra triennium eligi non debet, ex Bulla 84. Gregorij XIII. nec debet eſſe de monaſterio alterius religionis. clem. 1. vbi Abb. de elect.

II. non debet eſſe illegitima. glo. in d. c. indemnitatibus. nec cum tali, vel etiam quę fuit corrupta ante poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt fiat Abbatiſſa, vt dicit Fel. in d. c. meminimus. Card. in clem attendentes. §. ſtatuimus. q. 11. de ſtatu monach.

11 *Abbatiſſa dignitas, poteſtas & officium.*

III. Debet benedici intra tempus ſtatutum à iure, aliàs cadit à iure ſuo. cle. 2. d. §. ſtatuimus. de ſtatu mon. in quo tamen notandum, quòd non omnes Abbatiſſæ benedicuntur ſi ſit mos monaſterij in contrarium, & cauſa rationabilis etiam excuſat, vt ſi ſit infirma, vel vacet ſedes Epiſcopalis, vel per Epiſcopum ſtet, vel non ſit adepta poſſeſſionē, nec per eam ſteterit, quominus ſit adepta, vel ſi ſit electa corrupta per Papam, cum talis non benedicatur, vt ibi dicit gloſ. quam ſequitur ibid. Card. & ſi tranſit ad aliud monaſterium denuo poteſt benedici, vel ſi iterum eligitur Abbatiſſa, vt dicit Fel. in d. c. meminimus. licet poſſit benedici ante poſſeſſionem adeptam, & adminiſtrare poſt confirmationem, vt dicit Franc. in c. indemnitatibus. §. verum. de elect. in 6. nec venit appellatione monialium. Abb. & alij in c. omnes. de ſimo. & debet benedici diebus à iure ſtatutis, vt & accipere velũm. Doct. in c. 1. de tēp. ord. & in cle. attendẽtes. de ſtatu. mon.

Digitized by Google

mon.& in electione Abbatiſſæ,publicato ſcrutinio, poſſunt moniales variare,accedendo maiori parti, modo id fiat incontinenti, ſcilicet antequam deueniatur ad actus exteriores. Anch.in c.indemnitatibus.nu.6.notab.decimo, vndecimo.de elect.in 6.diſtinguendo tamen, vt per Dynum in c. quod ſemel.nu.12. de reg. iur. in 6. Hæc vt & Abbas poteſt habere clericos ſub ſe ſi habet capellas pleno iure ſibi ſubiectas. Abb.in c. his quæ. de maior. & obed. & habere poteſt iuriſdictionem fori contentioſi.c. dilecta. de exceſſ. prælat. Abb.in c.noua de pœnit. & remiſſ. & habet iuriſdictionem in moniales:vt not. in c. dilecta & poteſt etiam habere collationem beneficiorum. Abb.in cap.cum dilectus. 4. col. de cõſuet. & habet liberam adminiſtrationem ſui monaſterij, vt & Abbas,ſic tamen vt in arduis habeat cõſenſum capituli.c.2.de his quæ fiunt à præl.& poteſt ac debet viſitare, extra tamen monaſterium aliis viſitationem committere debet. Pariſ.de reſig.benef.lib.3.q.12. *Non poteſt tamen excommunicare ſibi ſubditos,* licet ad id poſſit implorare officium Epiſcopi,quod Epiſcopus ei tenetur impendere.c.dilecta.de maiorit.& obed. & etiam auxilium brachij ſecularis. c. abbatis.18.q.2. *Nec etiam poteſt abſoluere à peccatis; nec ſuſpendere ab actu ordinum, aut interdicere, nec ea demum agere quæ pendent à poteſtate clauium, cum non cadant in mulierem.*cap. noua. de pœnit. Abb.in d.c.dilecta.nec prædicare publicè, licet priuatim poſſit monere moniales. Abb. in d.cap.noua,nec etiã poteſt velare virginem, vel viduam, aliàs excommunicatur.d.cap.ſtatuimus.20.q.2.c.prædicandum.20.q.1. *Clauium poteſtatem non habent fœmina.*

Prior etiam monaſterij iiſdem ferè quibus Abbas vtitur priuilegiis in iis quæ ſpectant ad iuriſdictionem in monachos, & prioratus eſt principalis dignitas in eccleſia collegiata,vel regulari,& habet quaſi iuriſdictionẽ Epiſcopalem, & in effectu eſt eadem dignitas cum Abbatia.Card. in clem. dudum.d.§.ſtatuimus. de ſepult. qui duplex eſt conuentualis,& clauſtralis,& primus dicitur habere dignitatem, & ei cauſæ à Papa delegantur,non autem clauſtrali. Iaſ.conſ.77. lib.1.& eligitur à conuentu, ac perpetuus eſt, & nullum in conuentu maiorem ſe habet, clauſtralis verò præceditur ab alio quandoque in eo monaſterio, & poni poteſt ab Abbate,vel Prælato ſuo ad tempus, & eum poteſt ad libitum remouere.Franch. in cap.præſenti.de offic. ord. in 6. Item

conuentualis habet liberam adminiſtrationem monaſterij, & iuriſdictionem in monachos, vt & Abbas, ita vt eos punire, & excommunicare valeat, & etiam poteſt Vicarium ſibi conſtituere. Cardin. Alex. in c. perlectis. 24. diſt. nō tamen præcedit Archidiaconum. cap. humilis. de maiorit. & obed.

Et quæ dicuntur de Priore, quò ad iuriſdictionem, & liberam adminiſtrationem, intelliguntur, & de Guardianis ſancti Franciſci, ſic tamen, vt nullus præficiatur monaſterio, niſi profeſſus ſit. c. ſanè. de ſtatu mon. c. cum de beneficio. de præb. in 6. niſi in commendam ei detur. Mandoſ. de ſignat. gratiæ. ver. prorogationes.

SVMMARIVM.

1 *Collegium quod dicatur.*
2 *Collegiata eccleſia vt ſit, quæ requirantur.*
3 *Collegiata eccleſia, & eius Rector, quibus, prærogatiuis potiantur.*
4 *Collegiata eccleſiæ Rector ad quæ teneatur.*

De Præpoſito, ſeu Rectore collegiatæ Eccleſiæ. Cap. XXVI.

1 *Præpoſitus quis dicatur, & quis in propoſito.*

NOTANDVM eſt primo loco, ꝙ collegium dicitur quaſi delectus, vel coëlectio, quoties homines eiuſdem profeſſionis in vnum coadunantur, qui & ideò dicuntur collegæ, vel collegiati. l. collegatum. ff. de verb. ſign. hinc Eccleſia dicitur collegiata in qua plures ſunt clerici in communi ſe habentes, quaſi vnum corpus in ea.

2 *Collegiata eccleſia, quæ dicatur, & quæ ad eam requirãtur.*

II. Notandũ, quòd ad hoc vt eccleſia ſit collegata, oportet, vt ibi ſint plures clerici, vel canonici in ea perpetuò inſtituti, qui non ſint minus quàm tres, vt inquit glo. recepta. in c. nobis. de iure patr. Et poteſt eſſe collegiata habitu & actu ſimul, vel habitu tantum; primo modo ſi adſit priuilegium, vel inſtitutio; quòd ſit collegiata, & actu ibi adſunt canonici, & parochiani, ſi ei cura ſit annexa, licet ibi caput non adſit, vt inquit Felin. in c. ex literis. de conſtit. vel, licet non inueniatur inſtitutio, vel priuilegium, quòd ſit collegiata, vel fundata cum hac conditione, ꝙ ſit collegiata, ſi plures

Digitized by Google

plures collegiati ibi adſint, ſecus ſi fundata ſit, vt ibi ſit tantum vnus Rector cum clerico, ſic enim non erit collegiata. arg.c.vt quiſque.de vita,& hon.cl. Quòd ſi non apparet de priuilegio,vel fundatione, defendetur in ſua poſſeſſione, ſi enim habita ſit pro tali æſtimabitur talis:aliàs non. arg.cap. cum veniſſent.de inſtit. Vnde præſumitur collegiata, ſi ibi exercentur pertinentia ad collegiũ,vt ſi ſolent eligere ſyndicum,& per eum iurare.c.Imperatorem. de iuram.cal & habent ſigillum commune.arg.c.ſignificauit. de appel. vel vbi collegiatim conſueuerint eligere prælatum. c.1. de elect. & ſint vnum corpus, ac habeant res communes, arcam cõmunem, refectorium, & dormitorium commune, tractatum communem,confraternitatẽ communem, & huiuſmodi, vt dicit Io.And.in c.nobis. de iure patr. vel tales opinione hominum habeantur,vt inquit Arch.in c.1.10.q.1.Oldr.conſil. 281.Rom.conſ.436.Alex.conſ.48.lib.4.nec ſufficit, quòd in eccleſia ſint plures clerici beneficiati, cùm poſſint eſſe ſingulares,vt dicit Anch.in c.ex laicis.10.q.1.niſi vnum corpus faciant,vel niſi eccleſia ſit inſtituta cũ hac conditione, vt ibi plures collegiatim reſideant,vt inquit Abb. in d. cap. nobis. Rom.d.conſ.Guid.Pap.deciſ.258.ſic tamen,vt vbi agitur de præſumptionibus, vna non ſufficiat conditio, ſed plures requirantur. Vnde omnes Eccleſiæ Regulares iure communi ſunt collegiatæ,vt & Cathedrales.c.ne pro defectu.de elect. glo.in c.nobis.de iure patr.niſi ſit ſimplex prioratus religioſus, vt inquit Card.in clem.vt hi. de æt.& qual. Habitu tantum quando primo habuit collegium, ſed modo caret illo, vel morte,vel priuatione, vel extinctione ipſorum, cum collegium deficiat deficientibus perſonis ipſius. arg.gl. in c. licet canon.de elect.in 6. licet vbi ſolum perſonæ deficiunt, & non collegium eſt extinctum,vel ſuppreſſum,adhuc dicitur collegiata,cũ fieri poſſit perſonas ad collegium redire,vt inquit Alex.in conſ.34.lib.4.Doct.in c. ſtatutum. de elect.in in 6.Fel.in c.accedentes.de præſcript. Vnde & in ea locum habent ſtatuta de collegiata,vt idem dicit. Poteſt verò Papa ex priuilegio facere collegiatam,cùm habeat plenitudinem poteſtatis.c.vnam ſanctam de maior.& obed. in extr. communi. Epiſcopus verò id non poteſt niſi vocatis iis quorum intereſt.c.inter quatuor. vbi gl.de maior.& obed.ne fundatores conquerantur, & ſi eccleſia eſt patronata,aut capella, nõ poteſt fieri collegiata inuito patrono,niſi adſit neceſſitas,

& vbi patronus conſenſit, perdit ius præſentandi, ſed retinet alia iura. Innoc. & Abb. in d.c. nobis de iure patr. & Fuſch. loco cit. nu 13. & ſi eſt etiam libera, tutius eſt vt accedat Papæ authoritas in faciendo eccleſiam collegiatam, vt inquit Rebuff. in 2. p. benef. tit de erect. in colleg. Poteſt inde parochialis ab eodem Papa collegiata, vt nōt. in cap. ſtatutum. de elect. in 6. cùm eius honor augeatur. His ita notatis.

3 *Præpoſitus collegiatæ, quibus prærogatiuis potiatur.*

Primum ſit dictum. Eccleſia collegiata, & eius Rector multis prærogatiuis potitur.

I. Si quidem eius Rector dicitur conſtitutus in dignitate, & eſſe prælatus, vt inquit Cucch. in inſtit. Maior. tit. de Præpoſito, & eo magis ſi Abbatū prærogatiuas habeat, quia tūc antecellit etiā Archidiaconū Cathedralis, vt ibi dicit Cucch.

II. Non vacat eius eccleſia ſi non promoueatur ad ſacerdotium intra annum, vt contingit in parochialibus. c. ſtatutum. de elect. in 6. cum cura non ſit penes eum, ſed alios de collegio, vt inquit Fuſch. de viſit. c. 1. nu. 14.

III. Non tenetur ad reſidentiam, ex Conc. Trid. in dictā. ſeſſ. 6. c. 2. de refor. licèt eccleſia parochialis ſit vnita collegiatæ c. extirpandæ. §. qui verò. de præben. qui tamen per Vicarium ei inſeruiet, niſi eſſet conſuetum, quòd ibi inſeruiret, quia tunc tenetur, vt dicit Fuſch.

IIII. Si eius eccleſia ſit curata non confertur per concurſum, vt fit in parochialibus, vt ſacra congregatio Concilij reſpondit, & iure cōmuni eligitur à collegio. c. 1. de elect. ex reſeruationibus tamen generalibus, hodie id Papa ſibi reſeruat, ſi excedit valorem decem florenorum, vt in reſeruationibus Gregorij XIII. conſtitut. 1. habetur.

V. Habet iuriſdictionem in clericos collegij, & punit delinquentes, non tamen in grauibus, cùm id ad Epiſcopum ſpectet, vt dicit Abb. in c. cùm contingat. in c. ſi quis contra. vbi & alij de foro compet. in c. edoceri. de reſcript. ſed in leuibus in cauſis criminalibus, in ciuilibus verò poſſunt conueniri coram Prælato, & Epiſcopo, & ſimiliter in pœnitentialibus, vt ibi dicit Abbas, & eſt locus præuentioni, qui tamen non habet territorium, nec poteſt excommunicare ſuos parochianos, niſi ex conſuetudine præſcripta: vt dicit Cucch. loco cit. ſed tantum illos de collegio, ſi in eos exercet iuriſdictionem, vt dicit Abb. in d.c. cum contingat. de hoc tamen videatur quod plenius eſt dictum ſuprà, de

Præl.

Digitized by Google

Præl.in gen.ver.quò ad tertium.caſ.26.

VI. Poteſt conferre beneficia ſuæ eccleſiæ, ſimul cũ collegio,niſi conſuetudo ſit in contrarium,vt dicit Abb.in d.c. cum contingat.num.32. & tunc eos etiam poteſt priuare ob non reſidentiam,vel malam adminiſtrationem, non autem ex alio crimine,quia id ſpectat ad Epiſcopum, vt ibi dicit Abb.qui tamen Pan.contrarium in hoc vltimo ſentit in c.fi. de offi.Arch.niſi ex priuilegio id ei competat, dicens, tales poſſe ſolum leues pœnas imponere grauiora ad Epiſcopum referendo,qui ſolus poteſt eos deſtituere; videndum tamen quod eſt dictum ſuprà,de Præl.c.3.d.caſ.26.

VII. Poteſt cum collegio facere ſtatuta. Doct. in cap. cùm omnes.de conſtit.

VIII. Poteſt ſtatuere modum circa diuina celebranda in eccleſia,vt not.in d.c.cùm contingat.

Secundum dictum. In eccleſia collegiata debent tot clerici inſtitui,quot cõmodè ibi poſſunt ſuſtentari. gl.in c.cum M.de conſtit.vt ſalrem ibi ſint tres.c.2.de ſuppl.negl. 4 *In Collegiata Eccleſia, quæ debeant agi.*

II.Tenetur ad hoſpitalitatem ſeruandam,& ſoluenda iura Epiſcopalia Epiſcopo,vt charitatiuum ſubſidium, procurationes,& huiuſmodi.c.conquerente. de offic.ord.gl. in c. cum ſit.de conſecr. eccl. & dos eius debet ſufficere ſaltẽ pro duobus,vel tribus,vt ibi dicit.

III.Subeſt viſitationi Epiſcopi.ſeſſ.6.c.4 ſeſſ.25.c.6.ſeſſ. 24.c.3 de refor.in Trid.Conc.

IIII. Rector eius ſi delinquat ab Epiſcopo conuenitur, vt not.Abb.in d.c.cùm contingat.& habetur in d.Conc.ſeſſ. 24.c.11.exceptis id expreſſis.

V.In ea eccleſia horæ canonicæ debent recitari,vt & in Cathedrali,& ſi diſtributiones ſic tenues ſunt, vt ideò diuinus cultus minuatur, debet extrahi tertia pars omnium beneficiorum ibi exiſtentium, & in diſtributiones conuerti, quæ præſentibus tantum diuinis officiis aſſignentur. ſeſſ.21. c.3.d.Cõc. & ſi diſtributiones adhuc ſunt tenues cũ prębendis,eis ſunt vnienda beneficia ſimplicia,vel aliqua beneficia ex ipſis ſupprimi,& conuerti in diſtributiones.ſeſſ. 22.c.3.& ſeſſ.24.c.15.

VI. Si ſit curata debent eligi idonei ſcientia,moribus, & ætate,qui curam exerceant.c.cùm in cunctis.§.inferiora. de elect.& Præpoſitus dum actu curam exercet,exceptis diſtributionibus,potitur fructibus canonicatus,ex Bulla Pij V.65. incip.Cupientes.

Digitized by Google

VII. Si locus ſit inſignis debet in illa conſtitui lector Theologiæ cum opinione præbendæ.ſeſſ.5. c.2.in Trident. Conc.& beneficiati in ea tenentur intra duos menſes emittere profeſſionem fidei coram Epiſcopo poſt poſſeſſionem adeptam ſi curam habeant.c.cum dignitates.ſeſſ.24.in Tri. Concil.& reſidere ſic, vt vltra tres menſes in anno non abſint.d.cap.& ſi eſt curata, tenetur ad ea quæ de Parochiali infra,Deo dante,dicentur.

SVMMARIVM.

1 *Plebanus quis dicatur.*
2 *Plebanus vt quis dicatur, quæ requirantur.*
3 *Plebanus quibus prærogatiuis potiatur.*
4 *Plebani officium quod ſit, & ad quid teneatur.*

De Plebano, vel Archipresbytero forenſi. Cap. XXVII.

1 *Plebanus quis ſit, eius dignitas, & præeminentia.*

NOTANDVM, quòd Plebanus, qui & Archipresbyter Ruralis,aut Curio, vel Decanus dicitur in cap. fi.de offic. Arch. in cap. fine cler.vel mon.in cap.1.eod.in 6.& in Cóc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. eſt qui habet ſub ſe capellas in quibus clerici perpetui inſtituuntur,& ſubſunt Plebano, & ab eo ſacramenta accipiunt, & eius eccleſia dicitur Plebania.d.c.1.eod. in 6. & eius Rector dicitur conſtitutus in dignitate,vt inquit Franc. in d. c.1. & ibi Io.And.Arch.in c.plures. num.4.16. q. 1. Lamb. de iure Patro.lib.1.p.1.q.11.art.5. vbi multos allegat idem tenentes; & dicitur etiam Prælatus ſi per electionem aſſumatur, & gaudet priuilegiis Prælatorum inferiorum Epiſcopo, vt inquit Abb.in c.cùm contingat.nu. 29. ver. & in iſtis. de foro compet.vbi etiam Plebanum Prælatum ſimpliciter nominat. Fuſc.de viſit.lib.2.c.6.& probatur apertè in c.cùm ab eccleſiarum.de offic. ord. vnde eſt exprimēda iſta qualitas in impetratione,nec ſufficit dicere, quòd ſit ſimplex curata, vt inquit Gem.in d.c.1.& Card.in conſ. 45. cum ſimplex parochialis non ſit dignitas, vt ibi dicit Franc. in fi. ſi non habet ſub ſe capellas,vel non eſt collegiata, vt ibi dicit, vnde probabile eſt,quòd Plebanus præcedat ſimplicē canonicum Cathe

Digitized by Google

Cathedralis, cum non ſit in dignitate conſtitutus, licet tali æquiparetur in cap.ſtatutum.de reſcript.in 6. Cucch. de Canon.in princ.& minus ſit Prælatus, vel ſaltem ei cedere non tenetur cum canonici eos tantum præcedant qui dignitate carent, vt ibi dicit Cucch.

II. notandum, quòd vt quis dicatur Plebanus non ſufficit, vt habeat altaria in eccleſia propria etiam quòd dentur in titulum, & ſint beneficia eccleſiaſtica, & in perpetuum concedantur clericis, in eis inſtitutis, cum ſic dicantur capellaniæ, & non capellæ, vt dicit Rebuff. in praxi benef. in princ. tit. ſeculare beneficium.num.14.ſed oportet, vt ſit eccleſia, & corpus per ſe ſubditum ipſi Plebano, ſic enim dicitur capella, vt idem dicit. Secundò, oportet, vt in ea clerici perpetui inſtituantur, vt dicitur in d.cap.1. & eſt probabile, quòd etiam debeant eſſe curatæ, cum à Plebano percipere debeant ſacramenta, vt infra dicetur, & eſt probabile quoque vt ſufficiat, quod Plebanus ſub ſe habeat vnam tantum capellam, vt dicatur in dignitate conſtitutus, vt videtur ſentire gl.& Franch.in d.cap.His notatis.

Primum ſit dictum. Plebanus multis potitur prærogatiuis.

Primò enim, dicitur in dignitate conſtitutus, & eſſe prælatus, modo ſupra expoſito. Secundò, habet iuriſdictionem iure communi in clericos in capellis inſtitutos. Primò enim in pœnitentialibus ſunt ei ſubiecti, & in ciuilibus cauſis poſſunt coram eo, & Epiſcopo conueniri, & in vtroque caſu datur locus præuentioni, ſic tamen vt in paritate præferatur Epiſcopus. 3 *Plebani poteſtas, & prærogatiua quæ*

Secundò, poteſt eos excommunicare, non autem parochianos, niſi id præſcripſerit. Tertiò, in criminalib. poteſt leuem pœnam eis iniungere, & etiam eos priuare beneficiis, ſi illos inſtituat, ſed tantum ob non reſidentiam, vel malam adminiſtrationem, in aliis enim criminibus ad Epiſcopum recurritur, vt inquit Abb.in c.cum contingat. n. 21.cum ſeq. & maximè n.29.de foro cõpe, in c.ſi quis contra.eod.Franc. in d.c. 1.ne cler.in 6.qui tamen in c.cum ab eccleſiarum. de offic.ord.probat, quòd poteſt excommunicare etiam laicos qui ſunt in plebanatu, & interdictum proferre, eaque relaxare, quod & Epiſcopo licet.d.c. vbi glo.vel dicendum eſt pro concordia, quod ſi plebanatus eſt eccleſia collegiata, vel ſi Plebanus eligitur à collegio, & ab Epiſcopo confirmatur, quod

Digitized by Google

quod habet prædictam iuriſdictionem illos de collegio, in ciuilibus,& criminalibus:aliàs non,niſi de mandato Epiſcopi,vel in pœnitentialibus tantum,iuxta cap.fi.de offic. Arch. In reliquis tamē dicetur conſtitutus in dignitate,qui tamen habet prædictas iuriſdictiones, etiam ſi eligitur ab Epiſcopo,& præficiatur collegio:vt ibi dicit Abb. in d.cap. cum ab eccleſiarum.idem Rota de præſcript.deciſ. 2.in nou.vel ſi ea præſcripſit.

II. Iure communi poteſt conferre dictas capellas cum vacant,vt ibi dicit.& Franc.& prædicta eo magis procedunt ſi adſit priuilegium id dictans, vel præſcriptio legitima, vt ibi dicit Abb.

III.Dicti capellani tenentur ab eo recipere ſacramenta, non alibi,eo inconſulto.

IIII. Poteſt eos viſitare.c.cum venerabilis.de cenſib. in 6.ſi id habet conſuetudo,ex Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.3.aſſumpto tamen notario de Epiſcopi conſenſu per ſeipſum tamen,& infra menſem reddita ratione Epiſcopo viſitationis, qui etiam Epiſcopus poterit ſeorſum eaſdē eccleſias viſitare.

V. Poteſt admittere reſignationes ſubditorum.Abb.in d. c.cum contingat. in fin. & excommunicare, ex quo habet iuriſdictionem,licet id non poſſit ſimplex curatus, & actus iudiciarios exercebit in loco ſuæ reſidentiæ,vel vbi mos eſt, vt dicit Abb.in d.cap.ſi quis contra.

VI. capellani tenentur ei in pertinentibus ad eccleſiam obedire,vt dicit Gem.in c.1.de conſuet.in 6.non poteſt verò exercere iuriſdictionem in parochianos ſui plebanatus in foro contentioſo.Abb.in d.c.cum contingat.

VII. Poteſt conſtituere vicarios,Lap.alleg.cap.

VIII. Habet ius patronatus. Fuſch.lib. 2.cap.6. de viſit.

IX. Capellani tenentur ab eo recipere ſacramenta, quæ aliis miniſtrant.Fuſchus ibid.& Cucch.tit. de Archipresbytero,vt ſupra.

X. Eſt proprius ſacerdos capellanorum,& populi.cap.fin. de offi.Arch.

Et hæc de iure procedunt,vt dicit Abb.in d.cap.cum contingat. ſed quia conſuetudo dat, & adimit iuriſdictionem, ſtandum erit conſuetudini, vt dicit Abb.in d.c.cum contingat. qui tamen adhuc dicetur conſtitutus in dignitate, ex ſupra dictis.

4 *Plebanus quæ agere debeat.*

Secundum dictum. Plebanus tenetur curam habere cleri, &

& populi plebanatus, & corũ actus ſpectare, & eorum confeſſiones audire, & eorum grauia delicta Epiſcopo referre, ſic tamen, vt non agat quid contra ius. cap. fin. de offic. Arch. modo ſupra expoſito, nec abſoluat à caſibus reſeruatis Epiſcopo, niſi de eiuſdem licentia, cum id nec Archipresbytero ciuitatis liceat, vt dicit glo. in cap. 2. eod. & etiam tenetur accipere olea ſacra ab Epiſcopo quotannis, & Capellanis diſtribuere.

Quia verò idem habet curam animarum, obſeruet infra dicenda tit. de Parocho: in cæteris videnda quæ de Prælatis in genere ſunt tradita.

SVMMARIVM.

1 *Parochia vnde dicatur, cur instituta, & quid ad eam requiratur. num. 2.*
3 *Parochialem eccleſiam quis conſtituere poſſit, quibus ex cauſis, & quomodo.*
4 *Parochialis eccleſia non debet eſſe ſine dote, & quæ dicatur dos eius ſufficiens.*
5 *Parochi qualiter ſe habeant ad Epiſcopos circa onus curæ animarum, & quod eorum maius ſit onus.*
6 *Parochi à quibus eligantur, & qua forma, & quis concurrentium præferendus, & qualis debeat eſſe Parochus. num. 7.*
8 *Parochialis eccleſia an poſſit optari, vel peti, vel recuſari, ſi ſuperior vocet.*
9 *Parochus, & eccleſia parochialis multis prærogatiuis potitur. Beneficia vt vnienda, & quando parochialibus, d. num.*
10 *Oblationes, vt debeantur Parochis.*
11 *Oblationes debentur Rectori parochiæ, & quomodo.*
12 *Oblationes à quibus non recipiendæ.*
13 *Sacramenta vt ſint neceſſariò ſumenda à Parocho, & quomodò.*
14 *Decimæ debentur Parochis.*
15 *Decimæ de quibus, à quibus, & vt ſoluendæ.*
16 *Primitiæ debentur Parochis, remiſſiuè.*
17 *Sepeliri vt debeant decedentes in parochiali, & an ſepultura eligi poſſit, & quomodo.*
18 *Quarta vt debeatur parochiali, de quib, & quomodo,*

Digitized by Google

do, vbi quis extra eam ſepelitur.

19 *Circa Sepulturam à quibus cauendum.*

20 *Sepultura qui careant.*

21 *Parochus, vt ſit Iudex parochianorum in foro pœnitentiæ, & quibus aliis priuilegijs potiatur, circa celebrationes, benedictiones, reparationem eccleſiæ, obedientiam, & reuerentiam.*

23 *Parochus ad quæ ex officio teneatur, circa curam animarum exercendam, Euchariſtiæ detentionem, & ſacrorum oleorum, eccleſiæ reparationem, celebrationem diuinorum, doctrinæ Chriſtianæ eruditionem, cultum eccleſiarum, correctionem, obedientiam erga Epiſcopum, & alia.*

24 *Parochus quæ vlterius ſaltem ex conſilio præſtare debeat.*

De Parocho. Cap XXVIII.

LICET Parochus ſimplex non dicatur conſtitutus in dignitate, nec prælaturam habere: vt not. Franch. in cap. 1. in fin. ne cler. vel mon. in 6. tamen quia largè dicitur prælatus, quia præſit ſibi commiſſis, quò ad forum pœnitentiale, licet non quò ad iuriſdictionalia, vt habetur in c. tua de cler. ægrot. vbi prælatus dicitur. Ideò de eo dicendum. Pro clariori vero intelligentia dicendorum, obſeruandum eſt in vniuerſum, primo loco,

1 *Parochia quid ſit, & vt inſtituta.*

quod parochia dicitur, quaſi partitio curæ: quia Rector eccleſiæ curam habeat animarum totius populi intra illos limites congregati. cap. 1. de cap. mon. cap. cum ſingula. de præb. in 6. cap. de multa. extra eod. Abb. in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præb. Gem. in c. licet canon. de elect. in 6. & in cap. paſtoralis. de his quæ fiunt. Io. And. in cap. quia nonnulli. de cler. non reſid. Hoſt. in ſumma de parochiis. cum enim augeretur populus Chriſtianus, Dionyſius Papa vigeſimuſquartus poſt B. Petrum ſingulas eccleſias, ſingulis ſacerdotibus aſſignauit, ne quis alterius fines ingrederetur. cap. eccleſias. 13. q. 1. & vt quiſque animarum ſibi aſſignatarum curam haberet, idque tam in ciuitatibus, quàm in caſtris, & villis: vt inquit Nau. in cap. placuit. de pœnit. diſt. 6. vt Epiſcopis in partem ſollicitudinis paſtoralis opem

Digitized by Google

opem ferrent, quíque & curiones dicuntur, quia & regionibus vrbis in ſacris, & alibi præponuntur, vel ita dicuntur Parochi à præbitione, eo quòd ſibi commiſſis ſacramẽta, & ſacra præbeant, Parochi enim, Græcè, idẽ quod præbitio eſt.

II. Prænotãdum, quòd vt dicatur Parochia, & Parochus eius Rector, oportet, quod certos habeat parochianos, & certam regionem ſibi infra certos limites aſſignatam, cum poteſtate fori pœnitentialis, & neceſſitate ſacramenta ſubditis adminiſtrandi, & illis ab eo ipſa accipiendi authoritate Epiſcopi fundatam, cum id ſine illa non liceat. c. nullus omnino. 16. q. 7. & in Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 13. ad id enim non ſufficit tacitus conſenſus populi, qui in eo nõ poteſt ſe intromittere. cap. meſſana. de elect. imò ſi parochiales non habent proprios fines, ſed promiſcuè ſacramẽta petentibus miniſtrant, debent Epiſcopi diſtinctio populo in proprias parochias, cuíque proprium aſſignare Parochum, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 13. Dec. in c. ad aures. de reſcript. quæ quidem diſtinctio parochiæ probatur ex teſtibus deponentibus, quòd à tẽpore, cuius initij memoriam in contrarium non extat, talis limes fuit obſeruatus, vt inquit Archid. in c. plures. 16. q. 1. & in c. 1. de conſuet. in 6. qui etiam fines, vbi de ipſis cõſtat, præſcribi nõ poſſunt. cap. ſuper eo. de paroch. ob malam fidem, quæ in præſcriptione nil facit. c. 1. de præſcript. in 6. & dicitur parochia, etiam quòd parochiani actu ibi non adſint, ſed receſſerint, vt dicit Cald. conſ. 4. Io. Andr. in d. c. licet canon. quæ tamen eccleſia non vacaret per aſſecutionem alterius: vt dicunt Doct. in c. de multa. de præben. licet de eo in impetratione ſit mentio fienda. Ex actu verò ſolo ſepeliendi non efficitur eccleſia curata, vt dicit Feder. conſ. 8. & 135. cum conſuetudine, vel Epiſcopi conceſſione id haberi poſſit, vt dicit Anch. in c. 1. de ſepult. & Hoſt. in c. quia nonnulli. de cler. non reſid. Nec per actum ſolum baptizandi, ſi nõ habetur certa parochia, vt dicit Paul. in clem. vnica. de bapt. & ibi Card. q. 4. & Imol. Vnde fratres minores, & prædicatores, licet poſſint audire cõfeſſiones, non per hoc dicuntur curati, quia nõ habent certam parochiam, nec populus tenetur eis confiteri, nec ipſi eos audire, vt inquit gl. in clem. dudum. verbo, impendant. de ſepult. Abb. in c. ſignificaſti. de foro cõpet. & in c. omnis. de pœnit. ſed oportet, vt ſupra, quòd limites ſint diſtincti, cum neceſſitate miniſtrandi, & recipiendi ſacramenta ab eo, maximè Baptiſ-

2 Parochia vt dicatur, quæ requiratur.

X mum,

Digitized by Google

nium, Pœnitentiam, Euchariſtiam, & alia, cum ſepultura eccleſiaſtica, vt infra. Card. in clem. 2. §. fin. de relig. domibus. Gom. q. 2. in reg. de Idiom. & vt exerceat curã nomine ſuo. Doct. in clem. vnica. de offic. ord. oportet etiã ad hoc vt quis dicatur curatus, quòd vnus ſit tantum qui exerceat curam proprio nomine non alieno. Staphil. de literis gratiæ. tit. de ſtat. & qual. & ſi duo inſtituãtur in eccleſia parochiali neuter eſt curatus, vt dicit Oldr. conſ. 67. cum non debeat eſſe duo capita in vna eccleſia, ex quo in eis non habet locum diſpoſitio. c. licet canon. de elect. in 6. nec etiam Parochus dicitur, qui habet beneficium ſimplex cui ſit annexa parochia. Old. conſ. 203. Et parochialis eſt quandoque cum dignitate, vt ſi ſit in collegiata, plebanatus, & huiuſmodi, aliquando non, ſi ſimplex ſit parochialis.

3 *Parochia vt cõſtitui poſſit, à quo, & quomodo.*

III. Notandum, quòd Epiſcopus poteſt conſtituere eccleſiam parochialem de nouo, vbi populus non poteſt recurrere ad parochiam ob amnem intermedium, locum muratum, & parochiani ſint extra eum, & ob nimiam diſtantiam cum animarum periculo, eam dotando ex fructibus matricis, qui ſi nõ ſufficiunt poteſt cogere populum ad ſubueniendum Rectori ex Conc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. Secundò, ſi eccleſiæ parochiales non poſſint reparari ex fructibus beneficij, nec à populo, poteſt eas Epiſcopus trãsferre ad matricem, vel eccleſias viciniores, cum eorum commodis, & oneribus, erigendo in eis altare ſub eiſdem inuocationibus, ex Conc. Trid. d. ſeſſ. c. 7. Cauẽdum verò ne parochiales vniãtur regularibus, dignitatibus, vel canonicatibus collegiatæ Cathedraliſve, ſimplicibus beneficiis, aut militiis, & ſi huiuſmodi vniones ſunt factæ à quadraginta annis poſt Conciliũ, eas Epiſcopus declaret nullas ſi per obreptionem, vel ſurreptionem ſunt obtentæ. ſeſſ. 24. c. 1. & ſi parochialis eſt vnita menſæ capitulari, Cathedrali, vel aliis piis locis, prouideatur ibi de idoneo Vicario etiam cum aſſignatione tertiæ partis fructuum beneficij ſi Epiſcopo videbitur, ex eod. Conc. ſeſſ. 6. c. 2. & ſeſſ. 7. c. 5. & 7. Tertiò, poteſt Epiſcopus etiã vnire eccleſias parochiales cum aliis ſimilibus, vel ſimplicibus ob earum paupertatem. ſeſſ. 21. c. 5. eod. Conc. & poteſt etiam augere numerum ſacerdotũ in parochialibus, vbi populus excreuit ſic, vt vnus non ſufficiat ſacramentis adminiſtrandis, & diuinis officiis celebrandis ex fructibus beneficij alendos. ſeſſ. 21. c. 4. & in ſubſidium populus cogi

poterit,

Digitized by Google

poterit, vt eis ſubueniat. d.cap. in quo tamen ſpectandus eſt vſus locorum ſimilium, nec ſine cauſa eccleſia grauetur. Quartò, ſi in ciuitate, oppido, vel loco nullæ ſunt conſtitutæ eccleſiæ parochiales, vt certus adſit cuilibet Parochus. ſeſſ. 24.c.13.§.fin. Quintò, effici poteſt etiam curata eccleſia ex conſuetudine, vel præſcriptione ab iis qui capaces ſunt curæ, vt dicit Card. in clem.1.§.fin. de relig. dom. Arch. Ioan. And. in c.conquerente. ver. ſi autem. de offic. ord. cum temporis curſus mutet ſtatum qualitatibus beneficij, vt dicit Staphil. tract. de literis gratiæ. tit. de qual.& ſtat.benef. Sic tamen in prædictis, vt parochia habeat ſaltem decem homines.c.vnio.§. fin. 10.q.3. & curetur vt parochialis conſtituatur in loco commodiori populo, aliàs ad aliam eccleſiam transferatur, ſaluis iuribus parochialibus, & maximè ſi ſubeſt latronum incurſibus, & huiuſmodi, vt promptius ſacramenta populo miniſtrari valeant, iuxta not. per Doct. in c. licet canon. de elect. in 6.

IIII. Notandum, quòd Parochialis eccleſia debet habere dotem ſufficientem, dummodo homines non morerentur ſine ſacramentis, ſic enim conſtrui poteſt etiam ſine dote, vt inquit Abb. in c.ad audientiam. de eccl.ædif. Dicitur verò dos competens, quæ ſufficit miniſtris, & luminaribus. cap.piè.16.q.7. & ad hoſpitalitatem, procurationes, & munera alia Epiſcopalia perſoluenda. c. de monachis. de præb. & cap.2. de ſuppl.negl.prælat. cum aliis oneribus perſoluendis, & vbi ſaltem vnus clericus apud Rectorem alatur.c. vt quiſque. de vita, & hon.not.in cap.ſtatuto.§. vbi autem. de decim.in 6. iuxta qualitatem perſonarum, loci, & temporis. gl.in cap. cum adeò verbo, ſufficientem. de reſcript. Lamb. de iure Patr.lib.1. p.1. quæſt.5. art.21. Vnde ex Conc.Trid. ſeſſ.24. cap.13. decernitur parochialem eccleſiam, quæ non excedit reditum annuum centum ducatorum nõ poſſe penſione grauari, quæ centum intelliguntur, iuxta valorem ducatorum in qualibet regione, vt congregatio ſacra reſpondit: ídque pro victu Rectoris, deductis oneribus perpetuis illi impoſitis, viſitationis tamen impenſa eſt fienda impenſa Rectoris, cum is viſitetur, vt & cãdelarum, quibus celebrat, & defert ſacramentum, & clerici, qui ei ſeruit, impenſæ verò olei pro lampade, & candelarum, quæ diſtribuuntur fiant impenſa reſeruatarij, ſi aliud non ſit expreſſum. Nou. conſ. 46. de præben. 4 *Parochialis eccleſia, qualiter conſtituenda.*

Digitized by Google

5 *Parochi qualiter ſe habeāt ad Epiſcopum.*

V. Notandum, quòd Parochi ſe habent ad Epiſcopum ſicut baliui ad Regem, Epiſcopi enim habent curam ouium ſuæ diœceſis principaliter, vnde & ſoli dicuntur ſponſi eccleſiæ, vnde ſine licentia Papæ non poſſunt renunciare Epiſcopatui, qui ſolus diſpenſat in votis perpetuis, Parochi verò habent aliquas adminiſtrationes ſub Epiſcopis, ſic vt nil arduum ſine eorum licentia agant, vt habetur in cap.fi. de offic. Archipresb. & ſunt vt officiales Epiſcopi, Epiſcopi verò vt agentes principales, vt inquit Caiet. 2.2. quæſt. 184. artic. 6. & 8. & ibi Valent. Dom. Sot. 4. diſtinct. 18. quæſt. 1. artic. 5. & ideò Parochi non tenentur ad manendum perpetuò in beneficiis curatis, cum eis liceat tranſire ad religionem. cap. duæ. 19. quæſt. 2. vnde ex his colligitur, quòd Parochi licet veniant appellatione paſtorum, & teneantur animarum ſibi creditarum Deo rationem reddere. Heb. 13. Oſius de ſacr. vernac. ling. cap. 7. vnde & Patres dicuntur. cap. omnes qui. 3. quæſt. 5. cap. ſacerdotes. 6. quæſt. 1. & dicantur curam animarum habere. cap. 1. ſeſſ. 23. in Trident. Concil. attamen Epiſcopi ſunt principales in cura, Parochi minus principales, ex quo fit, vt Epiſcopus præferatur Parochis in adminiſtratione curæ animarum ſi aliquas ex eis curare velit, & ſi Epiſcopus aliquos caſus, vel perſonas ſibi reſeruet, quòd circa illas Parochus nil attentare poſſit, nec quid aliud quòd Epiſcopus prohibeat, vel ad Epiſcopi authoritatem ſpectet, qui & dicitur perficiens, ſacerdotes verò ſolum illuminantes minora, vt inquit Dionyſ. de eccleſ. hierarch. cap. 5. debent tamen ea exercere Parochi, quæ eis conueniunt, de quibus infra, niſi prohibeantur, qui & ideò non dicuntur eſſe in ſtatu perfectionis, vt Epiſcopi, vel religioſi, cum non habeant principaliter ipſi perficere, ſed tantum illuminare, nec obligentur ad perpetuò retinendum beneficium, nec etiam principaliter ad ponendum animam pro ouibus, cum id ſit onus Epiſcopi, niſi quatenus de cura participant, vt dicit D. Thom. d. art. 6. ad ſecundum. dicuntur tameu eſſe in ſtatu perfectionis ratione difficultatis bene operandi in cura animarum, cum virtus verſetur circa difficile. 2. Eth. cap. 3. ob exteriora pericula, vt inquit ibi D. Thom. art. 5. 6. 7. & 8. in corp. & in reſp. ad contraria.

6 *Parochi electio ad quem*

VI. Notandum, quòd electio Parochi iure communi ad Epiſcopum ſpectat. c. omnes baſilicæ. 16. q. 7. c. expedit. ſeſſ. 24. in Trid. Concil. & ex Bulla 38. Pij V. etiam vbi collatio

ad

ad Papam, vel inferiorem ſpectat, ex dicta Bulla, niſi eccleſia ſit patronata laicorum, quo caſu patronus idoneum ſacerdotem ad eccleſiam regendam Epiſcopo præſentabit, quem ipſe Epiſcopus inſtituet, idque ſine concurſu, vt ſacra congregatio Concilij reſpondit, deciſ. 288. poterit tamen Epiſcopus rejicere præſentatum à patrono, ſi non ſit idoneus. d. c. expedit. & ſi patronus ſcienter præſentauerit indignũ, priuatur ea vice poteſtate præſentandi. c. cum vos. vbi gloſſ. de offic. ord. & Epiſcopus ſupplebit eligendo, niſi accumulatiuè præſentauerit: quia ſic, primo reprobato, alium poterit præſentare: intra quatuor tamen menſes, vt dixi tr. de Iure Patr. quòd ſi patronus ſit eccleſiaſticus, fiet concurſus, & patronus magis idoneum ex illis, qui concurrerunt, Epiſcopo prȩſentabit, qui eum inſtituet. d. c. expedit. Conc. Trid. Similiter ſi beneficium vacat per reſignationem in fauorẽ in curia. ſic prouiſus examinabitur coram Epiſcopo, vel eius Vicario cum tribus examinatoribus, ſine concurſu tamen, ex deciſ. 89. ſacra congreg. vel examinabitur in curia ſi ibi adſit, cum fide ordinarij de vita, & moribus; quòd ſi eccleſia ſit collegiata, Papa eam conferet ſine concurſu. ex deciſ. 266. ſacra congreg. & idem ſi parochialis Papæ ſit reſeruata, Papa eam conferet, Epiſcopi tamen erit electio perſonȩ, niſi ſit collegiata. ex dicta Bulla 38. Pij V. & Epiſcopi eſt electio eo magis perſonæ, ſi collatio ſpectet ad Patriarcham, & eccleſia vacet in diœceſi Epiſcopi. d. deciſ. & deciſ. 274. & ſi ius patronatum ſit eccleſiaſticum, & collatio ad inferiorẽ Epiſcopo ſpectet, tunc Epiſcopus ſolus eliget digniorem ex iis quem patronus præſentarit. d. c. expedit. Conc. Trid. Si verò eccleſia ſit libera, & beneficium vacet, in ea Epiſcopus Vicarium conſtituet cum congrua fructuum aſſignatione, qui interim onera eccleſiæ ſuſtentet, & iubebit affigi edictũ ad valuas eccleſiæ Cathedralis, & vacantis, quo inuitentur qui ad id beneficium volent concurrere, vt intra decem dies ſe præſentent, & nomẽ ſuum per tres dies ante lapſum decem dierum in actis deſcribere faciant, vt inquiri poſſit de eorum vita, & ſtatu. d. c. expedit. quod edictum vltra alios dies decem prorogari non poteſt, ex dicta Bulla 38. Pij V. & hoc edictum, & examen fieri debet, aliàs collatio eſt nulla, ex d. Bulla; & beneficium Papæ reſeruatur, ſi ſecus fiat, vt in d. Bulla habetur, vt & ſi non fiat concurſus, ex d. Bulla; & beneficium per concurſum conferri debet, & examen fieri, etiam

ſpectet, & qua forma id agi debĕt.

Examen parochorum & concurſus.

Digitized by Google

ſi beneficium ſit conferendum perſonæ notæ, & præſtanti ſcientia, moribus, & ætate. Fuſch. de viſit. lib. 2. c. 5. nu. 10. & etiam ſi Epiſcopus id conferat ſuo Vicario generali, vel Pœnitentiario, vel famoſiſſimo Doctori, etiam promoto ad Doctoratum in publica Academia, vt dicit ibi Fuſc. & congreg ſacri Concilij reſpondit, & etiam quòd quis habeat teſtimonium ab Epiſcopo, q͂ ſit idoneus ſcientia, moribus; & ætate, eſt adhuc denuo examinandus per concurſum, ex deciſ. congreg. Et hoc examen fieri debet ab Epiſcopo etiam quòd Abbas in Parochos. & parochianos exerceat iuriſdictionem Epiſcopalem, & idem de inferioribus, adhuc enim edictum, & approbatio vnius ex cõcurrentibus examinatis, fiet ab Epiſcopo. In beneficiis etiã reſeruatis Papæ, & menſibus reſeruatis, Epiſcopi debent proponere edicta, & à Papa collatio fiet electo ab Epiſcopo in concurſu, ex dicta Bulla 38. Pij V. modo fidem ab ordinario habeat, quòd ſit electus: Concurſus tamen non fit in reſignatione ad fauorem, ſed tantum examen, nec in cura animarum, quæ exercetur in eccleſia collegiata per canonicos, fit concurſus, ex deciſ. congreg. nec vbi permutatio fit in curatis, quo caſu ſi ambo ſint talia, nõ requiritur nouum examen. Cautus verò debet eſſe inferior, ad quem ſpectat collatio, vt fiat inſtrumentum, in quo proteſtetur ſe in ea eccleſia conferenda ordinariũ præuenire, & eam conferre illi quem Epiſcopus magis idoneum elegerit, ex approbatis ab examinatoribus, denunciando vt edicta proponat, & examen fiat, vt & datur appellatio à mala electione quam facit Epiſcopus, eligendo minus idoneum; quod examen eſt fiendum coram Epiſcopo, vel eius Vicario abſque eorum tamen voto deciſiuo, qui tamen accedere poſſunt vbi vota ſunt paria, vel ſingularia, cui eis magis videtur, ex d cap. expedit. & deciſ. congreg. Et vbi collatio parochialis ſpectat ad Papam, vel alium Epiſcopo inferiorem, debet Epiſcopus intra quatuor mẽſes à die vacationis eligere magis idoneum ex approbatis ab examinatoribus, & ſignificare intra id tempus illud Papæ, vel alio collatori, aliter diſpoſitio eius beneficij ſpectat ad Papã, vel aliũ collatorem, vt & ſi intra ſex menſes Epiſcopus in eius menſibus magis idoneum non elegerit, & cõtulerit, beneficium Papæ reſeruatur, vt & ſi beneficium eſt iuris patronatus eccleſiaſtici, vel clericorum, & laicorum ſimul, ſi præſentatus intra tempus à iure præfixum, præuio examine approbatus,
non

non petitur inſtitui,& ſi inſtitutio per duos mēſes à die præſentationis dilata fuerit,collatio,& inſtitutio huiuſmodi Papæ reſeruatur, vel indulta ab eo habentibus, data tamen in parochialib. optione patronis, vt ſi inſtitutio ad ordinarios ſpectet, & illam facere negligant vltra dictos duos menſes, vt poſſint pro huiuſmodi inſtitutione obtinenda recurſum habere ad Metropolitanum,vel viciniorem Epiſcopum,aut apoſtolicam ſedem, vt habetur in dicta Bulla. Flam. Pariſ. lib.8.de reſig.benef. q.9. ad fin. quandoque tamen examen fit in vrbe de perſona, quæ ibi diu manſit, & mandatur ordinario, vt eius rationem habeat in electione facienda. Pariſ.lib.10.de reſign.q.7.in fin. Et edictum de quo ſupra, debet ſtare affixum per totum illud tempus, & id amouens, ſi ſit perſona priuata,vel corrumpit,aut aufert de manu nuntij,graues pœnas incurrit Socin.in l.ſi quis id quod.ff. de iuriſd.omn.iud.Guid.Pap.deciſ.579.nu.5.Lamb. de Iure Patr. lib.2.fol.174.Rebuff.in reg.de publ.reſign. gl. 10. quod edictum,vt per decem alios dies prorogetur, oportet vt ſubſit cauſa legitima id agendi, vt quia in primo termino deſcripti fuerint legitimè impediti,quominus potuerint intereſſe, ex Conc.I.Prou.Bonon.tit.de examine per concurſum. ver. quando prorogandum.

Tranſacto verò tempore ſtatuto, deſcripti examinentur, præſente Epiſcopo,vel eius Vicario generali, à tribus examinatoribus in ſynodo diœceſana electis,qui ſint Doctores in iure canonico,vel Theologia,aut licentiati,aut aliàs magis idonei,quàm fieri poſſit,etiã ſi ſint regulares; & peracto examine renuncientur qui magis idonei ſcientia, morib. & ætate ad eccleſiam regendam,per fabas ſecretas albas & nigras, fuerint iudicati,& ſi vota ſint paria,vel ſingularia,Epiſcopus, vel eius Vicarius accedere poterit quibus magis ei videbitur, & ex his omnibus Epiſcopus eliget quem cæteris magis idoneum iudicauerit,etiam ſi collatio ad pertineat.d. c.expedit.à quo fiet;cum eligendo, notario præſente, & de hoc rogato,& duobus ſaltem teſtibus adhibitis, eum qui in loco reſidere,& curam animarum per ſeipſum exercere poſſit. c. quia nonnulli de cler. non reſid. & magis cæteris idoneus ſit ſcientia, moribus, & ætate ad eccleſiam regendam, vt ſcilicet ſcientiæ ſit præſtantis,vel ſaltem ſufficientis:modò vt dixi tract.de Elect. & annũ vigeſimumquintũ attigerit.cap.cum in cunctis.§.inferiora.de elect. & nullo crimine

7 Parochi qui præ cæteris eligendi, & an id liceat appetere.

Parochus eligendos qui annum.25. attigerit.

irretitus iudicetur, vel ſit denunciatus, in paritate cum præponendo qui ſit incola loci, vt qui magis notos habet mores populi, & amore potiori erga animarũ illarum ſalutem affectus exiſtat, & eum qui eſt de gremio eccleſię, extraneo, niſi exterus ſcientia, & moribus multum præemineat, pauperem diuiti, niſi eccleſia ære alieno grauetur, & egeat diuitis potentia, intitulatum non intitulato, Doctorem plebeium, nobili tantum, legitimum legitimato, Canoniſtam, Theologo, vbi eſt magna cauſarum vẽtilatio, Theologum verò, vbi hæreſes vigent, ſemper bonum ei qui ex deuio eſt reductus, ſeniorem & priorem ordine, iuniori, & ordine poſteriori, cum qui curam animarum exercuit otioſo, vt latè dicit Lambert. de Iure Patr. lib. 2. p. 3. q. 5. prin. art. 1. cũ ſeq. Et in ſumma, eum eligendo, qui præ cæteris ſit ſcientia excellens, Dei cultor, hominumque amator, & in quo Dei amor, & zelus in odium non vertatur, hominum infirmitatibus compati ſciens, moribus caſtus, diſcendi ſtudio deditus, iuſtus, ſobrius, benignus, iræ expers, iniuriæ propriæ immemor, patiens, pecuniæ contemptor, liberalitatis amator, miſericordiæ ſectator, charitate præſtans, facilis ad adiuuandũ, perſonarum nequaquam acceptator, pacis curator, infirmorum & pauperum pater, curioſè attendens ne Deus lędatur, aut populus, vel clerus peccet, feruidus ad bonũ populi promotor, labore indefeſſus, ſeque denique cum eius familia, apud Deum, & homines tanquam formam gregis ſine reprehenſione oſtendens; quòd ſi Epiſcopus, digniori omiſſo, minus dignum eligat, tanquam perſonarũ acceptator, mortaliter peccat. c. 1. ſeſſ. 24. de refor. in Trid. Conc. Lamb. de Iure Patr. lib. 2. q. 10. art. 3. & ipſe reiectus ex prædicta Bulla 38. Pij V. poteſt appellare, vt ſupra, ad Archiepiſcopũ à mala electione Epiſcopi, non tamen à reiectione examinatorum, & interim prouiſus ab Epiſcopo adminiſtrabit, qui Epiſcopus & cauere debet ne ante concurſum peractum alicui beneficium vacans promittat, vel deſignet, aliter grauiter peccaret.

Caueat verò quilibet, ne importunis precibus, nedum pretio beneficium huiuſmodi procuret, cum id graue ſit peccatũ, vt not. in c. tuam. de ætate, & qual. etiam ſi quis eo aliàs dignus exiſtat, ex tali namque affectatione ſe indignum eo demonſtrat, honores enim refugientes ſe quærunt, quærentes verò fugiunt, & re vera honores eccleſiaſtici, & maximè

curam

Digitized by Google

curam animarum habentium rationabiliter non ambiendi, ſed fugiendi ſunt, rationibus, de quibus ſuprà de ſtatu Epiſc. c.1.ad fi.& de ſtatu Prælat.circa princ.habetur,& etiam cum vix quiſque ſufficiat pro propriis delictis rationem reddere, & tamen Prælatus etiam pro peccatis populi teneatur, modo quo dixi de ſtatu Epiſc.c.7. vnde *Ioſue principes populi contra Solem ſuſpendit*, *& furor Dei à populo eſt amotus*. vt d.gloſſ.Num.25. Præterea bonus paſtor ægra pecora inuiſit,diſperſa requirit,relicta colligit,laſſa ſuſtentat, vt dicit gl.Zach.11.Oues Chriſti non ad lucrum,ſed Chriſti amore paſcens, Domino propter Dominum inſeruiens:vt dicit gl. Matth.23. quæ ſunt ſollicitudinis, & laboris operationes, vnde indignus eſt lana,& lacte, ſcilicet honore,& vtilitate, qui non paſcit oues, qui non vigilat in cuſtodia gregis.cap. fortè.23.q.4.& docet Aug. lib. de Paſtoribus. Præterea paſtor bonus gloriam propriam non quærit, ſed Dei. Luc. 2. *nec acceptum talentum ligat in ſudario*, *ſed nummularÿs partitur, quibus vſuras Domino quærit*. Luc.19. Matth.25. Præterea tenetur Prælatus ſubditis de tẽporalib. prouidere ſi egẽt,& ipſe ſuperabũdet. §. ecce. 36. diſt. vbi gl.ac carnem ſubjicere ſpiritui,mundũ deſpicere,& proximo cõpati,vt dicit Hugo de Clauſtro. lib. de his qui. & ſubditis prælati debent eſſe matres eos fouẽdo, patres per diſciplinam eos corripiendo,vt inquit Bern.ſerm.12.in Cant. & habetur in cap. hinc etiam.45.diſt.quæ ſunt perfectionis, & prudentiæ magnæ operationes,vlterius prælatus debet vitæ actiuæ,& contemplatiuæ operam dare, contemplatiuæ Deum pro propriis & peccatis populi deprecãdo, & à Deo quid agendum ſit,cõſilium petendo,tũ à Deo peccata ſubditis fideliter miniſtrando.c.ſi quis vult.33.diſt.vt ſic paſtores attendant ſibi, & pretioſo depoſito illis credito, anima ſi quidem ciuitas eſt,vt eius intendatur cuſtodiæ. Luc.2. ſponſa eſt,vt ſic ſtudeant ornatui eius per virtutes,& opera bona.c. fœminę.30. q.5.Oues ſunt,vt ſic earum paſcuis intendatur. 1.Petr.5. cap. eſto.95.diſt.eas cuſtodiendo à vi tyrannorum. c.hoc.6.q.1. à fraude hæreticorum.c.inter.de purg. can. & à tentationibus dæmonum.c.2.16.q.1. & vt ornentur orationibus, virtutibus,& bonis operibus.c.ipſi ſacerdotes.1.q.1. Paſcẽdo ſacris ſcripturis, & ſacramentis, ac monitionibus. Ad cuſtodiam opus eſt fortitudine. Eccleſ.7. *Noli fieri iudex*, *niſi valeas diſrumpere iniquitatem*, *ſpirituali aſtutia contra dæmonum*

Parochi conditiones & virtutes.

inſidias. 2. Cor.10.& *fidelitate, vt non quærat prælatus quæ ſua ſunt, ſed Chriſti.* cap. ſunt in eccleſia. 8. quæſt. 1. & ad mores corrigendos diſciplinæ cenſuram adhibere debent. cap diſciplina.45.diſt.magna ſi quidem eſt ſacerdotum gloria rectitudo ſubditorum. 1. Theſſ. 2. ſic, vt non præeſſe hominibus appetant, ſed prodeſſe. c.qui Epiſcopatum. 8.q.1. cum poteſtas accepta non honor, ſed onus ſit æſtimanda. c. ante omnia. 40. diſt. & paſtor in veritate Chriſtum annunciat, mercenarius occaſione.cap tres.23. q. 4. Præterea *paſtor bonus ſemper affici debet pro ijs qui ad eius ſollicitudinem pertinent.* 2. Cor. 11. nec aliud eius pectus occupare, quàm animarum ſalus, exemplo *Moyſis, & Pauli, qui cupiebant ſeparari à Deo propter fratres.* cap. diſciplina. 45. diſt. Rom. 8. reuocando quod errauerat, deuios reconciliando. 26.q 6.per tot.errantes confirmando Dei exemplo. Pſal.67. *Confirma hoc Deus, deficientes in iuſtitia, hortando ne pereant, & ne deſperent de venia* cap.1.de pœnit. diſt.7. proficientibus animum addendo ſpe futurorum, vt progrediantur; nec debeat proinde honoris ducatum ſuſcipere, qui neſcit ſubditos tramite melioris vitæ præire. §. nunc autem. 25.diſt. §.1.diſt.49.cum nulla ars debeat præſumi doceri niſi prius diſcatur.59. diſt.per totum. & animarum regimen ars artium ſit.c.cùm ſit.de ætat. & qual.& tradit Greg.in paſt.p. 1.c.2.cùm variæ ſint hominibus affectiones,& homini difficilè ſit ſcire regi, id eſt regenti obtemperare, & vt plurimum poteſtati recalcitret: vt inquit Seneca, ac proinde is ad præſulatum ſit promouendus qui omnibus paſſionibus modum imponere norit, qui aliena non appetit, ſed propria largitur, qui nulla mala perpetrat, ſed ab aliis patrata, vt propria deplorat Roman. 12. qui cordis affectu alienæ compatitur infirmitati.2.Cor.11.c.vera. 45. diſt. & in bonis proximi, vt propriis lætatur, qui ſe imitabilem cunctis præbet, & ſi rectè viuit, vt corda populi areſcentia doctrinæ fluctis pabulo irriget.c.de viro. 12.q. 2. Ezech. 37. qui orationis aſſiduitate iam didicit, quid à Domino obtineri poſſit.c.ſi quis. 36. diſt. & ſic à grege vitæ integritate diſtat, vt grex à paſtore diſtare ſolet.§.nunc autem. 25. diſtin. ita vt ſit cogitatione mundus.Luc.2.actione præcipuus, diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo. c. ſi rector. 43. diſt. ſingulis compaſſione proximus, præ cunctis contemplatione ſuſpẽſus. c.niſi §. nec putes.de renunc.bene agentibus per humilitatẽ ſocius

c.eſto.

c.eſto.95.diſt.contra delinquentium vitia per zelum iuſtitię erectus. c.diſciplina. 45.diſt.internorum curam exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam, internorum ſollicitudine non relinquens. c. Petrus.39. diſt. & tradit Greg. in paſt.p.1.c. 13. ita vt paruuli ad paſtoris mentem, vt ad matris ſinũ confugiant.cap. ad Romanam. 2.q.6. & ita ſe paſtor habens, vt totum quod agit ratio agat, & furor nil ſibi vendicet. c. illa.12.q.3. & in ſe habet bonitatem, diſciplinam, & ſcientiam, bonitas enim attrahit, diſciplina corripit, ſcientia paſcit.c.eſto.95.diſt. bonitas amabilem, diſciplina imitabilem, ſcientia docilem reddit, ſuum honorans miniſterium, non cultu veſtium, non faſtu equorum, non amplis ædificiis, ſed moribus ornatis, ſtudiis ſpiritualibus, ac bonis operibus; verbi Dei prędicationi inſiſtens, quo è fidelium cordibus vitia latentia euellat, & ad bonum alacres reddat, vigilem ſe præbendo circa ſubditorum curam aſſiduè, ne ipſo dormiente inimicus zizania ſuperſeminet. Matth.13. Præpoſitorum enim ſollicitudo ſubiectorum eſt cautela, quia ſi ſuper rem creditam quis vigilat, hoſtis declinat inſidias, & lux gregis eſt flamma paſtoris; paſtor ſiquidem vita, & ſcientia clareſcere debet.c.licet.8.q.1.ac vigilantia, aliàs enim ſi cura paſtoris gregi defuerit, facilè laqueos inſidiatoris incurret, quę omnia ſunt maximæ ſollicitudinis, perfectionis, & laboris operationes. Vnde cum ſapientis non ſit ſe ſpontè periculis, laboribus, & vigiliis ſubjicere, non eſt quòd prælaturæ ambiantur, aut quærantur.

Si tamen à ſuperiore quis ad regimen animarum ſuſcipiatur, & idoneus ſit, vel ſi prælatus ipſe in impedimento, quo fortè irretitur, diſpenſare poſſit, non poteſt iure oblatum regimen recuſare, qui enim virtutibus pollens regimen animarum renuit admittere, paſtorem omnium, qui ſe amare teſtanti, dixit: *Si diligis me, paſce oues meas*. Io. 21. cap. in ſcripturis.8.q.1.cõuincitur non amare, & docet Greg. in paſt. p.1.c. 6.cùm & vnigenitus Dei filius, vt nobis prodeſſet, de ſinu patris in publicum ſit progreſſus. d. c. is enim verè humilis eſt, qui ad ſuſcipiendum id quod vtiliter præcipitur, pertinax non eſt, nec prodeſſe aliis contemnit. c. ſciendum. cum ſeq.8.q.1. 8 *Parochia an poſſit recuſari à ſuperiore collata.*

Non arbitrarer quoque eum peccare, qui ſpontè ad concurſum ſe exhibet Epiſcopo generaliter per edictũ inuitante, dummodo ei animus ſit bene vtendi officio ſuo ad Dei gloriam,

gloriam,& ſubditorum ſalutem, & cõſequenter inde ſe honeſtè ſuſtentandi,cum hæc vocatio prælati ſit, licèt generalis tantum,cui quoq; eſt obediendum, prædictis virtutibus, & animo exiſtentibus,quòd ſi ad Papam, vel alios inſtitutio beneficij ſpectet, ordinarius ei mittat exemplar examinis facti per concurſum,& informationẽ clauſam,& ſigillatam,ſigillo eius,& examinatorũ.cap.poſt ceſſionẽ. vbi gloſ. de probat. qui caueant ne quid ratione examinis ante, vel poſt recipiant, aliter pœnam ſimoniæ, & priuationis beneficiorum ipſo facto incurrunt. d.cap. expedit. §. caueant. in Trid.Conc. Nec is etiam mortaliter peccat qui petit beneficium cui animarum cura annexa ſit,non tamen id licet in Epiſcopatu,ſi ei animus prædictus inſit honeſtè; & laudabiliter ſe in officio habendi, & facultatibus bene vtendi, ſe committendo Deo, & ſuperiori. Caiet.beneficium. ſanctus. Ant.2.p.tit.3.c.5,& dixi tract.de ſtatu Epiſc.cap.1.ad fin.melius eſt tamen Theologo intendere magiſterio, quàm curæ animarum,niſi inſtante neceſſitate,cùm ſatius ſit illos inſtituere,qui ſibi & aliis prodeſſe poſſunt, quod fit primo modo,quàm eos qui ſibi ſolis proſunt, quod fit ſecundo modo, vt inquit D.Th.quodlib.1.q.7.art.13.His ita not.

Theologo vtilius eſt docere quã parochum eſſe.

9 *Parochi multis priuilegijs potiuntur.*

Primum ſit dictum. Parochus, & Eccleſia Parochialis multis prærogatiuis,& priuilegiis potitur. Primò enim, ſi eccleſia parochialis ita tenuis reditus ſit, vt miniſtri ſuſtentari non valeant, nec eccleſia reparari, Epiſcopus ei vnire debet aliqua beneficia ſimplicia, vel etiam curata, dũmodo regularia non ſint, vel aliquam aliam parochialem, baptiſmalem,vel curatã eccleſiã, ſine tamen præiudicio obtinentium.ex Conc. Trid.ſeſſ.21.c.5. & ſeſſ. 24.c.13. ſic tamen vt beneficia vnius diœceſis non vniantur alteri. ſeſſ. 14.c. 9. & *ſi Parochus ipſe poſitus ſit in egeſtate,parochiani eum ſuſtentare tenentur.*glo.in c.omnis Chriſtianus de conſec. diſt. 1. Abb.in c.ex parte.de teſtib.Fel.in c. veniens. 2. col. eod.cum dignus ſit operarius mercede ſua.Luc.10. *Nec os boui trituranti ſit obturandum.* 1.Cor.9. & qui præſunt benè, duplici ſint digni honore: ſubſidio ſcilicet temporali, & ſpirituali. Maiora enim danti, ſcilicet ſpiritualia, minora vtique ſcilicet temporalia debentur.1.Corint.2.

10 *Parochi quibus prærogatiuis in ſpeciali potiãtur.*

II. Priuilegiatur, vt ius parochiale eidem conſeruetur,vt ſcilicet parochiani in diebus feſtiuis in ſuis parochiis conueniant, vbi Miſſam audiant.c.vt dominicis. de paroch. &

& ſeſſ. 5.c. 2. & ſeſſ. 24.cap.4.aliter ſi ſine cauſa, vel in contemptum Parochi ibi Miſſam non audiant,peccant,non autem ſi vt deuotius alibi audiant, vel ibi ſtatim prædicationem audiant,aut communicent:vt ibi not.Abb.& alij,& Parocho oblationes in Miſſa,& eleemoſynas tribuere debent, maximè vbi eſt conſuetum dari, ex conſuetudine, quæ initium habuit à deuotione populorum,& non exactione clericorum, quo caſu non debet Parochus eis ſacra ſubtrahere,ſi nolint conſueta perſoluere, ſed ſacris miniſtratis poterit eos conuenire,vt partes ſuas obeant,vt dicunt Io.And. & Butr.in rubr.de paroch.Fel.in d.cap.veniens.Borgaſ.tr.de Irreg.p.6.tit.de primit.& oblat.num.11.& 12.oblationum verò nomine intelligitur id quòd Deo immediatè eſt oblatũ, ſcilicet ad Dei cultum,licet quandoque cedat in vſus miniſtrorum, vt candelæ oblatæ in altari,panis, pecuniæ, ornamenta, & huiuſmodi, & licet huiuſmodi oblationes ſui natura ſint voluntariæ, quandoque tamen cadunt ſub neceſſitate,vt ſi concedatur fundus congregationi, vel vniuerſitati hac conditione,vt fiat oblatio eccleſiæ. cap. qui oblationes. 13.q.2.vel ex deputatione, aut promiſſione, vt ſi quis inter viuos, vel in vltima voluntate relinquat ad eccleſiæ perſoluendum,aut offerendum,vel ſi miniſtri egent.cap.1.de paroch.aut conſuetudo ſit introducta,vt oblationes fiant,quæ tamen conſuetudo eſt interpretanda prout fieri conſueuit, vt ſcilicet offerat maior pars populi, non autem pauperes, pueri,vel qui ad manum non habẽt pecuniam, & ſi vniuerſitas per ſtatutum eam introduxit, non poteſt oblationes tollere, vt dicit Abb.in cap. abolendæ. de ſepult. nec etiam conuertere in vtilitatem alterius eccleſiæ, niſi fieret ob fabricã alicuius eccleſiæ,& ſit expleta,quia ſic poteſt mutare, & cõuertere in vtilitatem alterius:vt dicit Silu.Decima.n.5.

Hæ verò oblationes factæ eccleſiæ cedunt commodo Rectoris parochiæ,& ſi alij eccleſiæ,prælato eius debentur, & laici omnino prohibentur eas percipere. cap. ſanctorum. cũm ſeq. 10. q. 1.ſi ſunt cultui diuino dicatæ, & eas propria authoritate rapiunt, vel ratione affinitatis remota neceſſitate,vt inquit D.Th.2.2.q.86. art.1. 2. nec etiam religioſi eas percipere poſſunt, niſi de licentia Rectoris, vel per ordinationem eccleſiæ,vel vt miniſtri altaris,ſi iis ob id dentur, & ex Conc.Trid. ſeſſ.22. cap. 11. huiuſmodi vſurpantes incurrunt excommunicationem Papalem, à qua abſolui nõ poſſunt, 11 *Oblationes, vt debeãtur Parocho.*

ſunt,niſi facta reſtitutione, mortis articulo excepto: in quo tamen Fel.in cap.dilectus de offic.ord.num.3.tenet oblationes factas celebranti infra parochiam alterius,quod cedunt parochiano,& non celebranti.

Ampliatur, vt etiam ſi oblationes fiant eccleſiæ ſitæ intra parochiam,vel altari, adhuc enim ſunt Rectoris parochiæ, & non presbyteri capellæ: vt inquit Abb. & alij in rubr.de paroch.in c.paſtoralis de his quæ fiunt à præl. in c.ex tranſmiſſa.de præſcrip.& eo magis ſi fiant imagini ſitæ in pariete domus priuatæ,vt iidem dicunt,in quo tamen Fel.in d. cap. dilectus;dicit,non deberi Parocho ſi paries ille ſit priuati viri,ſed id ſtare in diſpoſitione Epiſcopi, quod crederem procedere vbi conſuetudo id introduxit,vt & Felin.ibi ſentit & quod dicitur de altari,procedit quando offertur altari intuitu eccleſiæ,ſecus ſi intuitu ipſius altaris ſi habet bona diſtincta, quia tunc cedunt vſui ipſius altaris, in quo coniecturis eſt ſtandum ad videndum cuius intuitu factum ſit, vt ibi dicit Fel.num.4.& ſimiliter ſi oblationes fiant in aliena eccleſia,occaſione ibi ſacramentorum perceptorum,debentur illi eccleſiæ,& non parochiæ,vt ibi dicit Fel.Quòd ſi Epiſcopus celebrat in Cathedrali, vel parochia oblationes erunt Epiſcopi.cap.ſuper eo.de paroch.niſi conſuetudo ſit in contrarium,vel nimis frequenter ibi celebret,vt dicit Silu.Decima.ſub n.5.& ſi celebret in locis exemptis,vel etiam Archiepiſcopus oblationes erũt eius cuius eſt ius parochiale, vt dicit Felin.in d.cap.dilectus.& ſi diebus ſolemnibus conſueuit parochus oblationes ſuſcipere, & aliquod altare in prima Dominica menſis,ſi feſtum illud veniat in illa die Dominica,oblationes erunt Parochi,vt ibi ſentit. Silu. & ſi Archiepiſcopus celebrat in prouincia eius erunt, vt ibi dicit Silu. & quando Epiſcopus celebrat in parochia, & ex conſuetudine Parochus percipit, debetur canonica portio Epiſcopo. cap. conquerente.de offic.ord cap.ſacerdote.10.q.1.

12. *Oblationes à quibus non recipiendæ.*

Caueat tamen Parochus *ne à prohibitis oblationes recipiat,vt Hæreticis, Iudæis, Excommunicatis.*ſanctus Ant. 3. p.tit.12.§.11.& oppreſſoribus pauperum.cap.oblationes.90. diſt.& raptoribus.c.ſuper eo.de raptor. & vſurariis manifeſtis.c.quia in omnibus.de vſur.diſſidentibus, violatore eccleſiæ,qui non vult emendari.c.miror. 17.q. 4.& ſacrilegorum.c.de verò. 12.q. 2.& publicis pœnitentibus quandoque c.eos.de conſecr.diſt.4 ſi ſint notorij,& impœnitentibus,ab aliis

aliis verò recipi non prohibentur etiam à Iudæis, ſi acquiſiuere fundos ſuper quibus Chriſtiani eas ſoluebant.c.quanto.de vſur.ſi habent vnde licitè ſoluant, & idem de religioſis eo caſu, cùm res tranſeat cum ſuo onere.

III. Priuilegiatur Parochus, quò ad ſacramentorum miniſtrationem, quæ ipſe ſubditis conferre, & miniſtrare tenetur, & ij ab eo ſuſcipere, & primò, omnes tenentur ſemel in in anno proprio Parocho peccata cōfiteri.cap.omnis.de pœnit.& remiſſ.niſi de licētia Epiſcopi, vel Parochi alteri confiteantur.d.c.vel niſi ſit ſigilli fractor, aut corruptor pœnitētium, & aliis caſibus expoſitis in tract. de Sacram. Pœnit. & ab eo licentia alteri confitendi haberi non poſſit, quo caſu etiam debet quis confiteri approbato ab ordinario, aliàs cōfeſſio non valeret, articulo mortis excepto.c.7.ſeſſ. 13.in Tr. Conc. Fallit item ſi quis cōfitetur, fratri mendicanti ab Epiſcopo tamen approbato, & generaliter expoſito ad confeſſiones audiendas. Silu. Confeſſor. 1. idque etiam tempore Paſchali, nec aliis temporibus licet alteri Parocho confiteri, niſi de proprij licentia, cum opus ſit vt pœnitens ſit ſubditus ordinaria, vel delegata iuriſdictione, quod non eſt hic. de pœnit.diſt.6.in princ.c.ſi Epiſcopus.eod.tradit. Nau.c.4.n.1. & 4.& latè habetur in d.tr. 13

Parochus qualiter priuilegietur circa ſacramenta.

Religioſi mēdicantes ab Epiſcopo ad confeſſiones audiēdas approbati id poſſunt etiam in feſto Paſcha.

II. Tenetur quilibet in propria parochia, ſemel in anno in Paſchate Euchariſtiam ſumere.d.c.omnis.nec etiam aliis temporibus licet nō Parocho eam miniſtrare, niſi de Papæ, Epiſcopi, vel Parochi licentia, ex Concil.I. Carthag.c.7.d.c. omnis.& clem.dudum.de ſepult.ſiue ſit tacita, vel expreſſa, vel ſi ſit regularis ex ordine mendicantium, vel ſocietatis Ieſu, quibus dicit Nau.conceſſum, vt excepto die Paſchatis, poſſint illam cuilibet miniſtrare: & idem poteſt probabiliter alius Parochus ſi credit probabiliter proprium fore contentum, vt dicit Nau.in Man.c.21.num.58.

III. Solus etiam baptiſmum miniſtrat, & extremam vnctionem, articulo mortis excepto.d.cap. omnis. & clem.1.§. dudum de ſepult.

IIII. Solus miniſtrat ſacramentum matrimonij, & nuptias benedicit, & ſine eius, vel Epiſcopi licentia actum non valet.cap.1.ſeſſ.24.in Tr.Conc.

Et generaliter ipſe ſolus miniſtrat omnia ſacramēta, cōfirmatione, & ordine exc.cl.1.de priuil.c.eos cū ſeq.de tēp.ord. in 6.c.ſi dilig.de foro compet.c.nullus.de paroch.Abb.in c.vt domi

dominicis. eod. & ſi religioſi ſacramentum extremæ Vnctionis, Matrimonij, vel Viatici miniſtrant alienis parochianis, excommunicationem incurrunt. clem. religioſi de priuil. Valent tamen collata ab alio, excepta confeſſione. d. cap. omnis. modo tamen quo ſupra, & hodie matrimonio. d. cap. 1. ſeſſ. 24. in Trid. Conc.

Caueat tamen Parochus ne Euchariſtiam miniſtret publicis peccatoribus, etiam ſi publicè petant, vt dixi tract. de Euchar. cap. 9. nec abſoluat non pœnitentes. cap. quod quidam. de pœnit. & remiſſ.

14 *Parochis decimæ, & primitiæ debentur.*

IIII. Priuilegiatur circa decimas, & primitias percipiendas à parochianis, idq; iure diuino, & naturali, ſic enim Abraham in lege naturæ Melchiſedech ex manubiis hoſtium eas perſoluit. Gen. 14. Heb. 7. & Iacob. Gen. 28. *Decimas cũctorum ſe Deo daturum promiſit*. Et in lege Moyſis præcepit Deus, vt decimæ, & primitiæ perſoluantur. Exo. 22. Leuit. 27. idque teſtatur eſſe diuinum præceptum Papa. in c. parochianos. de decim. cap. cum non ſit. cap. tua. eod. cap. 2. c. eccleſias. 13. q. 1. 90. diſt. c. Epiſcopi. 80. diſt. & habetur. 16. q. 7. & 16. q. 7. 1. c. reuertimini. idque rationabiliter, cum operarius dignus ſit mercede ſua. Matt. 10. Luc. 10. 1. Tim. 1. 1. Cor. 5. c. cum ſecundum. de præb. gl. Arch. & Anch. in cap. 1. de decim. idem ſentit. Hieronymus, Auguſtinus, & Ambroſius in d. c. reuertimini & in cap. quicunque. 16. q. 7. c. maiores. c. Quadrageſima. de conſec. diſt. 4. & eſt communis opinio Canoniſtarum, tam quò ad decimas prædiales, quàm perſonales, quæ ex induſtria hominis proueniunt, & mixtas, vnde debentur decimæ ex fructibus terræ, vt frumẽti, olei, vini, &c. cap. 1. c. ad apoſtolicæ. c. peruenit. de decim. officio. artificio, negotiatione, ſcientia, & huiuſmodi. d. c. ad apoſtolicæ. cap. paſtoralis. eod. vel partim ex induſtria, partim ex fructibus terræ, vt ex molendino etiam vento molente. c. ex tranſmiſſa. eod. de piſcatione, fœno, lana. c. peruenit. eod. de animalibus, eorum fructu, venatione; & militia. c. nuntios. eod. c. ex parte. eod. c. decimas. 16. q. 1. c. quicunque. 16. q. 7. & in ſumma perſonales, vel mixtæ ex omnibus ſunt perſoluendæ, quæ quis iuſtè poteſt acquirere. d. cap. ex tranſmiſſa. non autem ex turpi quæſtu. Deut. c. 23. prædiales tamen etiam ab inuaſoribus percipiuntur. cap. de terris. de decim. & debentur eccleſiæ, vbi quis eccleſiaſtica ſuſcipit ſacramenta, licet aliundè lucrum contigerit. d. cap. ad apoſtolicæ. & c. paſtoralis.

ralis.eod.& Trid.Conc.ſeſſ.25.de reform.c.12.mandat non ſoluentes integrè decimas excommunicandos, conſuetudo tamen obtinet, vt ſoluantur tantum prædiales, vel quaſi, aut mixtæ, non autem perſonales. Nau.c.21. num.31.Valent.2.2.diſput.6.q.5.punct.3.

Tenentur verò prædiales ſoluere decimas qui prædia in aliena parochia detinent, ſiue perſonæ eccleſiaſticæ ſint, ſiue ſeculares. c.tua de decim. & præteritas, & futuras. cap. veniens.in fin.de tranſact. vel ſi ibi ſacramenta percipiunt, niſi contraria adſit conſuetudo. Valent. ibi punct. 5. & de rebus Abbatiæ.c.ſuggeſtum.de decim.& etiam monachi de rebus nuper cultis ex quibus ante decimæ ſoluebantur.c.commiſſum.eod.cap.fi.§.pen.eod.in 6.leproſi etiam eas ſoluunt, exceptis eorum hortis, vel animalibus ſi communiter viuant. c.2.de eccl.ædif. Iudæi etiam tenentur eas ſoluere pro prædiis quæ poſſident c.de terris. de decim.& etiam eccleſiæ de prædiis illis, quæ aſſignantur in dotem, quia decimarum ſolutio ſequitur rem, & eius detentorem. l.pen. ſine cenſu, & reliq.fund.com.&c. niſi modica ſint. cap. nuper. eod.cap.1. vbi gloſſ. de cenſibus. *Monachi tamen ordinis Ciſtercienſis, Templarij, & hoſpitalarij non ſoluunt decimas laborum ſuorum, vel eorum, quæ colunt proprijs manibus, vel ſumptibus de quæſitis ante Concilium generale, poſt verò ſic, etiam ſi noualia ſint.* cap.ex parte.c.pen.de decim.alij religioſi ſi non colant ſuis manibus, exemptio ad noualia non extenditur. cap.ad audientiam.eod. ſi verò excolant noualia ſuis manibus non ſoluunt, vt nec de hortis, & nutrimētis animalium. cap. ex parte. eod. quòd ſi fratres minores, & prædicatores religioſi aliis colenda prædia dent, vel hortos, decimas ſoluunt. c.de benignitate.eod.nō autem de hortorum fructibus ſi eos colunt.cap.nimis praua.de exceſſ.præl.Alij etiam decimas non ſoluunt, quos enumerat Rebuff. ff. tract.de decim. quæſt. 5. & qui id habent ex Papæ priuilegio, qui ſolus id concedit, vt ibi dicit Rebuff. num.28. cum ſeq. qui tamen ſi ſoluerint eas renunciaſſe videntur priuilegio, niſi cum proteſtatione ſoluerint.c.accedentibus. c.ſi de terra. de priuil.c. cum acceſſiſſent.de conſtit. Rebuff. loco cit.q.13.num.113. qui tamen exempti à decimarum ſolutione, tenentur ſoluere aliquam portionem eccleſiæ parochiali ad iura Epiſcopalia, & alia onera ſubeunda cap. 2. §. vbi autem. & §.religioſos.de decim.in 6.

15 *Decima vt & qualiter debeantur parocho.*

Religioſi ex priuilegio Papæ nō ſoluunt decimas.

Digitized by Google

Qui verò ad eas tenentur cogi poſſunt, vel rei vendicatione. c.moderamine. vbi glo.16.q.1.vel actione perſonali aduerſus debitorem. Abb.in cap. tua. de decim. & poſt monitionem id omittens eſt excommunicādus. cap.omnes.16. quæſt.7.c.peruenit.de decim. & ſi perſiſtat in excommunicatione, implorandum eſt auxilium brachij ſecularis.c. poſtulaſti. de homic. & ſi clericus, vel religioſus eas ſoluere differt poſt duos menſes ab omni adminiſtratione, officio, & beneficio eſt ſuſpēdendus.clem.1.de decim & concionatores non poſſunt diſſuadere earum ſolutionem. c.1 eod de decim. in 6. & in hac quæſtione ſolus eccleſiaſticus eſt iudex competens, ſi quæſtio ſit iuris: ſi verò facti, laicus in auxilium adiri poteſt, & etiam poſſunt fructus ſequeſtrari, vt ſic decimæ ſoluantur. Aufrer. in addit. ad deciſ. capell. Toloſan.117.

Debentur verò decimæ perſonales Epiſcopo, & eccleſiæ parochiali, vel baptiſmali, vbi quis diuina audit, & percipit ſacramenta.cap.licet.16.q.1. niſi aliud obtineat conſuetudo præſcripta, qua ſtante poſſunt percipi in aliena parochia. c. 2. c.ad apoſtolicæ.de decim.aut præſcriptio.princeps tamen perſonales ſoluet Epiſcopo ſui domicilij principalis, & ſi in duabus diœceſibus habet domicilium, diuidentur inter illas. Prædiales verò debentur illi eccleſiæ in cuius parochia prædium eſt ſitum cap.ſi quis.16. quæſt.6. c.fin. de paroch.cap. quoniam.de decim.cap. cum contingat.eod.& ſi prædia dicuntur eſſe in nullius parochia Epiſcopus aſſignabit cui volet, vel ſibi retinebit.d cap.quoniam. & ſi in eccleſia ſit vnus Rector principalis, qui ſub ſe habeat Vicarium perpetuum, vel perpetuum coadiutorē in cura, decimæ debentur principali Rectori, reſeruata congrua portione Vicario perpetuo. Papius lib.1. rapſ. areſt. tit.12. areſt.7. & 11. Mixtæ, & animalium debentur eccleſiæ, vbi animalia morantur, & paſcuntur gl.in c.1.§.item quis. 15.q.1. & ſi in vna hieme, in alia æſtate morātur, vel in vna paſcant, in alia dormiant, diuidentur inter illas. gl.in d.c.ad apoſtolicæ.& ſi ob bellum alio fugiant, & ibi pariant, ibi decima eſt ſoluenda. Bald. Caſtr.in l.huiuſmodi.ff.de leg.1. & ſi in vna mulgentur, ibi datur decima lactis, ſi in alia caſeum fit, ibi decima caſei datur, decima lanæ, & fœtus, vbi naſcūtur. Rebuff. tr.de decim. quæſt.6. Conſuetudo tamen in huiuſmodi eſt ſequēda, cum eccleſia præſcribat contra aliam ius decimandi. c. cum contingat.

tingat. c.tua. de decim. dummodo id non fiat ob fines parochiæ, qui præſcribi non poſſunt. glo. & Doct. in [illegible] ius beſtiæ dabit roch. & ſi animalia gratis paſcantur; do[illegible] beſtiæ. Decimæ decimam herbæ, vltra decimam [illegible] debetur in loco, vbi percipiun- verò piſcationi[illegible]menta, ſi liberè fiant: ſi verò pretio, parocho loci vbi id fit; Laici tamen eas præſcribere non poſſunt, vt eis ſoluantur. cap quarta. de decim. eas tamen poſſunt tenere in feudum ab eccleſia, ſi eas habuere ante Concil. Lateranenſe, alias non, vt dicit Silu. Decima num 16. vel ſi id habent ex Papæ priuilegio; vel per emptionem, aut donationem eis factam ab eccleſiis, quo ad fructus percipiendos, non ius ſpirituale percipiendi decimas, ante Concil. Lateran. Valent. loco cit. quæſt. 4.

Quo verò ad modum eas percipiendi, prædiales ſtatim debentur, cum fructus ſunt recollecti, etiam non deductis expenſis pro fructibus colligendis factis, vel ſemine. c. cum ſint. de decim. & ſufficit dare mediocris bonitatis. c. decimæ. 16. q. 1. & ſtatur conſuetudini vtrum dentur in agris, vel vineis, aut ducantur ad eccleſiam, vt ibi dicit Silu. & grana, quæ paleam habent in palea debent ſolui, cum & palea ſit in fructu. Spec. tit. de decim. § vno. & prædiales ſtatim fructibus collectis, niſi aliud habeat conſuetudo. Collect. in c. cum homines. de decim. & prius ſoluuntur, quàm cenſus prædij domino, quia & ab illo accipiuntur. c. cum non ſit. de decim. perſonales ſoluuntur in fine anni. Abb. in c. peruenit. de decim. & deducuntur impenſæ ex iis. cap. paſtoralis officij de decim. & ſunt dandæ fideliter, quia inde reſultat remuneratio triplex, abundantia fructuum, ſanitas. Malac. 3. c. reuertimini c. decimæ. 16. q. 1. & bonitas principatus. c. maiores 16. quæſt. 7. Mixtæ ſolui debent eo modo, quo prædiales, ſcilicet fructibus collectis, niſi aliter habeat conſuetudo, vt ibi dicit Silu.

Quomodo & quando ſolui debeant decimæ.

Quo demum ad quantitatem, *Decima pars cuiuſque rei* (de qua ſupra,) *ſolui debet* Leuit. 27. c. omnes decimæ. 16 q. 7. poteſt tamen per conſuetudinem, vel præſcriptionem induci vt ſoluatur minus decima parte, nam licet ſolutio decimarū ſit debita iure naturali. & diuino, vt ſupra eſt dictum, id tamen intelligitur, quò ad ſubſtantiā, vt ſcilicet alimenta miniſtris præſtentur, valet tamen conſuetudo, priuilegium, aut præſcriptio, quod ſoluatur minus decima parte,

Solutio decimarū quoad ſubſtantiam eſt iu[illegible]

quãtitatem ſeu quotam eſt poſitiui.

...um ſolutio decimarum, quò ad quantitatem ſit iuris poſitiui. Et ideò vt ius poſitiuum poteſt tolli per conſuetudinem, præ...ptionem, vel priuilegium: ſic & quota decimarum minui po... ...uilegio, vel conſuetudine, non autem tolli quò ad ſuſtentationem ...rorum; cùm ſic ſit iure naturali, & diuino inducta, vt ſentit Nau.c.21.nu... cum ſeq.in Man.Couar.var.reſ.lib.1.c.17.Vnde cõſuetudine induci poteſt, vt clerici à ſolutione decimarũ perſonalium immunes ſint:laici verò nõ,ſi clerici ſine eis miniſtrare non poſſunt,aliàs ſic:nõ tamẽ omninò induci poteſt,vt ex certis fructibus decimæ non ſoluantur, ſi ex aliis fructibus ſuperſit iuſta ſacerdotum ſuſtentatio, non valet tamen conſuetudo liberans omnino laicos à ſolutione decimarum,nec priuilegium Papæ circa id,licet idem aliquem particularem ab huiuſmodi ſolutione eximere poſſit,nec etiam valet conſuetudo,vt grana recondantur in horrea clericis nõ inuitatis;poteſt etiam cõſuetudine induci, vt clerici percipiant decimas in aliena parochia.c.ad aures.de præſcr.& quòd decimæ vni eccleſiæ debitæ alij ſoluantur. c.cum contingat. c.quoniam. de decim. & in hoc conſuetudo etiã decennio inducta ſufficit. Abb. in c. cum ſint homines.eod. & etiam conſuetudine induci poteſt,vt decimæ prædiales ad vigeſimam, vel ſimilem reducantur, ſi illa portio ſufficit honeſtæ miniſtrorum ſuſtentationi. Guid. Pap. deciſ. 284. & in prædictis ſufficit præſcriptio quadraginta annorum, vt ibi dicit Couar. ſic vt illa præſcriptio in aliena parochia non extẽdatur ad noualia inſueta decimas ſoluere,vt ibi dicit Couar.c.cum contingat. cap. cum in tua eod. & niſi adſit titulus cum bona fide, vel præſcriptio immutabilis.c.veniens.de præſcript.c.1.eo.in 6. & in his habetur titulus per priuilegium, conceſſionem,vel concordiam inter eccleſias initam, cum cauſæ cognitione, & conſenſu ſuperioris.cap. 2. cap.dilecti. de tranſact.cap.3.de decim.ac decreto Epiſcopi.c.2. de tranſact.quibus nõ interuenientibus tranſactio non valet ſuperfuturis decimis. c. de cætero.c. veniens. de tranſact. Laici tamen cum diuinis non intendant, non poſſunt percipere decimas eccleſiaſticas, vel retinere,aut præſcribere.cap.peruenit.1. q.3. c. cauſam quæ. de præſcript.cap.2.§. ſanè. de decim. in 6. Priuilegio tamen Papæ id poſſunt; ſi tamen ſint eccleſiæ feudatarij poſſunt eas percipere ſi habuerunt id ante Concil. Lateran. ex deciſ. Toloſ. 439. quò ad commoditatem percipiendi decimas,

non

Digitized by Google

non quò ad ius eas accipiendi, quas tamen in alios laicos transferre non poſſunt, nec impignorare, aut tradere aliis, quàm propriis eccleſiis.c.prohibemus.c.ad hoc.de decim.c.fi.eod.nec etiam infeudare monachis, niſi de Epiſcopi conſenſu.c.2.§ ſanè.eod.in 6.& probat Couar.ſub num.5. & licet quis eas habuerit ante Concilium Lateran. non poteſt tamen eas iuſtè nunc detinere quis, niſi probet ſe eas iure habere, vel eccleſiæ tantundem de re propria ſe largitum probet.c.dudũ. de decim.c.1.de rerum permut.c.ea enim. §.ſed permutare.10.q.2. fructus tamen decimarum poſſunt laicis concedi ad vitam, quia & vendi poſſunt, ſed non in feudum,nec iure ſucceſſionis, aut præſcriptionis. gloſſ. in c. quamuis.de decim. cap. fin. ne præl. ſi tamen à Papa laicus oſtendat decimarum conceſſionem, ad noualia tamen non extenditur.c.tua.§.fi.de decim,c.2.§.fin.eod.in 6.& D Tho. 2.2.q.87.art.1.& quodlib.6.art.10.dicit, laicos non ſoluentes decimas, vbi non petuntur, eſſe tutos in conſcientia, modo eis animus ſit ſoluendi ſi petantur,& quodlib. 2. art. 8. dicit,Sacerdotes non debere eas petere,vbi non eſt cõſuetum, quod intelligitur, vbi non eſt conſuetum per Papæ conceſſionem,vel vbi ſcandalum eſſet ſi peterentur, quia ſic differri poſſet petitio,vt vbi dicit Couar. ſi tamen aliundè miniſtris ſufficienter prouideatur,iuxta prædicta,non tamen excuſantur laici debitores,etiam ſi non petantur, modo Papæ conceſſio,vel conſuetudo,legitimo titulo,& bona fide præſcripta,& fundata in priuilegio Papæ,eos non excuſet,vt ibi Couar.ſentit;poteſt etiam componi cum laicis, vt ſoluatur minus quàm decima,idque authoritate Epiſcopi,vbi ius eccleſiæ eſt dubium,vt quia quis ſe dicat pauperem, vel allęget priuilegium Papæ,quod ſit dubium:ſi enim ius eccleſię ſit clarum,non poteſt componi cum laicis ſine Papæ authoritate.Abb.in c.ſtatuimus.de tranſact. 16

Primitiæ etiam debentur eccleſiæ parochiali, vbi ius eſt, vel conſuetudo,vt exigantur,vt inquit Nau.in Man. cap.21. num.37.not. in c.1. de decim.de qua re dixi, Tomo Theol. Mor.c.de Primit. 17

Primitiæ,vt debeantur Parocho.

V. Priuilegiatur Parochus circa ius funerandi,vel corpora mortuorum eccleſiaſticæ ſepulturæ tradenda, vt ſcilicet omnes decedentes in parochia ſepeliri debeant in eccleſia parochiali,vbi ſacramenta recepere,vel recipere debuere. c. ex parte.1.de ſepul.c.is qui.de ſepult.in 6.

Parochus,vt ius habeat circa exequias, & ſepulturam.

Digitized by Google

Ampliatur etiam ſi ſint peregrini, vel tranſeuntes, clerici, laici, vel religioſi ſi ibi decedunt: cap. 1. 13. q. 1. c. 1. de celebr. Miſſ. cap. paſtoralis, de his quæ fiunt à prælat. Abb. in cap. 1. de ſepult. in cap. ex parte. eod. ſi tamen ſint peregrini, locus eſt præuentioni inter eccleſiam parochialem, & Cathedralem, vt dicit Silu. Sepultura num. 8. ver. ſecundum. & religioſus debet ſepeliri in loco, vel monaſterio ſui ordinis. cap. 1. 16. q. 1. ſi commodè illuc deferri poteſt, aliàs in parochia.

Expenſæ funeres æris alieni ſolutioni præferuntur.

II. Ampliatur, vt ex hoc officio, Parocho debeatur quicquid funus comitatur, vt cerei, & huiuſmodi, & expenſæ fiendæ in funere ſunt accipiendæ ante æs alienum, etiam ſi creditores ex hoc præiudicium patiantur. Couar. in cap. Raynaldus. §. 3. num. 1. de teſtam. & ſi is ſit beneficiatus, partim ſunt fiendæ ſumptibus hæredis, partim ex ſpoliis relictis. Capyc. decis. 84. & in ſubſidium ex fructibus ſequentibus beneficij impenſis ſucceſſoris. not. in. cap. 1. de ſolut.

Fallit ſi quis habeat ſepulchra maiorum, quia in ijs eſt ſepeliendus, & non in parochiali, ſi alibi ſint. c. 1. de ſepult. c. 1. vbi gl. eod. in 6. c. is qui. vbi Archid. eod. in 6 Io. And. in c. vt animarum eod. in 6. facit. c. 1. 13. q. 1. quia maiorum noſtrorum actio noſtra eſt inſtructio c. ſignificaſti de elect. cap. is qui. de ſepult. in 6. & optabile ſit vnicuique ſepeliri in ſepulchro maiorum: vt inquit Io. And in d. c. vt animarum. idque conceditur laicis, vt ſepeliantur in ſepulchro maiorum; & vt habeant ſepulchrum in eccleſia, vel cœmeterio ex quadam humanitate, cum ſit res ſpiritualis, quę laicis competere non poteſt; nec quò ad proprietatem, nec quò ad poſſeſſionem, aut quaſi, vt inquit Abb. in c. quanto. ad fi. de iudic. *nec poteſt iniri pactum à religioſis cum aliqua familia, quòd ædificando capellam, vel altare cum ſepulchro, ibi ſepeliantur ſolùm illi de familia; cùm turpis ſit conditio, & non pro adiecta habenda, & ea non obſtante, poterit prælatus ibi ſtante neceſſitate, alios ſepelire* arg cap. Hebion. 13. q. 2. qua ceſſante par eſt abſtinere, vt inquit Lamb. lib. 3. de Iure Patr. q. 5. art. 4. qui & dicit in fin. id non poſſe fieri ſine graui cauſa, vt quia non adeſſet locus alios ſepeliendi, & minus poteſt conuentus, vel Prælatus dictum ſepulchrum aliis concedere, vt ibi dicit; & ſi illa familia deficiat, poterit aliis concedi vſus ille, vt inquit Silu. Sepultura, ſub num. 3. Dicuntur

Turpe pactũ vt in aliquo ſacello nulli ſepeliuntur, præter poſteros fundatoris.

verò

verò maiores, pater, auus, & alij ſuperiores. l. maiorum. ff. de verb. ſign. l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradib. l. quæcunque. §. parentes. ff. de in ius voc. hic tamen propriè veniunt pater, & auus, cum vnio ſepulturæ procedat ex charitate, quæ fuerat inter viuos; quæ magis extenditur ad patrem, & auum, quàm ad alios ſuperiores, qui cogniti non fuere: vt dicit Oldr. conſ. 25. vnde ſi pater, & auus ſunt ſepulti in vno loco, & proauus, & tritauus in alio, ſepelietur cum patre, & auo, & ſi pater in vno loco, auus, & alij maiores in alio, ſepelietur cum auo. gl. & Io. And. in c. cum quis. eod. in 6. Si verò in vno ſepulchro non ſunt plures maiores, ſed in vno pater, in alio auus, in alio proauus, ſepelietur in parochia, vbi audit diuina, & percipit ſacramenta. c. 1. c. is qui. c. in noſtra. de ſepult. & ſi in vna audit diuina, in alia percipit ſacramenta, vel eſt parochianus duarum eccleſiarum, quæ habent ius funerandi, eſt locus præuentioni. c. duobus. de reſcrip. in 6. & quartæ diuidentur, & ſi non eſt præuentio, ſed contendunt, Epiſcopus concordabit, vt inſpiciatur, vbi maiori tempore habitet, ſi enim quis habet domicilium in ciuitate, & ſe transfert ad villam ob recreationem, vel pro exercendis ruralibus, ſi ibi moritur, ſepelitur in ſepulchris maiorum, vel eccleſia parochiali ciuitatis, quarta tamen data eccleſiæ rurali, vbi ſacramenta percepit, quæ omnia intelliguntur ſi commodè ad ſepulchra maiorum deferri poteſt, vt d. Ioan. And. in c. is qui. eo. in 6. aliàs enim ſepelitur in parochia, & ſi eccleſia, vbi quis debet ſepeliri eſt interdicta, ſi debebat ſepeliri in ſepulchro maiorum, ſepelitur in parochia, ſi hæc in Cathedrali, ſi omnes in monaſterio proximiori, vt dicit Silu. Sepultura, ſub num. 8. Vbi tamen ſepultura ad alios transfertur, arma primi fundatoris non ſunt auferenda à ſepulchro, vt inquit Lamb. de Iure Patr. lib. 3. 5. q. princ. art. 4. Sic etiam peregrini ſepeliuntur in ſepulchro maiorum, ſi illuc commodè deferri poſſunt, ſi verò id fieri commodè non poſſit, vel ignoretur ſepulchrum maiorum; erunt ſepeliẽdi in Cathedrali, *& idem de ſchòlari*, ſi venit ſine animo moram trahendi ibi, niſi ſacramẽta percepit in eccleſia parochiali, quia ſic tacitè videtur ibi elegiſſe ſepulchrum, & ſimpliciter ſepelietur in parochia, ſi venit animo ibi manendi, in quibus tamen ſtatur conſuetudini, & idem dicendum de damnatis ad mortem, quæ de peregrinis; Religioſi verò peregrini de-

Laudabile eſt omnes in ſepulchris maiorum ſepeliri.

Digitized by Google

bent ſepeliri in monaſterio ſui ordinis.c.1.16.q.1.ſi commodè illuc deferri poſſunt,aliàs idem in iis,vt & in laicis. *Filij verò naturales tantum ſepelientur in ſepulchro patris, niſi pater fuiſſet in dignitate conſtitutus*.l. ex facto. §. ſi quis. ff. ad Trebell.Spurij verò etiam legitimati à principe, niſi patre petente,ſepeliuntur cum matre.l. 1.ff.ad municip.niſi ſit illuſtris mulier;filij verò arrogati,vel adoptiui, ſi moriũtur viuo patre adoptiuo in eius ſepulchro ſepeliũtur, ſi eo mortuo,cum patre naturali,vt not.in c.1.de cogn. leg. Legitimi verò & naturales cum patre, etiam ſi non ſint eius hæredes. d.c.Hebron.13.q.2. Vxor cognita, vel traducta ad domum viri in eius ſepulchro.d.c. Hebron.aliàs non, vt nec ſi ſit ſeparata ob adulterium à viro,niſi ſit reconciliata, & ſi plures viros habuit cum vltimo ſepelietur, cuius domicilium, & honorẽ retinet.c.is qui.eod.in 6.c.quos Deus.33. q. 2. etiam ſi vidua effecta transferat ſe ad domum patris,vel alium locum, adhuc retineat domicilium viri, vt dicunt Io. And. & Arch.in d.cap.cum & regina vidua mortuo viro dicatur regina,& ſi vir in vna eccleſia habebat ſepulchra maiorum,& alibi eligit ſepulturam,ſepelitur cum viro.d.c.Hebron. ſi tamen legitimè fuit ſepultus, non eſt excõmunicatus,interdictus,&c. & ſi poteſt commodè vxor eo deferri. c. religioſi. eod.in 6.& ſi prædecedit viro,ſtatur conſuetudini, vel ſepelitur in ſepulchro mariti,ſi habet ſepulchrum maiorum, & declarat ſe velle ibi ſepeliri,vel in alio loco quem elegit ſibi maritus pro ſepultura, quòd ſi non conſtet vbi vir velit ſepeliri,ſepelietur in ſepulchro maiorum,vt dicit Abb.in c. de vxore de ſepult. vir tamen non eſt neceſſario ſepeliẽdus in ſepulchro vxoris,ſed maiorum. Prælati verò regulares in eccleſia prælaturæ,& ſi in duabus ſint prælati,vbi moriũtur, vt dicit Archid.in c.cum quis. eod. & alij religioſi apud locum ſuæ religionis.c.1.16.q.1.niſi ſint nouitij, qui velint redire ad ſeculum,quia ſic ſepeliri debent, vbi aliàs ſi eſſent in ſeculo ſepulti fuiſſent, clerici verò in eccleſia,vbi ſunt clerici,vel beneficiati,& idem de Epiſcopis, & ſi quis ſit canonicus eccleſiæ Cathedralis,cui ſit annexa parochialis, ſepelitur in Cathedrali,vt dicit Silu.Sepultura. num. 8. Fuſch. de viſit.cap.25.in quo tamen vltimo ſentirem,cum eo caſu canonicus, ex Bulla Pij V. teneatur reſidere in parochiali, & ſic ibi domicilium habeat, quòd per conſequens ibi debeat ſepeliri.

Digitized by Google

II. Fallit ſi quis extra parochialem elegerit ſibi ſepulturam, electio enim ſepulturæ libera eſt, & eſt quis ſepeliendus, vbi elegit. c. cum liberum. de ſepult. gl. in c. 1. in fin. 13. q. 2. c. 1. eod. in 6. Eligere verò ſepulturam ſibi quilibet poteſt maſculus, vel fœmina, ſi pubes ſit etiam in patria poteſtate exiſtens, & ſine patris conſenſu. §. 2. 12. q. 2. c. licèt eo. in 6. & etiam ſeruus: vt dicit Io. And. in d. c. de vxore. extra eod. cum in ſpiritualibus ceſſet dominica poteſtas. c. 1. de coniug. ſeru. Religioſus tamen cùm non habeat velle, vel non, non poteſt eligere ſepulturam, niſi ita abſit à loco ſui monaſterij, vt illuc commodè ferri non poſſit. c. religioſi. eod. in 6. vel niſi ſit Abbas, vel Prælatus. arg. d. c. quod intelligitur ſi nullum habet ſuperiorem, Papa excepto, aliàs non. Similiter nec morte plectendus à iudice, cùm vltimam voluntatem facere non poſſit. l. eius. ff. de teſtam. nec etiam pro anima relinquere, vt not. Io. And. in addit. Spec. tit. de inſtr. edit. licèt poſſit ſacramenta percipere. clem. 1. de pœnit. & remiſſ. quod intelligitur, quando iã eſt damnatus per ſententiam, ſi enim ſententia non eſt prolata, vel appellatione ſuſpenſa, poteſt ſepulturam ſibi eligere, ſimiliter nec impubes. c. licèt. eo. in 6. nec furioſus. c. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. Alteri verò eligere ſepulturam aliqui poſſunt, vt dominus ſeruo impuberi. Io. And. in d. c. de vxore. & è cõuerſo, ſeruus pubes domino impuberi, vt dicit Ang. Sepultura. nu. 7. quod intelligi poteſt ſi careat tutoribus, & ſimiliter pater filiis impuberibus, ſi id habet conſuetudo. d. c. licet. eo. in 6. aliàs ſepelietur in ſepulchro maiorum, vel parochiali, modo quo ſuprà, & etiam mater id poteſt, ſi id habet conſuetudo, ſi filij ſint legitimi, & naturales, vel arrogati, aut adoptiui, non autem pater pro filio pubere, vel frater pro filio impubere; ſed ſepelitur in parochiali, vel in ſepulchro maiorum. d. c. licet. Silu. Sepultura. & ſimiliter amicus amico poteſt eligere ſepulturam, ſi id habet conſuetudo per quadraginta annos præſcripta, vt dicit Franc. in d. c. licet. 1. reſp. in fi. eod. in 6.

Sepultura electio omnib. adultis libera religioſis, & morti adiudicatis, ac furioſis exceptis.

Quando quis tamen ſepelitur extra parochialem, vel ex electione, vel ob ſepulchrum maiorum, quarta debetur eccleſiæ parochiali, ab eccleſia ſepulturæ, etiam ſi ſit exempta. c. requiſiſti. de teſtam. c. relatum. vbi Innoc. & c. in noſtra. de ſepult. 18

Quarta quãdo, & quomodo debeatur Parocho.

Debetur hæc autẽ quarta, nõ ſolum de relictis, ſed etiã de aliis quæ portantur ad funus, vt de cereis, cãdelis, quæ dãtur

Digitized by Google

ad manus,equis,armis,& quibuſcunque bonis relictis, vel funus comitantibus glo.& Paul.in clem.dudum.ver.verum. de ſepult. Abb.in c.in noſtra de ſepult.& de relictis pro Miſſis dicendis ſi habitus fuit reſpectus ad eccleſiam, & non ad perſonam.arg. cap. requiſiſti. de teſtam. ſimiliter de relictis eccleſiæ non ſolum iure legati,ſed etiam inſtitutionis. cap. cùm ſuper. de ſepult.clem. dudum. eo.Io. And. in cap. 1. de ſepul.& relictis pro confeſſionibus,& aliis ſacramentis. cap. in noſtra.eod.c.2.eod. in 6.Innoc.in c. 2. extra eod. & idem de relictis ob donationem cauſa mortis.d.clem.dudum.cum magis accedat legato, quàm contractui, & generaliter de quibuſcunque relictis, vel donatis eccleſiæ, ratione ſepulturæ, & iſta pars canonica ſi conſuetudo in contrarium non adſit,eſt præcisè quarta pars. gl.& Doct.in c.certificari. de ſepult.valet tamen conſuetudo, vt ſit dimidia pars, vel vltra,aut minus quarta.Hoſt.in ſumm.eod.§.cui liceat.Abb. in d.c.certificari: *& ſufficit conſuetudo decem annorum*, vt ibi dicit.

Magna eſt vis conſuetudinis.

Fallit, ſi relinquitur aliis eccleſiis, quàm vbi quis ſepelitur,quia ſic canonica non debetur. glo. & Abb. in c.1. de ſepult in c.cùm ſuper.c.certificari.eo. Io.And.in clem.dudum. eo.& Arch.in c 1.eod.in 6.

II. Non debetur de donatis eccleſiæ inter viuos. Hoſt.in d.cap. 1.de ſepult.

III. Nec de ingrediente religionem, & relinquente aliquid ibi pro ſua ſuſtentatione, niſi in infirmitate ingrediatur.Doct in c.de his.de ſepul.Abb. in c.2. eod. ſi tamen intrauit animo ſe obligandi religioni, in ſanitate non debetur quarta, ſecus ſi ingreſſus eſt animo exeundi,ſi moriatur ante profeſſionem.Silu.canonica portio.nu.8.ver.quinto.

IIII. Nec derelicto facto pauperibus certi loci. Abb.in cap.officij de teſtament.

V. Nec ſi quis aliquid relinquit parochiali eccleſiæ, quia id debet computare in quartam.Abb.in d.c.officij.& in c.de his.2.notab.de ſepult.

VI. Nec ſi qui ſunt oblati,& conuerſi, qui ſe, & ſua eccleſiæ tradiderunt.Abb. in c.in noſtra.eod.tit.

VII. Si conſuetum ſit vt quarta non ſoluatur. Hoſt. in ſum.de ſepult. §. an licitum.ver.quid ſi. Abb. in c. requiſiſti. de teſtam.

VIII. Si qui per priuilegium Papæ eximuntur à quartæ

tæ præſtatione, vt de fratribus minoribus, & prædicatoribus aſſerit. Silu. verbo, Canonica. nu. 8. licèt iure communi contrarium ſtatuatur in d. clem. dudum & ideò oportet diligenter inſpicere tenorem priuilegiorum.

IX. Nec cùm aliquid relinquitur pro ornamentis eccleſiaſticis, vt calicibus, paramentis, vel pro ornamentis recuperandis, vel reficiendis, vel pro fabrica aut reparatione ædificij, vel pro luminaribus, vt cereis, lampadibus, & huiuſmodi, nec ſi relinquatur pro anniuerſario annuo, pro anima faciendo, aut aliis officiis pro defuncto, vt tertio, ſeptimo, trigeſimo, vel cum relinquitur ad perpetuum cultum diuinum, vt quòd quotidie Miſſa celebretur in certo altari. c quod alij 13 q. 2. Abb. in c. ſi. de teſtam. col. 1. vel ſi oblatio fiat, de qua non debetur quarta. Silu. Canonica portio. nu 4. ver. 4. nec quando teſtator in vita ſoluit legatum factum eccleſiæ, quia ſic trãſit in donationem inter viuos. gl. in l. legatum. ff. de leg. 2.

X. Nec ſi quis ingreditur domum leproſorum cum lepra, ſi ibi moritur non ex lepra, licèt cum lepra, in quo tamen ſtatur conſuetudini, ſecus de illo qui recipitur in cõfratrem alicuius religionis, retinens tamẽ bona ſua, quò ad proprietatem etiam ſi religioſi ſint exempti. c. cum plantare. de priuil. ſecus ſi retinuit ſibi tãtum vſumfructum bonorum proprietate dimiſſa religioni, quia ſic gaudet priuilegio religionis c. vt priuilegia. de priui.

XI. Nec cùm contra voluntatem religioſorum ſepelitur in eorum eccleſia, vt tempore interdicti. Gem. in c. 1. de ſepult. in 6. quia is non poteſt eo tempore eligere ſepulturam apud mendicantes. Innoc. in c. vt priuilegia. de priuil. licèt ij poſſint tunc recipere mortuaria, vt orent pro iis qui cum pœnitentia mortui ſunt. Innoc. in cap. tanta. de exceſ. præl. nec etiam ſi eum ſepeliant volentes, licèt incurrant pœnam interdicti violati, tenentur tamen reſtituere corpus, & oblationes occaſione ſepulturæ factas, non autem legata, vt ibi dicit Silu. ver. 7.

XII. Nec vbi eccleſia parochialis eſt interdicta ex culpa ſua, & non parochiani, & ſepelitur vbi elegit, vel apud maiores, ſecus ſi eccleſia non fuit in culpa. Gem. in cap. 1. eod. in 6.

XIII. Si reuocat electionem ſepulturæ alibi factã, quia tunc cẽſetur reuocatũ & legatum, ſi fecit intuitu ſepulturæ, niſi

niſi aliud conſtet, vel ſi non ſepelitur de facto in ſepultura quam elegit ex facto hæredum, vel diſtantia, niſi talis eccleſia legatum occaſione ſepulturæ adipiſcatur, quia ſic debetur quarta. Silu.d.loco.ver.9. & 10. Nec vbi legatur pro incertis malè ablatis, vt ibi dicit.ver.1.

XIIII. Cùm in eccleſia parochiali non potuit audire diuina ob longam vacationem, quia ſic non debetur quarta, vt ibi dicit ver.14. nec ſi in teſtamento elegit ſepulturam in vno loco, & in morte in alio, niſi fiat in fraudem, quia ſic non debetur quarta de relicto primæ eccleſiæ. Silu. ibi ver.13. Nec ſi apud aliquam eccleſiam corpus defertur, vt alibi perpetuæ ſepulturæ tradatur. Silu. ibi ver.15.

Quod verò eſt dictum quartã deberi eccleſiæ parochiali, intelligitur de ea *in qua quis audit diuina, & percipit ſacramenta, vel debet iure percipere.* c. cum quis. de ſep. in 6. Vnde qui dimiſit eccleſiam, vbi maiores conſueuerant ſepeliri, & alibi eligit ſepulturam, quarta non debetur eccleſiæ dimiſſæ, ſed vbi audit diuina, & percipit ſacramẽta. d.c.cùm quis. & ſi tranſtulit aliò domicilium, quod ibi tamen nondum ſit ſortitus, quarta debetur parochiali relictæ, vt dicit Arch.in c.1.eod.in 6 & ſi quis habet duas parochias, æqualiter manẽs in eis, & eligit alibi ſepulturam, quarta diuidetur inter eas, & ſi Parochus negligit petere quartam, Epiſcopus petere poterit pro eo, vt dicit Hoſt.in c. fi.de ſucceſ. & ſi in vna audit diuina, in alia percipit ſacramenta, debetur iſti ſecundæ, ſi vtraque habet cœmeterium, & curam. c.1.de ſepul. d.c.cùm quis.eod.in 6 clem.dudum.eo. & ſi quis in vna parochia infirmetur, & ſe transfert ad aliam, vbi moritur, quarta debetur relictæ.clem. dudum. eod. & ſimiliter ſi fratribus nil legatur, ſed datur frater executor ad diſtribuenda bona pauperibus, qui diſtribuit inter fratres, quarta debetur parochiali, ex dicta diſtributione, & idem ſi teſtator nil eis relinquit, ſed mãdet executoribus, vt aliquid eis dent, vel promittant, etiam ad vſus non determinatos, & etiam de iis quæ dãtur occaſione funeris non ſolum cum funus defertur ad eccleſiam, vt equi, arma, & huiuſmodi, ſed etiam cum aliquid offertur dum funus eſt in eccleſia, licèt hoc nõ ſeruetur ex conſuetudine, & etiam ſi teſtator mandet aliquid diſtribui ſingulis fratribus, vt pro emptione librorum, quia intelligitur relictum monaſterio, cùm fratres ſingulares non ſint capaces relicti.c.non dicatis.12 q.1. & idem ſi donarit eis in

mortis

mortis articulo, & ad id cogi poſſunt fratres non per ordinarium, ſed per Papam, vel Legatum, aut hodie per conſeruatores, ſi tamen per priuilegium fratres eximuntur à quartæ præſtatione à Papa, ei eſſet ſtandum, & idem de iis qui eligunt ſepulturam apud ſorores ordinis, vt dicit Silu. Canonica portio, ad fi. & vbi eſt conſuetum, vt exigatur quarta Epiſcopalis. ante quadraginta annos eſt danda, ex Conc. I[illegible].cap.13.

Vbi verò aliqu[illegible]ſt alibi ſepeliendus, vel ob electionem, vel ſepulchra maiorum, non [illegible]bent religioſi ingredi parochiam alterius ſine licentia Epiſcopi, [illegible]l Parochi, vt dicit Old.conſ.81. *cum priuilegia ſint intelligenda, [illegible]t minus lædant ius commune, quàm fieri poſſit.* Et priuilegia maris magni ſint reducta ad terminos iuris communis, ex Gregorio XIII. in conſtit. incip. In tanta. 1572. & iure communi nemo poſſit immittere manum in aliena parochia. c. ſcriptum eſt. 6. q. 3. clem. dudum. §. huiuſmodi. de ſepult. & ſic tenet Fed. conſ. 154. Rebuff. lib. 1. conſtit. Franc. de ſent. excom. art. 3. gl. 1. num. 3. vel ſi ingrediuntur parochiam, vt ſentit Silu. verbo, Sepultura. eos id agere poſſe: ad Parochum tamen ſpectat funus è domo defuncti tollere, & vſus ſic obſeruat, vt Parochus funus è domo defuncti tollat, & ſi Parochus id recuſaret præſtare, vt regulares ea de cauſa parochiam eius non ingrediantur, ad id per Epiſcopum cogi poſſet, cum facilis eſſe debeat ad huiuſmodi licentiam concedendam, etiam tenendo opinionem, quòd ſit petenda, in quo tamen crederem ſtandum conſuetudini.

Priuilegia ius commune minus quam fieri poteſt lædãt.

Caueat verò Parochus, vt & alij etiam, ne inducat aliquem ad eligendum ſepulturam in ſua Eccleſia, vel prohibeat volentem alibi eligere, pacto, voto, promiſſione, vel iuramento, vel electam non mutare, aliàs peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem corporis, & eorum quæ iccirco obuenerunt, quod ſi non præſtet, eius eccleſia, & cœmeterium eſt interdictum, vſque ad congruam ſatisfactionẽ, & hodie huiuſmodi eſt excõmunicatus, cum reſeruatione abſolutionis Papæ. per clemen. cupientes. de pœnis. quod intelligitur ſi inducat ad eligendum voto, iuramento, vel promiſſione, ſecus ſi inducat ad eligendum ſine voto, iuramento, vel promiſſione, id etiam intelligitur ſi inducat ad eligendum in ſua eccleſia, ſecus ſi in aliena, ſic enim non incurrit pœnam prædictam, vt ibi dicit Franch. vt & non incurrit ſi roget

19 *Parochus quæ cauere debeat circa ſepulturam, & exequias.*

roget tantum ſine adhibitione promiſſionis, & iuramentum, etiam non obſtat, quominus ſit ſepeliendus, vbi iure debebat

Caueat etiam ne quid indebitè exigat ratione ſepulturæ, terræ ſacıæ, vel benedictæ, aut cultui diuino d catæ, terra enim pura vendi poteſt pro ſepultura, & ex neceſſitate vna eccleſia poteſt alteri eccleſiæ terram cœmeterij vendere, vt & vaſa ſacra, vt dicit Silu. Sepultura num. 12. non enim licet pretio vendere ſepulturam, aliàs eſſet ſimonia ex Conc. Tribur. cap 16. c. abolendæ. de ſep. ſic etiam: *non poteſt vendi ex pacto officium funeris, vel ſepulturæ à clericis qui ratione beneficij ad id tenentur*, c. dictum. 1. q. 1. c. præcipimus. 13. q. 2. c. in eccleſiaſtico de ſim. alij enim clerici poſſunt locare operas ſuas corporales, & labores, ac moram quam faciunt, non autem ſpirituales, vel officium ſepulturæ idque poſſunt non vt pretium, ſed vt ſuſtentamentum. d. c. abolendæ c. charitatem. 12 q. 2. c. cum ex officij de præſcript. ſic etiã eſt ſimonia ſi fiat pactum, vt extraneus, qui vult ſepeliri in ſepulturis cõfratrum ſoluat tantã ſummam. c. audiuimus. c. ſicut. de ſim. Vnde officiũ eſt prius perſoluendũ, & corpus ſepulturæ tradendum, & poſtea populus cogi poterit ab Epiſcopo ad ſeruandum laudabilem conſuetudinem introductã ex eius deuotione de dando aliquid id munus obeuntib9, vt dicit Abb. in c. ad apoſtolicam. de ſim. & religioſi debent petere, non pro ſepultura, ſed dicere, conſuetum eſt ita dari pro mortuis, vel pro officio, aut loco ſepulturæ, ex deuotione populi, qui ob id non deſint eorũ officio in tradendo mortuos ſepulturæ, non diſcedendo ante officium expletum, etiam in aliena eccleſia, & piè pro iis orando, iuxta proprium Rituale, & ad id tenetur hæres defuncti, & bona relicta. l. 1. ff de relig. vel contra commiſſarium teſtamenti agi poterit. l. ſi quis. §. funus. eod. & impenſa funeris ante omnia debita deducitur ex hæreditate. l. pen. eod. & ſi materfamilias ſepelitur, hæredes eius tenebuntur ex bonis quæ vltra dotem marito debitam, eis ſuperſunt. l. Neratius. §. fi. eod. & ſi maritus ex pacto eam lucratur, vel ſtatuto, tenetur maritus in id quod facere poteſt. l. Celſus ſcribit cum ſeq. ff. eod. ſi tamen diuortiũ ſit factum, dote per eum lucrata, & ipſa alij nupta moriatur, maritus non tenetur. l. ſi mulier. eo. & ſi nulla ſit dos, pater tenetur, vel eius hæredes emancipatæ, quibus non valentibus ſoluere, maritus tenetur in quantum facere poteſt. l. quod nulla.

Clerici non parochi labores & mora in funeribus locare poſſũt nõ pro pretio ſed pro ſuſtẽtamento.

nulla.eod.& ſi impenſa excedat lucrum dotis,datur actio in trem in ſuperfluum.d.l.Neratius.§.ſi maritus.eod. & ſi quis ſepeliuit filium familias tenetur pater, vt de in rem verſo pro eius dignitate, & facultatibus.l.ſi filiusfamilias. ff.de in rem verſo. l. in patrem. de relig.ſi tamen filius habet peculium caſtrenſe,primum tenentur hæredes, & mox pater.l.ſi filius familias.de relig.& ſi ſeruus ſepelitur actio datur cõtra dominum.l.ſi.filius familias.§.qui ſeruum.ff.de relig. & vbi eſt conſuetudo,vt nil petatur,Parochus ſolis funeralibus debet eſſe contentus,cum ex officio teneatur ſepelire.cap.non ſatis.de ſim.vt dicit Silu.Canonica.num.18.

Caueat demum ne ſepulturæ eos tradat, qui iure prohibentur, videlicet,*Paganos,Infideles,Iudæos,& Hereticos,licet poſt mortem appareat de hæreſi*.c.ſanè.24.d.2.c.eccleſiam. de conſec.diſt.2.cap. ſi Epiſcopus.de hæret.clem.1.de ſepult. vſurarios publicos.c.quia in omnibus.de vſur.c.quanquam. de vſur.in 6.clem.1.eod.niſi pœniteant, & caueant de reſtituendo,dictis iuribus,ſe voluntariè occidentes.c.placuit.23. q.5.cap.in quibus.13.q.2.ſi ex deſperatione, vel ira, ſecus ſi ex fatuitate, vel præter intentionem. cap. de occidendis. 23. q.5.cap. ex parte.de homic. niſi ſuperuiuens det ſigna contritionis, & eos qui certo non ſunt confeſſi,nec communicarunt tempore Paſchatis,ſi eſt publicum, & non dederunt ſigna contritionis in morte,ad quod ſufficit vnus teſtis probandum.c.qui receſſerunt.26.q.6. hæredes tamen tenentur pro eo ſatisfacere. c. parochiano. extra eod. & ſic excuſatur etiam qui tempore ſolito eſt confeſſus,& morte præuentus, vel infirmitate, aut itinere, & huiuſmodi non eſt confeſſus, monachos inuentos proprietarios. cap. ſuper quodam de ſtatu mon. blaſphemos Dei. cap.1. de mal. Interdictos nominatim. clem.1. eod. vel qui ſunt de loco interdicto tempore interd.c.cum in partib.de verb.ſign.c.alma.de ſent.excom.in 6.excõmunicatos maiori excõmunicatione, etiam iniuſtè.c.ſanè.24.q.2.vel minori publicè.d.c. Interdictos ab ingreſſu eccleſiæ.c.is qui.de ſent.excom.in 6.vltimo ſupplicio dãnatos,ſi is moritur impœnitens,aliàs ſepelitur:vt dicit Abb.in cap.ex parte.de licentia tamen iudicis ſecularis.l.1.ff. de cadau.pun.morientes in torneamentis,vbi imminet probabile periculum mortis.c.1.de torneam. relinquentes presbyteros tutores in teſtamento.cap. neque apud.88. d.raptores non ſatisfacientes.c.ſuper quodã. de ſtatu mon.& demũ quibus

20 *Sepeliri qui non debeãt. Iudæi ſcilicet Infideles, Hæreticos & excõmunicati vſurarij publici, monachi & proprietarij &c.*

Digitized by Google

quibus viuis non communicatur. cap.ex parte.cap.ſacris. de ſepult. vt notorij peccatores, & incorrigibiles in mortali exiſtentes.cap.non æſtimemus.cap.quæſitum.cap. quibus.c. pro obeuntibus.13.q.2.in mortali decedentes,niſi dent ſigna contritionis, ad quod ſufficit vnus teſtis, vt dicit Arch.in c. qui recedunt.cum ſeq.

Et ſi huiuſmodi ſepeliantur, *eccleſia, vel cœmeteriũ polluitur, & eſt reconciliandum*.cap.conſuluiſti.de conſecr. eccl.& oſſa debent exhumari ſi poſſunt diſcerni, aliter non.c. ſacris. de ſepult. & ſi infidelis ibi ſepelitur debent etiam tigna,& parietes rad.cap.eccleſiam. de conſec. diſt.1.& ſi dubitatur quorum ſint oſſa,benignior pars eſt ſequenda.d.c.Et vlterius ſepeliens publicè excommunicatos,vel nominatim interdictos, incurrit excommunicationem maiorem Silu. Sepultura.num.11.& ſi mendicantes ſepeliunt vſurarios manifeſtos excommunicatos,& interdictos nominatim,& publicatos, poteſt ante factum inhibere Epiſcopus ne tales ſepeliant,poſt non,quia reputantur non eſſe in ſua diœceſi ob exemptionem. Abb.in d.cap.ſacris.extra eod.Et generaliter Parochus,vel alius ſepeliens eum, qui alibi eſt ſepeliendus vi, amittit ius quod habebat,& tenetur reſtituere corpus, & quod inde obuenit,& quartam canonicam,& idem de conuentu,ſi maior pars conſentit,vt nec occaſione debiti impediri debet ſepultura,aliàs id faciens,cadit à credito,& publicatur tertia pars eius bonorum, & fit infamis.l.cum ſit. C.de ſepul. viol. & ſi quis ſpoliat mortuos grauiſſimè punitur.l.3. ff.de ſep.viol.quò ad ea quæ remanſerunt apud mortuum ex intentione tumulantium.

VII.Priuilegiatur,vt noua eccleſia,vel capella intra eius fines non poſſit ædificari.cap.eccleſiæ.cap. quicunque.16.q. 1.Abb.in rubr.de paroch. niſi de Epiſcopi conceſſu, vbi eſt parochia,ſic tamen vt nil de poſſeſſione, decimis, & huiuſmodi eccleſiæ parochialis depereat,dictis iuribus, & minus curata,niſi ex neceſſitate,vt ſupra in principio eſt dictum;& iuſta de cauſa huiuſmodi oratoria concedendi eſt diſtantia à parochia ob fatigationem familiæ, & itineris difficultatẽ. cap. ſi quis etiam. vbi glo.de conſec. diſt. 1. cap. ad audientiam. de ecccl. ædif. & ſi adeſt neceſſitas eius ædificandæ, oportet,vt rector matricis contribuat ibi celebranti,reſeruata tamen præſentatione,& honore rectori matricis.diſt.cap. & in huiuſmodi eccleſiis ex neceſſitate ſic ædificatis poteſt celebrari

Digitized by Google

celebrati etiam diebus ſolemnibus, vt dicit gl. in d.c.ſi quis. ſi authoritate Epiſcopi ſunt ædificatæ.

VII. Priuilegiatur, vt in oratoriis non celebretur in Paſcha, Natali Domini, Epiphania, Aſcenſione, Pentecoſte, Natali ſancti Ioannis Baptiſtæ, & aliis maximis feſtiuitatibus. d.cap.nec dum in parochiali concio habetur etiam per regulares. clem.dudum. de ſepult. ſi tamen qui prædicat eſt Prælatus, non autem ſi ſit ſimplex Parochus, vt ibi notatur.

VIII. Priuilegiatur, vt ſit iudex ordinarius ſuorum parochianorum in foro pœnitentiæ, & habeat territorium in huiuſmodi foro. Abb. in c.cum contingat. de foro compet. Corn. conſ. 268. lib.2. num.4. & quandoque eos poſſit excommunicare, vbi conſuetudine id præſcripſit. Abb. & alij in cap.ſi ſacerdos. de offic.ord. vel ſaltem indirectè eos à ſacramentis amouẽdo, aut eccleſiaſtica ſepultura, caſibus quibus iure id debet, & etiam in aliena parochia ſuum parochianum abſoluere. Silu. Confeſſor. 1. §.14. Cardin. in clem. dudum. de ſepult. & eos alteri probato ab Epiſcopo tamen, ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap.7. delegare etiam in aliena diœceſi, vt arbitror, ex ratione. cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. 21

Parochus quam iuriſdictionẽ habeat in parochianos.

IX. Vt nemo in eius eccleſia ſine ipſius licentia celebrare, vel ſacramenta adminiſtrare valeat, cum nemo debeat mittere falcem in meſſem alienam. cap.ſcriptum eſt. 6.q.3. clem. dudum. de ſepult.

X. Vt benedictiones à Parocho ſolo, niſi de eius licentia, recipiantur. Innoc. & alij in rubr. de paroch. 22

XI. Vt parochiani teneantur reparare eccleſiam, ſi ipſe ſit pauper, vel onus per conſuetudinem in ipſos eſt tranſlatum, vt not. in cap. ad audientiam. de eccl. ædif. & iidem tenentur alere concionatorem, & illi eleemoſynam dare ſi conſuetudo id habeat. ſeſſ. 5. c. 2. ſeſſ. 24. cap. 4. in Trident. Concil. & vlterius cogere poſſit populum ad ſeruandas laudabiles conſuetudines de tribuendo aliquid ſacerdotibus celebrantibus, ſacramenta miniſtrantibus, vel diuina agentibus, ex pia deuotione eorum introductas, vt not. in cap. ad apoſtolicam. de ſimon.

Parochiani tenentur reparare ſuam eccleſiam.

Econuerſo autem Parochi non tenentur ſi quid ex beneuolentia ſoliti ſint aliquid dare populo, vt candelas benedictas, cũ non detur præſcriptio in his quæ humanitatis cauſa

Digitized by Google

dantur.cap. ſi Epiſcopus. 16.q.3.Io.Med.de reſtit. q.16.Silu. Reſtitutio. 1. §. 1. & in terminis de candelis benedictis id ſentit Silu.idem.decima.num.7. quod ego intelligerem, vt non teneatur ad domum parochianorum eas mittere,etiam ſi id habeat conſuetudo, ſed bene iis qui adſunt in eccleſia, & accedunt ad altare ad eas accipiendas, iuxta Rubricam Miſſalis,& ægrotis,vel aliàs impeditis,vt ſentit Fuſch.de viſit.lib.1.cap. 33. non tamen cenſerem teneri certum pondus earum ſeruare,ſed id ſibi eſſe arbitrarium, cum myſterij repræſentandi cauſa diſtribuātur. & Zerola.Candela. in praxi ep.conſentit,licet ſentiat Parochos nō teneri eas dare, mihi tamen magis placet opinio Fuſchi, gratia ſaltem ſcandali vitandi ad id cogi poſſe ab Epiſcopo, tum ob myſterium, tum ratione conſuetudinis,& ſcandali.

XII. Vt obedientia, & reuerentia ei præſtetur, dignitati enim debetur reuerētia.1.Petr.2.c. ſolitæ. de maior.& obed. poteſtati obedientia.Rom.13.c.qui reſiſtit.11.q.3.

XIII. Vt nemo poſſit renunciare vſui parochiæ, vt ab iis ſe eximat,vt nec ab vſu putei, vt à ſolutione eius manutentionis ſe eximat, vt dicit de Iure Patr.libro 2. num.129. Nic.Delph.

Efficitur verò quis parochianus alicuius loci ſi eo tranſtulit domicilium animo ibi morandi,vel per commorationem ſex mēſium eo loci.cap.omnis.vbi Abb.de pœnit. Silu. Paroch.ad fin.

23 *Parochus ad quæ teneatur, & quæ agere deceat eum.*

Secundum ſit dictum. Parochus ad multa ex officio tenetur,quæ vt leuiora appareant, aciem mentis intendat ſe non ad delitias,& propria commoda, ſed labores, & ſollicitudines pro Dei gloria vocatum eſſe. ſeſſ.25.in Trid. Conc.c.1. & magnum ſibi in cœlo præmium eſſe paratum,ſi rectè officium obierit,vt inquit Chriſ.lib.2. de ſacerdotio; & habetur Matth.24. & 25. vbi talenta ſibi credita fideliter diſpenſans, à Deo multis bonis cumulatur, & ob officium detur beneficium.c.fi.de reſcript. in 6.ac cura paſtoralis ſignum ſit dilectionis Dei. Ioan.21. & qui virtutibus nitet gregem domini paſcere debeat, ac vtilitatem ſubditorum exquirere, cū & ipſe vnigenitus patris, vt prodeſſet hominibus de ſinu Patris ad publicum noſtrū egreſſus ſit. c. in ſcripturis. 8.q.1. & docet Greg.in paſt.p.1.cap.6.& magnum ſit bonum animarum ſaluti inſiſtere, & ibi opera pietatis corporalis, & ſpiritualis aſſiduo exerceantur,quorum rationem Dominus

in

Digitized by Google

in die iudicij eſt petiturus.Matth.25. & in eo ſtatu, otium, malorum omnium ſemen, fugiatur, & occaſio præſtetur multa bona faciendi in ea vocatione,& ſancto officio,icirco curæ ſibi commiſſæ perpetuò & fideliter attendat. Dei gloriam, propriam & ſubditorum ſalutem omni diligentia curando;Deum ante officium ſuſceptum,& poſt aſſiduè rogans, vt omnia eius opera ad ipſius gloriam dirigat, ac eius gratiam præſtet,vt animas ſibi concreditas ad cœli beatitudinem ſecum perducere valeat, & in earum ſeruitio, ac vocatione aſſiduo perſeuerare intendens, vt Apoſtolus monet. Epheſ.4.1.Cor.5.cap.ſicut.7.q.1.c. mutationes.ead.q.1.cum mutationes beneficiorum improbentur. c.non oportet cum ſeq.& d.c.mutationes.7.q.1.

I. Ergo,tenetur Parochus reſidere in parochia ſua,& propè eccleſiam ſi fieri poteſt,vel ſaltem intra parochiam, aliàs fructus ſuos non facit, & mortaliter peccat.c.2.ſeſſ.6. & c.1. §.eadem omnia.ſeſſ.23.in Trid.Concil. & iuxta Bullam Pij V. 8. Idus Iulij 1568. quæ intelligenda ſunt, iuxta tradita ſupra de ſtatu Epiſc.cap.5.

II. Tenetur curam animarum per ſeipſum exercere.cap. quia nonnulli. de cler.non reſid.c fin.§.præterea.de præb.& non per ſubſtitutum,vt not. in c.1.de offic.Archipresb. cum ſit electa induſtria perſonæ, & ideò non poſſit id per alium explicari.cap.fin.de offic.deleg.c.cum ſit.de æt.& qual.quod intelligi debet quò ad actus ſaltem principales, & quatenus poteſt,vt not.in d.c.1. ſi enim ſit infirmus eſt ei dandus coadiutor cum congrua fructuum aſſignatione. cap.1. de cler. ægrot.& idem ſi ſit imperitus, aliàs tamen bonæ famæ.c.6. ſeſſ.21 in Trid.Conc. & etiam ſi populus eſt numeroſus,ita vt ſolus non ſufficiat pro ſacramentis adminiſtrandis, & diuinis officiis obeundis, poteſt cogi ab Epiſcopo, vt aſſumat coadiutores, cum aſſignatione portionis congrua, qui in prædictis eum adiuuent.c.4.ead.ſeſſ.cap.21.

III. Tenetur Euchariſtiam continuò promptam habere pro infirmis, & eam mundè & fideliter ſub clauibus cuſtodire,lampade coram ea iugiter prælucente, eam cum lumine,& honorificè,vt adoretur,ad infirmos deferendo cap. presbyter cum ſeq.de conſecr.diſt.3. c. ſanè. vbi glo.de celebrat.Miſſ.c.1.de cuſtod. Euchar. & ſeſſ.13.c.5.& 6.& can.6. & 7.in Trid.Conc.

IIII.Debet quotannis ſumere à Cathedrali ſacra olea,ſci-

Digitized by Google

licet chriſma ſacrum. cap.omni tempore de conſecr.diſt.4. ſine quo baptiſmum non conficitur ſine peccato.cap.nullus presbyterorum.ead.diſt. & oleum cathecumenorum, & infirmorum quæ ab Epiſcopo ſint conſecrata. c. ſi iubet. 26.q. 6.c.1.de ſacram.vnct.quæ olea non per minorem clericum, ſed æqualis ordinis à proprio Epiſcopo quotannis accipere debet.c.presbyteri de conſecr.diſt.4. ea quotannis renouando,veteribus in ſacrario combuſtis.c.ſi quis. de celebr.Miſſ. de conſecr.diſt.4.& primis duobus oleis fontem baptiſmi in Sabbato ſancto,& Pentecoſtes renouando.c.in ſabbato.ead. diſt.& ea fideliter ſub clauibus cuſtodiendo, ne ſortilegi iis abutantur,quod grauiſſimum eſt, vt dicit Abb. in cap.2. & per tot.de ſortileg.

Quis ad Eccleſiarũ reparationem teneatur.

V. Tenetur eccleſiam reparare ſimul cum aliis in ea beneficiatis proportione fructuum beneficiorum,deductis eorum victu, & veſtitu decenti, niſi adſit fabrica eccleſiæ, vel populus ex conſuetudine id onus ſuſtentet. cap.vnio 10.q.3. etiam vbi opus eſſet eam de nouo fabricare, vt dicit Abb.in cap.1.in cap.de his.c.ad audientiam.1.de eccl.ædif.& Conc. Trid.ſeſſ.21.cap.7. ſi verò Parochus in non poteſt,debent ei vniri beneficia, vt ſupra. cap. 1. de præb. vel parochiani id præſtare.d.cap.7. quibus omnibus egeſtate preſſis,transferri aliò poſſunt,vt ſupra. d.cap.7. & in dubio tenetur. Parochus pro tertia parte,& parochiani pro reliquis duabus. cap.vnio cap.priſcis.10. quæſt. 3. quia ſic olim Epiſcopus tertiam partem ab eccleſiis accipiebat, qua onera fabricæ ſubibat,quòd ſi impenſæ non ſunt neceſſariæ,vel vtiles, ſed voluntariæ ad ornatum,qui huiuſmodi facit tenetur ad eas,non alij. cap. ſi monachus. 16.quæſt.1. cap. de his.de eccl.ædif.cum nullibi in iure reperiatur, quòd Rector eccleſiæ parochialis teneatur ſuis parochianis de templo prouidere,ita Nic. Delph.de Iure Patr.lib.2. num.127. cum ſeq.& vlterius prouidere debet de ſuppellectili eccleſiaſtica neceſſaria, vt calcibus, corporalibus,purificatoriis,cottis,albis,ſtolis,manipulis, planetis,dalmaticis,pluuialibus,palliis quinque colorum, mappis pro altaribus, & huiuſmodi, de quibus tract.de Miſſa,ſub c. de Eccleſia.

VI. Tenetur ſacramenta ſubditis adminiſtrare, & ſanis, & infirmis,vt not.Dec. in c.ad aures.de reſcript. ídq; promptè,& celeriter agere debet, omnibus aliis propriis negotiis omiſſis, præſertim cum ad ægros inuiſendos inuitatur, & in

gratia

gratia Dei exiſtens, ne alios ſanans, ſeipſum polluat, & ideò quāprimum veretur ſe peccato mortali, mentali, vel actuali irretitum, ſtatim confiteatur, vt munus ſuũ meritoriè agere poſſit, & ſimul cum aliis proficiat, & priuatis orationibus ſibi, & aliis prodeſſe valeat, & tutior, ac magis quietus ſit in conſciẽtia. Vnde baptiſmi ſacramentũ, cùm ſit abſolutè neceſſarium, tenetur abſolutè omnibus infantibus miniſtrare. Io.3. de quo tract. de Bapt. eſt actum, & etiam adultis. Quo verò ad confeſſionem. Sil. Confeſſor. 1. nu. 14. tenet nõ teneri eum audire, niſi quando ex præcepto obligatur confiteri. Candel. verò ſub tract. de Confeſſione, dicit, ſemper eũ ſub mortali teneri ipſum audire cum ſubditus illum requirit. In hac difficultate ſic diſtinguerem, quòd vbi quis tenetur ex præcepto confiteri, videlicet in articulo neceſſitatis, vt in articulo mortis, vt in graui infirmitate, quãdo prælium eſt ingreſſurus, vel in certiſſimo naufragio, vel ſcit ſibi inſidias ab inimicis parari, & idem de muliere prægnante, ſi adſit probabilis mortis timor, vel ſi voto, aut iuramento ſe obligauit ad pluries confitendum, vel id acceptauit in pœnitẽtiam, vel initutus eſt longam peregrinationem, & certus eſt eum non adfuturum ad annum, nec habiturum copiã confeſſoris, vel ſi ei imminet periculum habendi copiam ſuperioris, qui modo eſt præſens, vt eũ à reſeruatis abſoluat, vel ſi conſcientia ei dictat, vt conuertatur in Deum, vel quando habet cõmunicare, vel celebrare, vel vult ſuſcipere, aut miniſtrare ſacramenta, vel actus ordinum maiorum exercere, nec hoc caſu eſt ſufficienter cõtritus: tenetur & Parochus eũ audire. In aliis verò caſibus ſi quidem occurrit pœnitens grauibus, & multis peccatis irretitus, quid id petit, cum ſic à Deo ſpeciali auxilio vocetur, impium eſſet non concurrere inſtrumentaliter ad eius iuſtificationem, & ſic nõ eſt tutus à mortali, & idẽ ſi videt inſidias pudicitiæ alicuius parari, vel magnas pati tentatiões, & egere hoc remedio ne ruat in culpam, idem eſt dicendũ, vbi verò occurrunt mulierculæ, quæ vt plurimũ vacant mortali culpa, non auderem recuſantem eas quandoque audire de mortali accuſare, maximè ſi ægritudine, vel laſſitie occupetur, grauiori negotio præmatur, & ſcandalum abſit; qui tamen cum ad bonum ſubditos promouere debeat, debet etiã non rogatus in confeſſionali ſedere aſſiduo, & ad ſe accedentes benignè audire, & eos hortari in ſermonib. ſuis, vt ſacramenta, frequentẽt, nec ſignum

Parochus etiam nõ rogatus ſedeat in confeſſionali.

Digitized by Google

dando, q̄ ægrè confeſſiones audiat, licet defeſſus exiſtāt, nec niſi omnibus auditis, ſine cauſa rationabili diſcedat. Quo verò ad Euchariſtiā, pro eius prudētia eſt miniſtrāda, prout viderit fructum ex eius frequentatione capi, iuxta dicta tr. de Euch. ſub cap. 9. Tum, quia præceptum de ſacramentis miniſtrandis eſt affirmatiuum, quod obligat pro loco, & tempore, ac perſonarum qualitate: tum quia *ſacerdos non eſt dominus ſacramentorum, ſed diſpenſator*. 1. Cor. 4. ergo iis penſatis ea miniſtrare debet; ſed an teneatur ſub periculo propriæ vitæ ſacramenta miniſtrare. Reſp. q̄ in articulo neceſſitatis ea ſic miniſtrare tenetur, vt eſt baptiſmus in paruulis, ſine quo non eſt ſalus. Io. 3. & confeſſio in eo quē non credit ſufficienter contritum, & in articulo mortis eſt poſitus, & Euchariſtia, & extrema vnctio in iis qui loquelā amiſerunt, caſu quo eis illa ſunt miniſtranda, iuxta tradita in tr. de Euchar & de extrema Vnct. vt ſic de attrito virtute abſolutionis ſacramentalis, vel ſacramenti calore fiat contritus, his enim caſibus tenebitur probabiliter, etiam ſub periculo propriæ vitæ, vt tempore peſtis, ea miniſtrare, quia ſic ſalus animæ eſt anteponenda ſaluti corporis Parochi, vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 26. art. 5. & q. 32. art 5. Nau. in Man. c. 24. caſ. 3. & c. 25. caſ. 20. vbi verò prædicta neceſſitas non adeſt, poteſt omitti illorum miniſtratio, maximè vbi Parochus eſt ſolus, nec alius eſſet, qui ea infectis miniſtraret, vt dicit Cucch. tract. de Parocho. nu. 35. qui tempore peſtis non poteſt abeſſe ab eccleſia, nec reſignare beneficium, niſi æquè idoneum ſufficiat, vt dicit Valent. 2. 2. diſp. 3. q 4. punct. 3 & crederem etiā eum teneri etiam poſt ſacramenta miniſtrata aſſiſtere moribundo, qui magnis tentationibus diaboli concutiatur, & æget frequenti peccatorum abſolutione, aliàs non, poſt ea miniſtrata, & animam Deo commendatam, ex præcepto; & vbi is ſcit ſibi inſidias parari, & noctu vocatur ad ſacramenta infirmis miniſtranda, ſi certo ſcit ſe in via interfectum iri antequam ad domum infirmi accedat, non crederem eum teneri accedere, cum ita nil infirmo ſit profuturus, ſi verò id ſub dubium ei cadit, vel poteſt alia via incedere, vel bene ſociatus, & tutus, vel ſi inſidiæ ſunt parandæ poſt reditum ab infirmo, & ſciat verè infirmum egere ſacramento, & ei eſſe neceſſarium tenebitur adire, vitā ſuam Deo omnium Creatori humiliter commendando, & poſt exhibitum ſacramentum domi infirmi moram trahendo cum

Parochus quando teneatur etiā cum vitæ diſpendio ſacramenta miniſtrare.

Digitized by Google

cum *paſtor bonus animam ponat pro ouibus ſuis*.Ioan. 12. & *pretioſa ſit in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, & inter ſanctos ſors illorum eſt*.Sap.5.

VII. Tenetur Miſſam celebrare Dominicis, & feſtiuis diebus, & intra hebdomadam ſic frequenter, vt muneri ſuo ſatisfaciat.c.14.ſeſſ.23.in Trid.Conc.& Miſſas, ac Veſperas, & alia officia diebus feſtiuis in eccleſia canere iuxta loci conſuetudinem,ſupplicationes deuotè obire,& piis canticis defunctos tumulare.

VIII. Tenetur piè,& vtiliter cum breuitate,& facilitate ſermonis Dominicis,& feſtiuis diebus,& quotidie in Quadrageſima, & Aduentu, vel tribus diebus in hebdomada ſi Epiſcopo videbitur expedire, populo prędicare cum ſpiritu, & paterno affectu,ac vehementi, docendo eos quæ ſunt de neceſſitate ſalutis ſcienda,vitia annunciando,quæ vitare, & virtutes,quas amplecti debent, vt pœnam æternam euadere, & gloriam cœleſtem conſequi valeant,per ſe vel alios,ſi legitimè impeditur,impenſis eorum qui tenentur, vel ſolēt, ita vt ſi legatum adſit pro eo munere exequendo, vel populus id præſtare conſueuit, ſeruetur, aliàs Parochus tenebitur,niſi ipſe prædicare velit.ſeſ 5.c.2.& ſeſſ.24 c.4.in Trid. Conc. & congregatio Concilij diffiniuit, & cum ſacramenta adminiſtrat eorum vim, & effectum populo explicare. c. 7. ead. ſeſſ.

IX. Tenetur apud ſe clericum habere ætatis prouectæ, qui ſecum cantet,& lectionem,ac epiſtolam legat, & ſcholas tenere poſſit docendo pueros pſalterium, & cantum, & populum monere, vt mittat filios ad eccleſiam, ad fidem Chriſtianam diſcendam,quos ipſe cum omni charitate erudiat.c.vt quiſque.vbi gl.de vita,& hon. cler. quod intelligitur,vbi facultates ſuppetunt,& alij clerici,qui ea præſtēt ibi non adſunt,vt ibi not. Abb.& alij. & etiam idem iurare debet de obedientia Epiſcopo præſtanda,de reſidendo, & ſeruiendo eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus, nec alienandi eius bona,ſed alienata pro poſſe recuperandi,nec alio ſe transferēdi ſine Epiſcopi licentia.Rebuff. in praxi benef. in forma collat.nu.2.ad 11.& fidem profiteri.ex Conc.Trid. ſeſſ.24.c.14.

X. Tenetur curare,vt pueri diebus Dominicis, & feſtiuis edoceantur in eccleſia fidei rudimenta, & debitam reuerentiam, & obedientiam erga Deum, & parentes.

d.c.4.ſeſſ.24.idẽ habet Abb.in c.vt quiſque.de vita.& hon. cler.& id præſtare debent, qui tenentur, vel debent. d. c. vt patrini,patres ipſi naturales,clerici,& huiuſmodi, cum Parochus omnia ſemper præſtare non poſſit, & parentes cogi poſſunt ob id ad eccleſiam eos mittere.d.c.vt quiſque de vita,& hon.cle.qui & curare debet, vt in locis campeſtribus à parochiali diſtantibus in aliqua eccleſia ibi propinqua edoceatur,quo ipſe,vel eius coadiutores adeant donec introducta ſit, boniſque viris opere commendato, id quandoque inuiſant,qui & curet,vt in carceribus,arcis, & hoſpitalibus edoceatur.

XI. Non poteſt permittere, vt clerici peregrini celebrẽt in eius eccleſiis ſine dimiſſoriis eorum ordinarij, nec vt diuinis officiis habeantur laſciui cantus,ſoníve.c.1.ſeſſ.22.nec permittere, vt tempore diuinorum in eccleſia fiant deambulationes,ſtrepitus, collocutiones, & huiuſmodi, ſed vt compoſito corporis habitu omnes ibi ſtent.d.c. & ex Bulla 6.Pij V.incip.Cum primum;& debet quæſtuarios expellere. c.9.ſeſſ.21.nec celebrare præſentibus excommunicatis, vel interdictis nominatim, aut eos ad diuina admittere, aliàs ſuſpenſionem incurrit.cap.epiſcoporum. de priuil. in 6.nec celebrare in eccleſia interdicta, aliàs irregularitatem incurrit.c.is qui.§. ſi verò. de ſent. excomm. in 6. nec in eccleſia polluta, aliàs ſuſpenſionem incurrit, & ſi poſt in eccleſia celebrat, irregularitatem incurrit, vt dicit gloſſ. in d. cap. in princip.

XII. Cauere tenetur ne erret in ſacramentis adminiſtrandis,vel Miſſæ celebratione, ne ea miniſtret alieno parochiano ſine proprij licentia.c.omnis de pœnit.c.ſi Epiſcopus.de pœnit.diſt.6.Nau.c.4.num.1.& 4.nec abſoluat à reſeruatis ſine licentia,vt dicit Nau.c.26,nu.6.c.nullus. de paroch.c.1.13.q.1.clem.1.de priuil.Abb.in c. vt Dominicis. de paroch.& ea in eccleſia miniſtret caſu permiſſo excepto. c. ſicut.de conſecr.diſt.1.clem.vnica. de baptiſ. & ea cum cotta,& ſtola miniſtret,vbi maximè adeſt conſtitutio particularis,& eſt mortale in baptiſmo eorum omiſſio, vt dicit Sot. 4.diſt.4.q.1.art.3. concl. 2. nec ea miniſtrando illi qui ægrè ſuſcipit,& erga illa reuerentiam non demonſtrat. gl. in cap. ſicut.de Iudæis.D.Th.3.p.q.69.art.9. & 4. diſt. 4. q.9. art.1. Sot.diſt.6.q.1.art.7.non mutando, vel omittendo cæremonias ab eccleſia ſtatutas.ex Conc.Trid.ſeſſ. 7. can. vlt. aliàs

erit

Digitized by Google

erit mortale ſi res non ſit leuis. Sot.diſt.1.q.1.art.8.cauendo etiam ne quicquam pro iis miniſtrandis etiam nutu petat, quia ſic eſſet ſimonia, non vetando tamen quin ſpontè oblata ſuſcipiat.cap.ad apoſtolicam.vbi Abb.de ſimon. In particulari verò baptiſmum, caueat ne baptizet quem ſcit eſſe baptizatum etiam à commatre domi, licèt debeat ſupplere cœremonias omiſſas, aliàs fieret irregularis. cap. 2. de apoſt.& ſi dubitet an quis ſit baptizatus, nec ne, vt quia ſit expoſitus, baptizet eum ſub conditione, ſi es baptizatus, Ego te non rebaptizo, ſed ſi non es baptizatus,Ego te baptizo: In nomine Patris,&c. cap.de quibus. de bapt. caueat etiam ne baptizet exiſtentem in vtero matris, licèt vbi aliquod membrum apparet, & adeſt periculum mortis poſſit eum ibi baptizare,& maximè ſi caput apparet:caueat etiam ne vltra vnum,vel ad ſummum vnum,& vnam in baptiſmo ſuſcipiant infantem,docendo eos quam cognationem contraxerint, & illos in librum deferat.c.2.ſeſſ.24. in Tri.Conc. nec Epiſcopus poteſt diſpenſare,vt ſint duo viri,loco viri & mulieris;ex declar.490.ſacr.congreg.nec vxor leuantis contrahit affinitatem cum baptizato,vel eius parẽtibus, ex Bulla Pij V.Calendis Decemb.1564.incip.Cum illius vicem;vbi declaratur quæ perſonæ contrahant hanc affinitatem, quæ Bulla eſt numero 29. monentes parentes ne detineant infantes in lecto intra annum, aliàs ſi adeſt periculum ſuffocationis non abſoluantur. cap.ſi.cum ibi not.de his qui fil. propr. occid. & etiam moneant parentes, vt quamprimum infantes baptizent ob pericula. cap. nulla de conſ. c. diſt. 4. clem.1.de bapt.

Pueri in vtero matris baptizari poſſunt ſi caput foris apparet & immineat mortis periculum.

Circa Confirmationem doceat eos pariter, vt non ſuſcipiant eam ante ſeptennium, pariter monendo parentes cognationis contractæ,& eos in libro deſcribendo,vetando ne religioſi ſuſcipiant, contra.cap non licet.1.de conſecr.diſt. 1.cap.placuit.2.15.q.4.nec minores quatuordecim annis,vel non confirmati.gloſſ.in cap.in baptiſmate.ead.etiam debet docere populum formam baptiſmi, ob caſus neceſſitatis, & videre an obſtetrices intelligant eius formam.

Circa ſanctiſſimam Euchariſtiam, & extremam Vnctionem,obſeruet ea quæ dicta ſunt ſuprà,ver.3.& 6.curã etiam, vt primò communicantes inſtruat, vt ritè tantum ſacramentum ſuſcipiant,iuxta ea quæ dixi tract.Euchar.& vt norit qui in eius parochia communicent, vel non imprimis fa-

Digitized by Google

ciat multas politias, cum nomine ſancti ſuæ eccleſiæ, quarum ſingulam cuilibet communicanti à clerico dari iubeat eo cernente, poſt Euchariſtiam ſuſceptam, & tranſacto die octauo Paſchatis, ſingulas domos adeat parochiæ, & petat à ſingulis politias prædictas, & eos qui illas non dederint, viſo in libro ſtatus animarum qui communicet, pro inconfeſſis habeat, & poſt monita facta, Epiſcopo denunciet eos qui ad id tenentur, ſcilicet vſum rationis habentes arbitrio confeſſoris, maſculi in quatuordecim, fœminæ in duodecim annis ætatis, niſi prudentia ſuppleat ætatem, niſi excuſentur aliqui, qui ob aliquod impedimentum communicare non poſſint quod ab eis auferri non poſſit ſine eorum culpa, vt excommunicationis, caſus reſeruati, &c. vel ob periculũ recidiui arbitrio Parochi, quibus differri poteſt communio, & in huiuſmodi caſibus, arbitrio prudentis.

Mares anno 14. & fœminæ 12 debent cõmunicari.

Circa ordinem, vbi quis eſt promouendus ad ſacros ordines, edicta proponat in eccleſia an quis norit circa eũ impedimenta, & denunciet, ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 3. & videat an functiones in eccleſia exercuerint, in habitu, & tonſura inceſſerint, & literis operã dederint, iuxta cap. 11. ead. ſeſſ. & c. 17. & ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura, vt de iis veram Epiſcopo fidem facere poſſit, qui & aduertat, vt ordinandi in ſua eccleſia habeant debita requiſita, ſcilicet pro prima tonſura, ſeptem annos completos. c. in ſingulis. 77. diſt. c. fi. de temp. ord. in 6. & nati ſint ex legitimo matrimonio, niſi hoc caſu religionem ingrediantur. d. c. fin. in aliis tribus minoribus duodecim completos. d. c. in acolitatu, quatuordecim completos. d. c. vbi glo. pro ſubdiaconatu, vt attigerint vigeſimum ſecundum ætatis ſuæ annum, pro diaconatu vigeſimum tertium, pro presbyteratu vigeſimum quintum. cap. 12. ead. ſeſſ. 23.

Ordinandorum ætas & alia qualitates.

II. Requiritur pro prima tonſura, vt is ſit legitimè natus, ſecundò, norit rudimenta fidei, & neceſſaria ad ſalutem, tertiò, vt ſit confirmatus, & quartò, quod ingrediatur hanc vitam non cauſa vitandi iudicij ſecularis, ſed vt debitũ Deo famulatum præſtet. c. 4. ead. ſeſſ. & carens prædictis eſſet irregularis. Nau. c. 27. nu. 205. quæ documẽto authentico Epiſcopus ſignificare debet. Vnde pro minoribus teſtimonium eſſe debet Parochi, de legitimo matrimonio, excerpto ex libro baptizandorũ, de functionib. ordinũ, de morib. habitu & tonſura, confeſſione & communione ſemel in menſe ſuſcepta

Digitized by Google

ſcepta, vel aliàs, iuxta cuiuſque Epiſcopatus, conſtitutiones. & quòd is reuerentiam exhibeat presbyteris, & ſuperioribus, ac bonum exemplum det, & magiſtri, de exercitio literarum, & ſimul quòd adſit Doctrinæ Chriſtianæ docendæ, vel addiſcendæ, & congregationibus, quæ à ſacerdotibus fiunt, interſit; ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. 5. 11. & 17. qui ordines minores non ſimul, ſed per interſtitia temporum conferri debent, vt in eccleſia in qua aſcribi debent, illorum actus exerceant. c. 6. 11. ead. ſeſſ. & c. 13. & 14. niſi ob bonũ eccleſiæ aliud Epiſcopo videatur. c. eiſdem. & 17. ead. ſeſſ. & ex Bulla Sixti V. de cler. malè prom. aliàs ordinatus non per interſtitia, remota Epiſcopi diſpenſatione, eſſet ſuſpenſus ab exequutione ordinis, & in eo miniſtrans eſſet irregularis. Nau. d. c. 27. num. 70. & licet ſacra congreg. decl. 139. cenſeat nullum teneri ſeruire in eccleſia in qua non habet beneficium. & Abb. in c. authoritate de inſtit. id intelligi poteſt, vt quotidie ibi ſeruire non teneatur, iniungi tamen poteſt ei, vt diebus feſtiuis ſaltem illi inſeruiat, ex Conc. Trid. ead. ſeſſ. c. 6. licet conſultius eſſet vt prouentus erigerẽtur conferendi iis qui huiuſmodi functiones exercent. c. 17. ead. ſeſſ.

Quo ad ſcientiam verò, requiritur vt prima tonſura initiandi norint competenter legere, & ſcribere, & fidei rudimenta, pro minoribus intelligant linguam Latinam. cap. 4. & 11. ead. ſeſſ. Ad maiores promouendi in eccleſia, vt ſuprà ſunt publicandi c. 5. ead. ſeſſ. & fides trãſmittenda de eorum natalibus, ætate, & moribus, à fide dignis iis intellectis. c. 5. ead. ſeſſ. qui & quarta feria ante ordinationem Epiſcopum adire debent, qui, aſcitis ſibi viris prudentibus, ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter examinet, & inueſtiget. c. 7. ead. ſeſſ. qui idcirco habeant bonum teſtimonium parochi, & in minoribus ordinibus probati, & literis, & inſtructi in iis quę ad ordinem exercendum pertinent, qui ſperent, Deo dante ſe cõtinere poſſe, & eccleſiis quibus aſcripti ſunt inſeruiant, & ſciant maximè decere vt ſaltem Dominicis diebus, & ſolemnibus, & cum altari miniſtrarint, ſacram communionem accipiant. cap. 13. ead. ſeſſ. quorum omnium teſtimonium ad Epiſcopum Parochus tranſmittat, cum iis de quibus ſuprà, qui & ad ſubdiaconatum promoueri nõ debent, niſi cum patrimonio ſufficienti ad vitam ſuſtentandam, penſione, vel beneficio. c. 2. ſeſſ. 21. in Trident. Conc. de quo

Ordinandorum ſciẽtia.

loco

Digitized by Google

loco ſuo egi, qui & non niſi poſt annum à ſuſceptione vltimi minoris ordinis, niſi aliud Epiſcopo videatur, ordinari debnt. cap. 11. in fi. ſeſſ. 23. qui & niſi poſt annum, ad alium ordinem promoueri non debent, niſi aliud Epiſcopo videatur. cap. 13. & 14. ead. ſeſſ. qui & norint horas canonicas recitare, quorum omnium teſtimonium Parochus ad Epiſcopum tranſmittat; ad ſacerdotium verò promouendi per annum in diaconatu verſati ſint, niſi aliud ob bonum eccleſiæ Epiſcopo videatur, & apti ſint ad docendum populum ea quæ omnibus ſcire neceſſarium eſt ad ſalutem, & apti ad ſacramenta adminiſtranda, & pietate præluceant, & vitæ integritate, qui & poſt Dominicis, & ſolemnibus diebus debent celebrare. cap. 14. ead. ſeſſ. & dicitur annus in prædictis à temporibus Quadrageſimæ ad alia ſimilia, licèt ante duodecim menſes contingat, cum is ſit annus eccleſiaſticus, vt dicit Zerola in praxi ep. verbo. Ordo. niſi quis careret ætate legitima, quia ſic requiritur annus ſolaris. Staphil. de lieris gratiæ. fol. 128. nu. Zetrola loco cit.

Dominicis & ſolemnib. diebus debẽt celebrare ſacerdotes.

Cætera videnda in tract. Ordinis, præter ſuprà relata, vbi & retuli qui non poſſint ordinari, & tract. de Clericis.

Circa Matrimonium, obſeruet ſtatuta in Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. vt ſcilicet in eccleſia intra Miſſarum ſolemnia tribus diebus feſtiuis tres proponantur denũciationes, vt qui ſciũt impedimenta, id denuncient, quibus peractis, ſi non apparet impedimentum, ipſe, vel alius ſacerdos de eius licentia, præſentibus duobus ſaltem teſtibus, matrimoniũ celebret, quos & in librum deferat, aliàs, ſi matrimonium ſine eius præſentia, vel alterius de eius licentia, & ſine teſtibus celebretur, irritũ eſt. d. c. monendo etiã ſponſos, vt ante benedictionem confiteantur, & communicent, & non cohabitent. d. c. eos benedicendo cum Miſſa ſacramentali, vt in Miſſali, cauendo etiam ne benedicat ſecundas nuptias, etiã ſi vnus tantùm ante fuerit benedictus c. 1. c. vir. de ſec. nupt. in quo loci conſuetudo ſeruetur, vt dicit Abb. in d. cap. vir. & ſi impedimentum apparet, vlterius non progrediatur, ſed Epiſcopo id denunciet. ex eod. Conc. c. 1. & 7. ne in gradu vetito inungantur, iuxta c. non debet. de conſang. aliàs ij excommunicationem incurrunt, & matrimonium eſt nullum. clem. 1. de conſang. & affin. vel alias illegitimè, exteros, & vagos ad matrimonium non admittendo, niſi cum fide Epiſcopi eorum

rum ſigillo munita, quod publicationes emiſſæ ſint, & nullum ſubſit impedimentum, & re prius ad proprium Epiſcopum delata. cap. 7. cit. & etiam non celebret matrimonium pro muliere, cuiũs vir diu abſens fuerit, niſi habito certo nuntio de morte viri. c. 2. de ſecun. nupt. Idem quoque ante denunciationes, in eccleſia ſi commodè fieri poteſt, interroget ſponſos ſeiunctim, an conſentiant liberè, vt denunciationes fiant, nec id contrahat, niſi vterque, verbis, vel ſignis apertis eidem matrimonio conſenſum præbeat, muliere per ſe reſpõdente, & non alio pro ea; qui & laboret, ne in ſecundis nuptiis cimbala, vel ſolubra pulſentur, dum ſecundæ nuptiæ contrahuntur, contra. cap. fin. de ſecun. nupt. populo etiam modeſtè matrimonij impedimenta notificando, cauens etiam ne tempore vetito matrimonium contrahat. contra cap. 10. ead. ſeſſ. 24. qui, & caueat, vt ſupra, ne matrimonia clandeſtinè contrahantur, quod fit quando fiunt ſine præſentia Parochi, & teſtium, vel ſine publicationibus præmiſſis. d. c. 1. ſeſſ. 24. & Epiſcopus debet declarare nullum matrimonium factum ſine præſentia Parochi, vel alterius ſacerdotis de licentia eiuſdem, vel ipſius Epiſcopi, vel ſine teſtibus, & Parochus in hoc dicitur is ſub cuius parochia contrahens domicilium habet principalius, & in maiori parte anni habitat, vnde vbi quis ciuitatem colit, & quandoque rus adit ad opera ruſtica videnda, *Matrimonium contractum à Parocho ruris nullum eſt*. Nau. de cland. deſpon. conſ. 2. niſi ibi pro maiori tempore habitet, vt ibi dicit, valet tamen cõtractum à Parocho viri. Nau. de ſponſ. conſ. 1. & 52. Si verò omiſſæ ſunt denunciationes ſine licentia ordinarij, dicitur clandeſtinum, ſed tenet. ex deciſ. 68. ſacræ congreg. ſed ſi impedimentum impediens, & dirimens detegatur, filij ſic nati erũt incapaces ſucceſſionis: vt dicit Abb. in c. cum inhibitio. de cland. deſpon. etiam ſi parentes ignorent impedimẽtum, qui tamen ſunt legitimi, quò ad ſucceſſionem aliorum, præſertim ſi matrimonium eſt contractum ſeruatis ſeruandis, & parentes ignorarunt impedimentum. Abb. ibi. Nau. cap. 22. num. 70. notab. 3. Couar. de ſponſ. 2. p. c. 6. num. 12. verſ. 2. Silu. Filij. §. 9. verſ. 2. poteſt verò Epiſcopus remittere vnam, vel duas, aut omnes denunciationes ex cauſa ſibi bene viſa, vt quia timeatur ne matrimonium malitiosè impediatur ſi fiant. d. c. 1. ſeſſ. 24. & decl. 3. ſacræ congreg. modo ante conſummationem ſemel ſaltem denũcietur, locis prædictis,

Digitized by Google

dictis,vt & remitti poſſunt ſi adeſt tempus,quo nuptiæ prohibentur,ex decl.15 ſacræ congreg.vel ſi nobilis cum ignobili,diues cum paupere,ſenex cum adoleſcentula contrahat, vel alia ex cauſa iuſta Nau.cap. 22.num.70. notab.5.qui tamen Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt fiant diebus ferialibus,ex decl.15.ſacr.congr.nec Parochus, ſed ſolus Epiſcopus eas remittere poteſt.Nau.conſi.1.de cland.deſponſ.

Idem Parochus,etiam aduertat, quòd quando cõtrahentes ſunt diuerſarũ parochiarum, publicationes fieri debent in vtroque loco; ex deciſ.67. ſacræ congr.Abb in d.cap.cum inhibitio.nu.7.& ſi ij ſint diuerſarum diœceſum, debent pariter denunciationes fieri in ambabus parochiis, & curatus viri debet ſcripto ſignificare Parocho mulieris, ſe emiſiſſe denunciationes, & nullum impedimentum inueniſſe; ex d. c.1. Conc.& decl cit.congreg. & vlterius ordinarius viri ſignificare debet ordinario mulieris legitimo documento, quòd vir eſt ſolutus omni vinculo matrimonij; ex c.7. cit. ſeſſ.24.quodq́; publicationes emiſſæ ſunt, nec impedimentum detectum,quo caſu incõſulto proprio Epiſcopo matrimonium fieri non debet in vagantib.c.7.ead.ſeſſ. Abb.in d. c.cum inhibitio, nu.7. & vbi fides alterius ordinarij haberi non poteſt, ſat erit probare per teſtes fide dignos ſumptos per curiam Epiſcopalem,vbi matrimonium cõtrahitur, eos ſolutos eſſe ab omni vinculo matrimonij,vel impedimento canonico, præmiſſis tamen publicationibus vtroque in loco, & vbi aliqui de nouo habitant in parochia, inter vagos habentur, & proprius eorum Parochus erit in cuius parochia habitant tempore contractus matrimonij: ex decl.69. ſacr.congr.& hæc teſtimonia diligenter cuſtodiantur, vt & licentia Epiſcopi,qua remittit denunciationes.

Vbi verò,factis denunciationibus,detegitur impedimentum contrahendi, debet, vt ſupra, Parochus id ſignificare Epiſcopo antequam contrahat, & ſat eſt vnus teſtis ad impediendum matrimonium contrahendum, cum ibi agatur de peccato vitando.c.licet de teſtibus.c præterea 2.de ſponſ. Nau.c.22.nu.83. modo iuret ſe teſtificari, non odio,amore, vel commodo, ſecundò, quòd aſſignet gradus ab vtroque latere:tertiò,quòd id audierit à maioribus:quartò,quod viderit perſonas ſaltem in vltimo gradu:ſi verò deponeret de auditu,& non de viſu,niſi alia indicia accedant,vel fama,nõ probat;fama verò per ſe non ſufficit, vbi nullus gradus aſſignatur,

gnatur,

Digitized by Google

gnatur,& demum id relinquitur arbitrio iudicis.Couar. loco cit.n.11.qui,in dubio,inquirat an impedimentum probari poſſit, & ſuperſedendum eſt à contractu ſi quid rationabile probetur,vel opponatur,donec id diſcutiatur. Abb.loco cit.& hic teſtis poteſt eſſe conſanguineus, vt & in diſpenſatione probanda. Innoc. in cap. ſuper eo. de teſtib.

Inuigilet etiam Parochus, vt ſupra, ne ſponſi ſimul cohabitent, vel conſumment ante contractum, aliter n.puniri poſſunt pœna ſtupri. ex decle. 27. 58. & 75. ſacr. congr.vbi tamen aliqui contraxerint clandeſtinè, & conſommatunt, poſſunt, ſi nil obſtet, ſine diſpenſatione in faciem eccleſiæ contrahere ex decl. 35. ſacr. cong. licet. n.puniri, vt ſupra, poſſint. Couar. in 4. decret. 2.p.cap.6.ver.verum.& qui matrimonia promiſerunt contrahere,moneri debent,primò,vt contrahant, ſecundò,etiam cogi poſſunt, niſi ex iuſta cauſa recedant, à confeſſario,non tamen à iudice. Silua de benef. 1.p.q.7.Couar.in 4.decret.1.p.c. 4. vt & attendere debet Parochus ne vxorati ſine iudicio eccleſiæ diuiſi habitent.cap.3. de diuort.

Aduertat demum Parochus,quando opus eſt diſpenſatione in matrimoniis, vt ſponſi narrent Papæ veritatem, aliàs diſpenſatio non valeret, ſi falſa cauſa exprimeretur, ex qua Papa moueretur ad diſpenſandum.Couar.de ſponſ. 2. p.cap. 6 §.9.& 10.num.14.

Cauſa ob quas in gradibus prohibilis diſpenſetur.

Cauſæ verò admittuntur in contrahendo, ſi adſit dotis incompetentia, vel loci anguſtia, quia ibi ſint omnes ferè conſanguinei,vel affines,vel ob ſedandas inimicitias,& diſcordias,vel ſi vir diues velit pauperem conſanguineam ducere,dotem illi aſſignando,vt dicit Nau. c.22.nu.87.& ſacr. cong.decl.53.In contracto verò diſpẽſatur ob bonum pacis. c.2.de ſponſ.vel ſi ex ſeparatione oriretur ſcandalum.c.quia de conſang. vel ſi orta ſit proles. c. de gradibus 35. q.8.vel ſi mulier remaneret aliàs perpetuò diffamata, dummodo de nouo contrahatur.Nau.loco cit.nu.86.qui & conſ.5.de conſang.dicit,non eſſe neceſſe exprimere Papę copulam ſequutam,cum ſuper inceſtu Epiſcopus poſſit diſpenſare. Tutius tamen eſt, vt exprimatur, & etiam ſi ideò ſit conſummatum, vt facilius diſpenſatio obtineatur. Couar. in 4.decret. 2.p.cap.6.§.10.nu.14.dicens aliter diſpenſationem non valere,in foro tamen conſcientiæ ſentirem cum Nau. talem diſpenſationẽ valere, hoc tacito, & eo magis ſi poſt ſupplica-

tionem

Digitized by Google

tionem ſignatam,copula eſſet ſequuta; qui Parochus etiam non ſe immiſceat in coniugiis ineundis, niſi vbi aliqui in peccato morarentur,vel aliqua parentibus careat, quod tamen cautè,& probis viris adhibitis fiat, ne famæ ſuæ iacturam faciat, vel mali ſuſpitionem præbeat. Cætera ad hoc facientia,videantur ſupra, & latius in tract. meo de Sacram. Matrim.

Quæ ſint cauenda in celebratione miſſæ.

Circa Miſſam,caueat ne celebret ante auroram, vel poſt meridiem notabiliter, vel ne omittat Miſſam diei ob votiuam,niſi ex cauſa.cap.2.de celeb. Miſſ. & minus quòd celebret abſque eo quòd conficiat, quod eſt grauiſſimum.c.de homine.eod.vel ad perdendum aliquem, quod eſt immane crimen, vt habetur tract.de Miſſa, vel in peccato mortali. ſeſſ.13.cap.7.in Trid. Conc. de Sacr.Euchar. vel ne celebret ſine lumine,vel cum pane fermentato, non ieiunus, vel in vaſi ligneo.cap.fi.eod.vel ne apponat plus de aqua,quàm de vino.cap.pernicioſus.eod. vel, vbi plures celebrat Miſſas in die Natiuitatis Domini,ne ſumat purificationem,niſi in vltima,aliter non eſſet ieiunus.cap.ex parte.eod.nec ſine Miſſali,nec extra eccleſiam.ſeſſ.22.in Tr.Conc.de celeb. Miſſæ. Poteſt tamen, & debet Epiſcopus dare licentiam alicui nobili Marchioni, & huiuſmodi, vt poſſit facere celebrari in oratorio conſtructo in aula ſui Palatij in loco honeſto, occluſo,& conſtructo vt decet, & ad diuinum tantum cultum dicato,ob neceſſitatem ſenij, vel infirmitatis, aut aliam neceſſitatem:ex decl.c.82.92.& 230.ſac.congreg.cum clauſula tamen ſine præiudicio eccleſiæ parochialis, quò ad ſacramentorum adminiſtrationem, & alia de quibus ſupra, ex deciſ.98.ſacræ congreg.

Id etiam aduertendo, quòd qui ſuſcipit onus celebrandi in certo loco, non ſatisfacit celebrando alibi Nau. de hor. can.cap.5.num. 12. niſi de licentia Epiſcopi, vel conducentis,& Abb. in cap.fraternitatem.num.4.de ſepult.dicit,Miſſam plus prodeſſe animæ ſi celebretur vbi ſepultum eſt corpus eius,quàm alibi, quod tamen neſcio, vt verum ſit, niſi fortè ob maiorem deuotionem ibi adhibitam à celebrante ex opere operantis,& conatum.Id præterea aduertendo, vt Miſſa conueniat officio, & qui ſuſcipit onus celebrandi de Spiritu ſancto, &c. debet id implere: poteſt etiam legatum inſtitui,vt Miſſa quotidiè celebretur de Beata Virgine.Abb. in c.ſignificaſti.num. 4. de præb. quod tamen onus Epiſcopus

pus debet commutare, cum non deceat, vt talis Miſſa celebretur in die Natalis Domini. Abb. ibi nu.3. *Certus etiam numerus candelarum, & Miſſarum*, ex Conc. Trid. ſeſſ.22. de obſ. & euit. & exactiones pro Miſſis nouis vetantur, non vetando tamen tertium, ſeptimum, & trigeſimum, tertium in memoriam Domini, qui triduo reſurrexit, vt inquit ſanctus Clem. lib.6. conſtit. Apoſt. c.48. dicens, peragatur dies tertius mortuorum in pſalmis, & lectionibus, & orationibus, propter eum, qui tertia die reſurrexit; & ſeptimum, cum is dies ſit ſimbolum futuræ quietis, vt inquit Auguſt. lib.5. quæſt. ſuper Gen. ad fin. vt & trigeſimum pro defunctis celebrari hortatur ſanctus Ephrem in ſuo teſtamento, & Anniuerſarium. ſanctus Clem. lib.6. d. cap.48. Tert. lib. de Monogamia. quia ignoratur qualiter eorum cauſa habeatur in alia vita, vt inquit Fortun. lib.3. de eccleſ. offic. cap. 44. vt & Miſſæ triginta dierum continuatæ probantur, vt inquit Hildeb. tract. de ordin. hæremit. poteſt verò Epiſcopus minuere numerũ Miſſarum, ſi relictum ſat non ſit illi oneri Conc. Trident. ſeſſ.25. cap.4. ita vt ſacerdos habeat vnde viuat, & vbi magnus numerus Miſſarum celebratur ex voto, alij ſacerdotes aduocandi, qui ei oneri ſatisfaciant, & de illis eleemoſynis participent, ex decl. 4. ſacr. congreg. In cæteris videnda, quæ dixi tract. de Miſſa, & operam det, vt omnes ei audiendæ Dominicis, & feſtiuis diebus ex præcepto, vel conſuetudine, interſint. cap. Miſſas de conſec. diſt.1. niſi qui ab hoc excuſentur, vt infirmi, quíve aliàs domo exire non poſſunt, vt cuſtodes arcium, ſeruientes infirmis, qui ſine periculo infirmos dimittere non poſſunt, & nutrices infantes, vel ſi timor ſubſit, ne tunc domus relicta derelicta expiletur, vel magna iactura ſit ſubeunda, ſi audiatur, vel ſi graui inimicitia quis prematur, vel ſi aliàs domo exire non poteſt, vt honorem ſeruet, vt mulier carens calceis, virgo, vbi mos eſt non exeundi, qui tamen eſt ab Epiſcopis, ſi fieri poteſt, auferendus, vel ex aliis cauſis iuſtis, de quibus tract. de Miſſa, cap. vlt.

Epiſcopus poteſt minuere numerũ Miſſarũ fundatarum ſi non ſufficiẽs eleemoſyna ad alendum celebrantem.

Circa extremã unctionem, curet eam adminiſtrare, dum ſenſus vigent, quæ & miniſtrari debet iis qui decimum tantum annum attigerint.

XIII. Tenetur habere tranſumptum Bullæ Cœnæ Domini, & illud, Epiſcopo mãdante, populo denũciare & caſus Epiſcopales, quos populo honeſtè explicet, cum excommu-

Quos libros habere debet Paroch.

nicationibus, & interdictis, in quæ populus frequentius incurrit; qui & habeat libros neceſſarios, vt Miſſale, & Breuiarium reformatum. Indicem librorũ prohibitorum, Bibliam ſacram, Cathechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum, Conſtitutiones diœceſanas, & prouinciales, Rituale ſacramentorum, Calendarium, Sacerdotale, Graduale, Antiphonarium, Pſalteria, &c. Sermones Granatæ, Oſorij, Diez Stapletoni, S. Vincentij, & alios pro eius captu, Summas probatas, maximè Nauarræ, Syluestri, Gregorij de Valentia, & noſtros libros, ſi placet, ac alios vtiles, maximè de rebus ſpiritualib. agentes, quorũ nũc, Dei beneficio, ingens eſt copia.

Idem quoque quinque libros initio poſſeſſionis beneficij adeptæ, confici curet: *In quorum primo* ſtatum animarum conſcribat, deſcribendo per ſe, adhibito ſecum vno, vel duobus probis viris parochiæ, omnem parochiam luſtrando, ſingulas domus per vicos diſtributas, hoc ordine, primo notando nomen patris familias, eius profeſſionem, vel artem, ætatem, & an confirmatus ſit, & ſacram communionem ſuſcipiat, tum eius vxorem, filios, ſeruos, adhibitio iis qui confirmati ſunt, hoc caractere K, & iis qui ſacram communionem percipiunt C, in eius margine, & ſpatio quatuor digitorum ab vna domo ad aliam relicto, vt naſcentes in ea notet, & duorum vel trium foliorum à vico ad vicum, vt nouiter aduenientes conſcribat, ſic.

In Vico Nuncupato N.

Dominus Petrus N. nobilis, vel faber lignarius annorum quadraginta.

Domina Martha eius vxor, annorum viginti octo.

Paulus filius, annorum quindecim.

Martinus N. famulus, annorum vigintiquinque.

Anna N. famula, annorum triginta.

Et ſi quis confirmatus non ſit, non ponatur litera K, & ſi communionem non ſuſcepit, non adjiciatur, litera C.

Et hic liber, ſi non ſingulis annis, triennio ſaltem vnoquoque, reficiatur.

In ſecundo libro conſcribat baptizatos, cum nomine eorum patris, & matris, & ſuſcipientes, & in calce eius, ab Epiſcopo confirmatos.

In tertio notet matrimonia, in quibus libris eum ordinem ſeruet, quem tradidi in libro Sacramentorum, ſub Sacramento Baptiſmi, Confirmationis, & Màtrimonij.

In

Digitized by Google

In quarto notet bona mobilia, & immobilia eccleſiæ, notando ſingulas domos, & agros cum eorum finibus, & liuella, & mobilia domus, & eccleſiaſticam ſuppellectilem, & quæ ipſe illuc vlterius attulit, vel confecit, notando etiam vſurpationes bonorum eccleſiæ, & qui ij ſint, & huius libri exemplar deferat ad archiuium Epiſcopale.

In quinto notet parochianos cum ſcandalo viuentes, ſcilicet hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, ſortilegos, ſuperſtitioſos, excommunicatos, interdictos, inconfeſſos, blaſphemos, concubinarios, meretrices, luſores publicos, dierum feſtorum, & Quadrageſimæ violatores, vſurarios coniuges diſiunctos, diſcordes, quos, monitis, amicorum via, vel potentium ad bonam frugem reducere curet; & è regione libri notet an ſint emendati, & incorrigibiles Epiſcopo denũciando. In altera eius parte conſcribat ſingulos pauperes parochiæ, quibus pro eccleſiæ opibus frequenter, maximè in Natali Domini, Paſchate, & Eccleſiæ feſto ſubueniat, & curet, vt à locis piis, & diuitibus eiſdem ſubueniatur. In tertia verò eius parte morientes cõſcribat die, menſe, & anno notato, pro quibus ſacrificium Deo offerat, & in ſtatu animarum deleat, vel addat ſignum crucis in margine, ſic.

Ex his libris, eum qui cõtinet ſtatum animarum, & quartum, & hunc poſtremum domi ſub clauibus fideliter cuſtodiat, alios ibi quoque, vel in ſacrario ſub clauibus, ita vt ab aliquo ſurripi non poſſint, quorum etiam, ſecundi ſcilicet & tertij; exemplar ad Epiſcopum deferat.

XIIII. Tenetur Dominicis diebus, populo enunciare dies ieiuniorum, qui ſunt omnes dies Quadrageſimæ, Dominicis diebus exceptis, Quatuor anni tẽpora, vigiliæ ſancti Matthiæ, Pentecoſtes, Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ, ſanctorum Petri, & Pauli, ſancti Iacobi Apoſtoli, ſancti Laurentij, Aſſumptionis Beatæ Virginis, ſancti Bartholomæi Apoſtoli, ſancti Simonis, & Iudæ, omnium ſanctorum, ſancti Andreæ Apoſtoli, ſancti Thomæ Apoſtoli, & Natiuitatis Domini, & quæ præterea voto receptæ ſunt. cap. conſilium de obſ. ieiun. ſic tamen, vt vbi feſtum cadit feria ſecunda, ſabbato præcedenti ieiunetur. cap. 1. de obſ. ieiun. monendo omnes teneri iis diebus ieiunare, niſi infirmitas, minor vel grauis ætas, excuſet, vel paupertas, vt niſi fruſtratim quis panem inueniat, nec illi adſit copia integrum prandium ſumendi, ſecus ſi corpus multum non fatigent, vt in

Quibus diebus ſit ieiunandum.

Qui obligentur ad ieiunium & qui excuſentur.

Digitized by Google

ſutoribus, pictoribus, &c. vt & excuſantur pia opera exercentes, ſi cum iis ieiunare non poſſunt, vt concionantes, legentes, audientes confeſſiones ex officio, vel neceſſitas lac infantibus præbēdi, vel vteri repletio, aut labor, vel peregrinatio neceſſaria, ob quæ non ſufficiant vires ad ieiunādum, & huiuſmodi, de quibus tract. de Ieiunio habetur, & quòd ſemel tantum in die circa meridiem cibum ſumere debent, niſi pro graui debilitate, vel ſiti vrgenti, aliquid minimum in veſperi ſit ſumendum pro potus ſtramento, iis diebus abſtinendo à carnibus; ac ouis, & lacticiniis etiam extra Quadrageſimam, vbi priuilegium, vel cōſuetudo in contrarium non extat, circa oua etiam, niſi ob infirmitatē aliud faciendum ſit, de licentia tamen Medici, & Vicarij Epiſcopi, aut alterius ad id ab Epiſcopo delegati ſcriptis exarata. *Et pari modo*, vt dies feſtiuos colant, cap. 12. ſeſſ. 25. de Regul. qui ſunt, Natiuitas, Circunciſio, Epiphania, Reſurrectio, cū duobus ſequentibus, & Aſcenſio Domini, Pentecoſtes, cum duobus ſequentibus, dies Dominici omnes, Aſſumptio, Natiuitas, Purificatio, & Annunciatio Beatæ Virginis. Dies feſtiui duodecim Apoſtolorum, Inuentio ſanctæ Crucis, Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ, S. Laurentij, S. Michaëlis, S. Martini, ſancti Stephani prothomartyris, ſanctorum Innocentium, ſolemnitas ſanctiſſimi corporis Chriſti, feſtū omnium ſanctorum, ac patroni loci, & dedicationis eccleſiæ. c. pronunciandum. de conſecr. diſt. 3. & qui præterea voto, vel conſuetudine loci ſunt introducti, quibus diebus quiſque tenetur ſub mortali abſtinere ab operibus ſeruilibus, niſi in caſibus neceſſariis, de quibus ſupra tract. de ſtatu Epiſc. c. 7. ſub num. 36. ver. edictum ad dierum feſtorum obſeruationes, & Miſſam ſaltem audire, quòd curet vt præſtetur ab iis quoque qui pecora cuſtodiunt, qui nec alienas fruges, lædant, & vitentur ea quæ prohibentur in Concil. Trid. de inuocat. & vener. §. illud. niſi infirmitas, pietas, neceſſitáſve à ſacro audiendo excuſet, modo quo habetur ſub cap. de Sabbati ſanctif. vt & neceſſitas, modicitas, pietas, excuſat, à trāſgreſſione feſti, modo quo d. tr. habetur.

In reliquiarū veneratione oſtenſione & imaginum cultu

XV. In reliquiarum veneratione, abſtinere tenetur ab omni turpi queſtu, & ſuperſtitione. ſeſſ. 25. in Trid. Concil. decret. de inuocat. cum ſine Papæ authoritate non liceat nouas reliquias, vel corpus, vt ſanctum, venerari. cap. 1. in fi. de reliq. eas etiam extra capſas non oſtendendo. d. c. fi. nec cuiquam

cuiquam eas vendendo, vel donando, ex Bulla Gregorij XIII. 15. Februa. 1583. Pro prouincia Mediolanenſi; nec eas transferendo de loco ad locum ſine licentia Epiſcopi. c. corpora. de conſecr. diſt. 1. nec nouum miraculum introducendo, aut extra morem imagines ornando, & vbi quid nouum apparuerit Epiſcopum conſulat, & in grauioribus Apoſtolica ſedes conſulatur, vbi quid inuſitatum induci velit, ex d. decret. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reliq. ſanct. vt & ſacræ imagines laſciuè pingi non debent; *Qui Parochus* etiam Indulgentias non publicet, niſi ab Epiſcopo probatas. Conc. Trid. ſeſſ. 21. de refor. cap. 9. nec iis ad quæſtum vtatur. d. cap. & ſeſſ. 25. decr. de Indulg. nec Indulgentiæ cum manibus adiutricibus publicentur, ex Bulla 33. Pij V. incip. Et ſi Dominici. *quæ ſeruanda & cauenda.*

XVI. Tenetur corrigere peccatores, tum publicè, tum priuatim magis quàm quilibet alius, & obuiare ne peccetur, arguendo etiam publicè in plateis peccantes, & ludentes, & chorizantes, ſi ibi apertè peccatum mortale committatur, vel ſubſit periculum ne incurratur, & periculum ſit in mora. Leuit. 19. c. admonet. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. etiam ſi nil proſit peccantibus talis correctio, cum ad id ex officio teneatur, modo proſit aliis is actus, & abuſus tollendo qui habentur in conuenticulis ſtabulorum, ludis, & huiuſmodi actibus, maximè vbi iuuenes & puellæ conueniūt, vbi ſæpè impudici tactus, & inde actus, occurrunt, vt & vetare debet colloquia inter iuuenes, & puellas inita, & munera, etiam ſuper ſpecie futuri matrimonij, cum id non liceat tunc, & ſub ea ſpecie puellas decipi ſæpè experientia comperiatur. Incorrigibiles Epiſcopo denunciando, obſeruando in hoc latè tradita ſupra de ſtatu Epiſc. cap. 7. ſub num. 3. vt & curare, vt in parochia introducatur ſocietas nominis Ieſu, ad tollendas blaſphemias, & ad tollendos alios abuſus, de quibus, de quibus dixi d. cap. 7. & ſanctiſſimi corporis Chriſti, & ſanctiſſimi Roſarij ob Indulgentias, opera charitatis, & frequentiam ſacramentorum ac Doctrinæ Chriſtianæ; qui & curet tollere abuſus in proceſſionibus habitos, vel Epiſcopo denūciet, qui & curet ne ſacræ imagines, ipſo, vel Epiſcopo inconſulto, pingantur, ne quid indecorum apponatur, monens populum, vt hæreticos ſancto officio denunciet, ex Bulla Sixti V. contra Aſtrol. & iis quæ dixi tract. de Hæreſi, ex cōmuni ſententia Doctorum, & ne aliquis ſacra ſcriptura *Paſtor ad ouium correctionem tenetur.*

abutatur ad vana ſcurrilia, detractiones, ſuperſtitiones, & huiuſmodi, ſub pœna graui ab Epiſcopis infligenda ex Conc. Trid. ſeſſ. 4. decr. de edit. & vſu ſacr. libr. & inquirat de dictis, & factis eorũ qui veniunt ex partibus hæreticorum, quo & ſine licentia ſancti officij adire non licet, ex edictis eiuſdem in his regionibus, & ſi quid nota dignum conſpexerit, Epiſcopo id denunciet, vt habetur in Conc. I. Mediol. tit. de iis quæ ad fidem tuendam, & alia peragendo, de quibus dixi tract. de ſtatu Epiſc. c. 6. & 7. & ſupra de Prælatis in communi, & ob id inuigilando, vt norit vitam ſubditorum, & an aliqui cum periculo peccati ſimul dormiant, vt eos emendet, abſque tamen exactione iuramenti. cap. 1. §. ſanè. de cenſibus in 6. idque à vicinis viris probatæ vitæ, in apertis tamen, non omnino occultis, vel conficiendo ſtatum animarum, aut dum inuiſit infirmos, quod aſſiduè facere debet, aduertendo præſertim an adſint inconfeſſi, excommunicati, interdicti, hæretici, vel ſuſpecti de hæreſi, ſuperſtitionibus operam dantes, vſurarij publici, luſores, concubinarij, coniugati diuiſim viuentes ſine eccleſiæ iudicio, diſſidẽtes, & huiuſmodi, quos in aliquo libro, vt ſupra, apud ſe extante ſecreto deſcripto, orationibus monitis, amicorum ope, minis, & aliis viis ad bonam frugem diligentiſſimè reducere conetur, & incorrigibiles demum Epiſcopo denunciet, vt ſic propriam conſcientiam exoneret, à monitionibus tamen ob id non ceſſando, & Epiſcopo mandante, cõtra eos cenſuras iuxta iuris formam promulgando, vt dicit Ant. Pag. 1. in eius ſumma, in ſtatu curatorum.

XVII. Tenetur obedire Epiſcopi mandatis, tum quia ſe habet ad eum, vt manualis reſpectu architecti, Epiſcopus ſi quidem eſt vt architectus, qui diſponere habet quomodo ædificium ſpirituale ſit conſtruendum, & Parochus, vt manualis ea executioni mandare debet: vt inquit D. Thom. quolib. 1. art. 14. tum quia id ei præcipitur in cap. ſi quis. de maio. & obed. Vnde debet eius conſtitutiones, & decreta euulgare, & obſeruare, & adire ſynodum diœceſanam, ſi habetur ſeſſ. 24. c. 2. Conc. Trid. & ibi in prima ſynodo, Papæ obedientiam ſpondere, decreta Concilij ſemper recipere, hæreſes deteſtari, fideique profeſſionem emittendo. ſeſſ. 25. c. 2. §. cæteri. Conc. Trid. & denique omnia iuſta Epiſcopi ſtatuta executioni mandet, ex prædictis. & cap. qui reſiſtit. 11. q. 3. etiam aliquos publicando excommunicatos, vt ſupra,

Digitized by Google

pra, ſi id mandet, iuris tamen forma ſeruata.

Et hæc omnia Parochus, niſi legitimè impeditus, tenetur, vt plurimum, ſub mortali, vt arbitror, præſtare.

Tertium ſit dictum. Vt Parochus rectius, & perfectius, ac laudabilius munus ſuum exequatur, ſicut conſilia, & virtutes ſupra præcepta addunt perfectionem, & dona Spiritus ſancti, ſupra virtutes, ſic paſtor magna præditus charitate, Dei gloria, & animarum ſalute accenſus; infraſcripta obſeruare debebit, vt ad maiora præſtanda, pro Dei gloria conſurgat, quorum tamen aliqua ſunt etiam præcepta ei; 24 *Parochus quæ vlterius præſtare debeat ſaltem ex conſilio.*

I. Vt eam rectam intentionem induat ſe, de qua dixi de ſtatu Epiſc.c.7.nu.6.ea conſiderando, & obſeruando, quę ibi dicuntur.num.1.& 5.cum ſeq. ferè per tot.id caput 7. & hoc tract.6.notab.& de Prælat.in gen.§.2.

II. Eccleſiam cuſtodiendo, & ſacramenta, ac ea miniſtrando eo cultu, & reuerentia, de qua ibi habetur, & cap. 6. de ſtatu Epiſc.ſub num.31.& latius in tract.de Miſſa, & Sacramen.per tot. & maximè ad finem cuiuſlibet.

III. Sanctum ſui exemplum præbere debet, iuxta tradita de ſtatu Epiſc.c.4.& 7.nu.8.

IIII. Curare debet, vt in eccleſia ſancta conuerſatio exiſtat, & mundè, ac ornatè ſeruetur, ac eius immunitas cuſtodiatur, iuxta tradita.d.c.7.nu.14.& c.6. num. 24. & latius tract.de Miſſa, ſub c.de reueren.in eccleſia conu.& c. de immun.eccl.cum aliis.

V. Vt diuina officia piè, & deuotè recitentur, ſupplicationes religioſè obeantur, abuſus tollendo, ſi qui in iis obeundis irrepſerint, vel eas, ad breuius iter redigendo, ſi ei deuotio adſit, nec ei rei aliter ſuccurri poſſit, Epiſcopo tamen conſulto; & curando, vt pueri in Eccleſia Doctrinam Chriſtianam ritè edoceantur, modo vt habetur. d. cap. 7. num. 15. 16. & 20. & ſacræ reliquiæ piè exponantur, & Indulgentiæ publicentur, & ſuſcipiantur, iuxta dicta.d.cap.6. num.24.cap.7. num. 21. & d. tract. de Miſſa. cap. de eccl. curans, vt ter in die pulſetur ſalutatio Angelica, & vt oratio veſpertina introducatur, iuxta ea quæ habentur d.cap.7.num.22. curans, vt dum pulſatur, pater quilibet familias ſimul cum tota eius familia Litanias piè recitet, cum Pſalm. *Miſerere*, vel coronam, ſi legere ignorant, & eaſdem poſt veſperas, maximè in æſtate, & diebus ferialibus poſt viceſimamtertiam horam, ictibus

Digitized by Google

campanæ pulſatis, clero, & populo conuocato deuotè recitet in eccleſia,& quandoque ipſe in eo actu piũ ad populum ſermonem habeat; qui & in confeſſionibus audiendis, & prædicatione,obſeruet ea quæ habentur.d.c.6.nu.35. & d.c. 7.nu. 18.& 24.& latius d.tract. de Miſſa ad fin. qui & curet, vt numeroſus clericorum conuentus habeatur, & inſtitui, atque ordinari curet,vt habetur.d.c.7.nu.26.& 27.& vt cõgregationes ſacerdotales habeantur,iuxta tradita d.c. 7.nu. 28.vt & confraternitâtes,hoſpitalia,& pia loca introducantur,quæ præſtent ea quæ habentur.d.c. 6.num.15.& 36. vt & prima die Lunæ menſis non impedita,& aliàs ſæpè, pro defunctis piè Miſſam celebret,& defunctos piæ ſepulturę,iuxta proprium Rituale tradat.

Qui & curet, vt praui mores corrigantur, ea diligenter obſeruando circa correctionem,curam,& monitiones, quæ habentur d.c.6.nu.19.& 37. & c.7.nu. 2.3.4. & 36. cum ſeq. qui & ſimul cum aliis Parochis, & clero ſæpè conueniat ad caſus conſcientiæ enodandos, & ad curam ſpectantia conferendum,& in die ſolemni ſuæ eccleſiæ, eccleſiã diligenter ornet,& curet, vt adſint multi ſacerdotes qui celebrent, & confeſſiones audiant,ſic tamen, vt non dimittant propriam eccleſiam ſine Miſſa diebus feſtiuis.

Quanta debet eſſe Parochi cura erga infirmos.

Qui demum,ante omnia,circa infirmos inuigilet,eos ſedulo viſitando ſacramenta illis debito tempore quãprimum adminiſtrando,& illos hortando ad infirmitatem patienter ferendam Dei amore in expiationem peccatorum eorum, modo quo dixi cap.de Patientia.lib de Inſtit.ciu.qui & ſi in egeſtate poſiti ſint,eis pro viribus opem ferat, vel curet, vt ab aliis diuitibus,& piis viris id præſtetur, curans quoque vt de medicorum, & medicinarum auxilio eis prouideatur, in eorum teſtamentis condendis ſe non immiſcendo,niſi ad exonerandam quandoque eorum conſcientiam, cauens ne eccleſiæ ſuæ ſibíve minus aliquid ab iis relinqui, præter ſtatarum precum,& Miſſarum celebrationes, curet, iiſque piè aſſiſtendo,audito à Medicis,qui infirmum poſt tertiũ diem, niſi confeſſus ſit,inuiſere non poſſunt,ex Bulla Pij V. incip. *Super gregem*, nec eis præbere medicamenta animæ noxia. cap. cum infirmitas. de pœnit. & remiſſ. eum morti proximum eſſe; & vt aptius officium ſuum exequatur, vbi Medicorum copia non adeſt,initio morbi Parochus audiat infirmi confeſſionem,iuxta c.cũ infirmitas.de pœnit.& remiſſ.

Poſt 3. diem medicus ægrum non confeſſum viſitare non debet.

& Bul

& Bullam Pij V. *Qui & vt aliqua ratione norit quando ſanctiſſimum ſacramentum Viatici ei miniſtrare debeat*, hæc ſigna, & notas grauis morbi, & periculo referti, quo caſu id eſt miniſtrandum, obſeruare poterit: vbi ſcilicet æger iacet ſupinus porrectis manibus, & cruribus, ſi nocturna vigilia premitur, licèt in die dormiat, quo peior eſt ſomnus, qui inter quartam horam, & noctem, quam qui mane contigit, peſſimum verò ſi ſomnus die vel nocte non capitur: vt & malum eſt ſignũ ſomnum vltra debitum vrgeri, & magis ſi die, ac nocte continuat. Malum eſt etiam ſignum ſæpè, & valdè ſpirare, à ſexto die horreſcere, pus expuere, vix excreare, dolorem habere continuum, difficulter ferre morbũ, brachia, & crura iactare, ſine voluntate lachrymari, habere humorem glutinoſum, dentibus hærentem, cutem circa vmbilicum, & pubem macram, præcordia inflammata, dolentia, dura, tumida, intenſa, & magis ſi à dextera parte ſint, & ſi venæ ibi valdè agitantur: & ſi nimis citò emacreſcit, & caput, manus, & pedes calidos habet, ventre, & lateribus frigentibus, vel frigidas extremas partes in acuto morbo, vel ſi poſt ſudorem horreſcit, vel poſt vomitum ſingultum patitur, vel ſi ei rubent oculi, vel cibum faſtidit poſt eius deſiderium, vel ſi multum ſudet, maximeq; frigido ſudore, quíque ſudores non habet per totum corpus æquales, & qui febrem non finiant, vel ſi habet febrem quæ quotidie eodem tempore rediit, vel pares acceſſiones habet, nec tertio die leuetur, vel quæ continuet, & per acceſſiones increſcat, & per diſceſſiones tantum molliatur, nec vnquam integrum corpus dimittat: & ſi non leuetur febris, ſed æquè cõcitata continuet, vel ſi timet ex ſomno, vel in prima febre mentem omnino turbatam habet, vel membrum aliquod reſolutũ, vt & vomitus ſinceræ pituitæ, vel bilis eſt periculoſus, & magis ſi viridis, vel niger eſt, vt eſt mala vrina, in qua ſubſidunt ſubrubra, vel liuida, & peior in qua ſunt fila quædam tenuia, & alba, & peior ſi nubeculas repræſentat, vt ex furfuribus factas, vt & diluta eſt vitioſa; vt & mala eſt aluus ex toto ſuppreſſa, vt & fluens inter febrem, ſi quod deſcendit eſt perliquidum, aut albidum, pallidum, vel ſpumans, vel poſt longas febres ſincerum.

Communia mortis indicia in ægro.

Is etiam obſeruare debet mortis indicia futura, quo caſu extrema vnctio non eſt procraſtinanda, quæ ſunt in febre continua, nares acutæ, & reflexæ, collapſa tempora, oculi

Digitized by Google

Alia eáque certiora mortis proxima in ægro ſigna.

concaui,& reflexi,aures frigidæ,& languidæ, & imis partibus leniter verſæ,cutis circa frontem dura, & intenta, color niger,vel perpallidus ſi non videt,vel audit. Hipp. apph.73. ſi oculi lumen refugiunt,& illachrymant, & quæ in iis alba eſſe debent, rubeſcunt,& in iis venulæ apparent, & pituita in iis innatans angulis hæret, & alter ex iis minor eſt, vel valdè ij ſubſederunt, vel facti tumidiores,& ſi palpebrę pallent, qui pallor nares, & labra decoloret, & ſi labra,nares, oculi, palpebræ,& ſupercilia, aliáue ex his peruertuntur,& ſi is ob imbecillitatem non audit, vel non videt, & ſi æger ſupinus cubat,& genua ei contracta ſunt, & inde deorſum ad pedes dilabitur; & ſi brachia, & pedes nudat, & ea inæqualiter diſpergit, nec iis calor ſubeſt, vel ſi hiat,vel aſſiduè dormit, vel ſi mentis ſuæ non extans, dentibus ſtridet; ſi vngues ei ſint,& digiti pallidi, ſpiritus frigidus,vel ſi manibus,in morbo,in veſte floccos legit, vel fimbrias diducit, vel in pariete minuta eminentia capit; vel ſi dolores circa coxas,& inferiores partes oriantur, & ad viſcera tranſeunt, & citò deſinunt mortem adeſſe teſtantur,vel ſi quis ſine vllo tremore febricitans, ſubitò ſtrangulatur, & deuorare ſaliuam ſuam nō poteſt;vel ſi ei in eodem febris, & corporis habitu ceruix conuertitur, & deuorare nil poſſit; vel ſi cui, febre non quieſcente,exterior pars friget, interior ſic calet, vt etiam ſitim faciat, vel ſi febre non quieſcente, delirio, & ſpirandi difficultate vexatur; vel ſi ſudor frigidus in acuta febre eſt,vel vomitus varius,& multorum colorum, & maximè ſi malus in eo odor eſt; vel ſi ſanguinem in febre vomuit;vel ſi vrina nigra,craſſi, & mali odoris eſt in viris, & mulieribus, in pueris ſi tenuis, & diluta eſt; ſi alicui excrementum liquidum,nigrum,pallidum, vel pingue eſt,& magna fœditas oris acceſſit,vt latè probat Hippocr.in Prognoſticorum lib. in princ.& Cornelius Celſus de re Medica. lib. 2.c.4. & 6.id tamen aduertens Parochus diligenter, vt prius præueniat quàm præueniatur,& ſacramenta miniſtret dum adhuc ſenſus infirmi integri ſunt, & optimè omnia intelligit,modo mortis periculum ſubſit;vt ſic dæmonum inſidiis, *qui calcaneo noſtro inſidiatur*. Gen 3. cum Dei adiutorio ſuperatis,in Domino moriantur,eos hortando vt velint alacri animo mortem ſuſcipere, vt ad Deum omnium finem accedant,& orationibus ac bonis operibus, piis locis relictis, quatenus propria eis ſuadet conſcientia, ne ſic cognatis id

auſe

Digitized by Google

auferatur, niſi ex rationabili cauſa,& huiuſmodi, ſe ad Aduentum Domini præparare dignè ſuſcipiendum, iuxta Amos 4. *Præparare in occurſum Domini Dei tui*, *hortando illum, vt relicta pia poſt peccata confeſſa diſponat*, vt dicit Nau. in Man. c. 26. num. 36. & 37. arcendo inde perſonas illas, quæ infirmo peccati affectum excitare poſſunt, vt alearum ſocios, prauas conuerſationes, atroces inimicos, & huiuſmodi, ſolando grauibus doloribus afflictos, qui quandoque in deſperationem adducunt, cogitando, quòd parum dolor durabit, & gaudium in æternum manebit. Eſ. 54. & *quòd in paucis vexati in multis bene diſponentur*. Sapien. 3. & quòd mortis occurſum nulli vitare licet. 1. Reg. 14. *& omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur*, & quòd conqueri de morte nil aliud eſt quàm conqueri, quòd nati ſimus, & nos hic aduenas poſitos eſſe, ac vitam à Deo mutuò accepiſſe, vt eandem illi cum repetierit libenter reſtituamus, qui nos potioribus bonis in cœleſtibus cumulabit, conſiderando patientiam Chriſti, qui peccatum non fecit, & tamen tot dolores & mala ſuſtinuit. Hebr. 12. *Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus contradictionem, ac ſanctorum tormenta*, *propinquos Deo commendando*, *qui lilia agri paſcit*. Eoſdem etiam iuuando contra dæmonum inſultus, qui nituntur auertere à fide, eos humilitate vincendo, nec cum illis tunc diſputando, ſed humiliter proteſtando ſe velle in fide eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, mori, & ſi quid dixerint morbi furore, vel dæmonum ſuggeſtione, quòd ei aduerſetur, ſe proteſtari non intendere illi ſuggeſtioni conſentire, ſed velle in fide catholica mori, ſymbolum recitando, & ad mentem reducendo, ſine fide impoſſibile eſſe placere Deo. Marc. vlt. Ioan. 11. 2. Timoth. 2. *Si dæmon tentat de deſperatione, reducatur ad memoriam infirmi*, *Dei miſericordia*, *qui vult omnes ſaluos fieri*. Sap. 1. Ezech. 18. & creauit hominem, vt ſummum bonum poſſideret, nec lætatur in malo ſuorum, & quod amore noſtro non timuit mortem obire, oſtendendo ei imaginem Crucifixi, & humiliter deoſculandam tradendo. Si dæmon tentet de præſumptione proponenda ſunt ea quę ad humilitatem inducunt, videlicet *omne bonum deſuper eſſe*. 3. Corinth. 3. *non eſſe nos ſufficientes aliquid boni à nobis cogitare*, *ſed authori omnium*, *& prima cauſa omne bonum tribuendum*, *non eſſe condignas paſſiones huius temporis*

Qui arcendi ſint à viſitatione moribũdorum.

Quomodo cõſolãdi ſint moribundi.

poris ad futuram gloriam. Iac. 1. & ob id remunerationē à ſola Dei pietate, licèt nō ſine concurſu operum noſtrorum, expectandam, & illi gratias agendo, quod vires dederit ad bona agēdum, eáque illi vt tributa ſeruitutis noſtrę tribuendo, vt ſic à proprio ad Dei amorem infirmus transferatur, tunc enim quàm maximè æget infirmus in Deū toto mentis affectu tendere, vt prius quaſi eū teneat per dilectionem, quam ei poſt per fruitionem, & gloriam, ipſius gratia, fœliciſſimè iungatur, & ob id cùm de tota hominis ſalute tunc cauſa agatur, conſurgat fides, tripudiet ſpes, & charitas tum infirmi, tum paſtoris extollatur, vt de hoſte teterrimo felix, Deo præſtante, victoria reportetur, & ob id humiliter, & toto mentis affectu, & lachrymis effluentibus, pius paſtor Deum exoret pro anima agonizātis, vt ei Deus miſereatur, dæmonis inſidias auertat, & ad felicia Paradiſi paſcua illum deducat, eum frequenter abſoluendo à peccatis ſi aliqua culpa ſe inquinatum vereatur, interrogando, an aliquid alicui debeat, quod præſentibus teſtibus ſcribat, vt ſic reſtitutio fieri poſſit, ſi id prius non præſtitit, vt par eſt, & eùm hortando, vt omnibus offenſoribus ex Dei amore pareat, ſtatas preces recitando, eidem ſuadendo, vt Ieſu nomē in eius ore reſonet, humiliter ſe eius miſericordiæ, merita, ac paſſiones eiuſdem Patri æterno offerendo, commendet, Angelo quòque cuſtodi, ac patrono loci, & aliis ſanctis animam ſuam commendet, & præſertim Beatæ Virgini, peccatorum refugio, deſolatorum ſpei, & fidæ anchoræ ad eius patrocinium adeuntium, offerendo & applicando eidem coronas, quæ Indulgentias habent cum inuocatione nominis Ieſu, humiliter deoſculandas, agnus Dei, imaginem Crucifixi, ipſi quoque depictam ſanctorum gloriam oſtendendo, qui nomen Ieſu inuocet ore, vel corde, vt ſic Indulgentias conſequatur, & ab eo petito vt generaliter doleat de peccatis, & ſpecialiter confiteatur ore, vel nutu, ſi quæ recolit, eum generaliter abſoluat, vt in Rituali, & Sacerdotali, vt ſic alacriter mortem ſuſcipiat, vetando ne propinqui clament, vel tunc temporis fleant, ſed humiliter pro anima defuncti Deum exorent, & eleemoſynas pauperibus, & piis religioſis, quæ pro infirmo orent, diſtribuant, nec multos ſimul eos ad mortem hortari permittat, ſed vnum tantum qualibet vice, eumque charitate, & prudentia præditum, ne afflicto infirmo quid quod eum turbare valeat, inſinuet, & demum nihil non laboris,

ris, vigiliæ, & operis præſtet, vt pretioſum depoſitum ſibi creditum, Deo fideliter, ipſo præſtante, reſtituat; & propinquos defuncti hortetur ad mortem coniuncti patienter ferendam, cauſis dictis, & eo mortuo, ſtatas preces pronunciet, & recitet, in Miſſa præſertim pro eos orando, vt monet Damaſc. ſerm. quòd qui in fide migrarunt, & ſanctus Clem. lib. 6. conſtit. Apoſt. 30 & Dion. hier. eccl. cap. 7. & Tert. de Monogamia, dicens, & pro anima eius oret, & refrigerium interim adpoſtulet ei, & in prima reſurrectione cōſortium. Aug. in Ench. c. 110. Cyrill. cath. 5. miſtag. Conc. Arelat. II. can. 12. Carthag. IIII. c. 79. Vaſence I. c. 2. Cypr. lib. 1. ep. 9. qui & exequias piè pro eis peragat: vt monet Clem. ep. 1. ad Iacobum fratr. Dom. Aug. lib. 1. ciuit. cap. 13. tum ad animam iuuandam, tum ad fidem reſurrectionis adſtruendam, vt dicit Aug. ſerm. 34. de verbis Apoſt. cùm & pium ſit defunctos cum triumpho ſepeliri, vt dicit Victor. lib. 1. de perſec. Vand. Vnde & mortuis antiqui ora mox claudebant, & oculos, vt dicit Euſeb. lib. 7. hiſt. c. 17. qui & lauari ſoliti ſunt. Tert. in apolog. c. 42. cùm pœna eſſet fœdatum mori. Leuit. 20. & probat Greg. lib. 3. dial. c. 17. vt & myrrha condiri ſolebant, vt dicit Greg. in Cant. c. 1. & veſtiebantur. Hier. epiſt. 49. ad Innocent. Athanaſ. in vita S. Antonij, & poſt ſic lotos in eccleſiis locare conſueti, cereis accenſis, ob fidem reſurrectionis. Naz. orat. 2. in Iul. vt ſic appareat omni pietatis officio defunctos proſequendos eſſe, eleemoſynis etiam cum orationibus iunctis, vt dicit Orig. in c. 3. Iob. ita vt nil demum vnquam Parochi pectus poſſideat, quàm Dei gloria, & animarum ſibi creditarum ſalus, quod Deus Optimus Maximus, cuique paſtori, de plenitudine gratiæ ſuæ, pręſtare dignetur.

Funebres pompæ piæ & laudabiles.

Quòd ſi Parochus carcerum curam exerceat, inuigilet, vt carcerati, de licentia cuſtodum illuc ingrediens, Chriſtianè ſe habeant, maximè, vt frequenter, & ſaltem tēpore Paſchatis cōfiteantur, & deuotè communicent, eos ad id efficaci ſermone excitando, eos monendo, vt Confeſſionarium Patris Bruni, vel Emerij ſibi comparent, vt ſciant qua ratione conſcientiam expurgare valeant, eis Euchariſtiam in die Lunæ, vel Martis hebdomadæ maioris deuotè miniſtrando, in eccleſia ibi conſtituta celebrando; aliàs à parochia ſacrā Euchariſtiam deferendo, & poſt octauā Paſchatis videat qui non communicarint, & eos Epiſcopo denunciet,

Paſtoris erga carceratos munus.

ciet, niſi reſipiſcant; ſi ex cauſa non iudicet poſſe illis Euchariſtiæ miniſtrationem differri: Idem quoque ſæpè eos inuiſat, & ſermonem ad eos habeat, ante eorum oculos grauitatem peccati ponendo, quæ fortè illos eò perduxit, & vt reſipiſcant, & præſentem tribulationem patienter ferãt, & pœnis peccatis debitis ſatisfaciant, & mereantur. Aduertens quoque ne reos capitalis criminis abſoluat, niſi iuxta iuris ordinem interrogati, quando ſcilicet delictum eſt ſemiplenè probatum, parati ſint verum aperire, & iis præſertim qui neci addicti ſunt piè aſſiſtendo, vt ſanctis ſacramentis refecti, & Chriſti Domini innocentis, Morti, & Paſſioni ſe conformantes, piè in Domino moriantur, & eis ſacramenta adminiſtrando, qui illa ſuſcipere cupiunt, & errorum pœnitẽt, infirmos inuiſendo, modo quo ſupra, & iis de neceſſariis corpori prouideri curando, & vt à ludis, blaſphemiis, & aliis illicitis abſtineant, eóſque Dominis temporalibus, & aliis piis viris commendando, vt orationi ſe dent, libros ſpirituales legant, & aliàs piè occupentur, in Domino fiduciam locantes, qui tribulationes patientibus ſæpè adeſt, ſi piè inuocetur; & vt homines ad ipſum conuertantur, & iuſtè liberentur curando. *Si etiam quis hoſpitalium curam gerat*, Chriſtiana charitate inuigilet, vt omnibus maximè infirmis ſacramenta frequenter miniſtret, curando vt ſi duo in eodem lecto degunt, dum alterius confeſſionem vult audire, alter ſi fieri poteſt inde abſcedat, aliàs remotè ſe habeat, & aures obturet, & ſi quid audierit norit ſub mortali illud celare teneri, & impetrando ab Epiſcopo facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, vt & in carceribus, & arcibus, cum ſæpè ibi inueniantur; & curando, vt deuotè orent, & infirmitates ſæpè ob peccata immiſſas, patienter ferant, & vitam innouare, ac mores proponant, ſimul cum detentis in carceribus, ſic enim, ſi ipſis expediet, & corporis ſalutem cum animæ purgatione conſequentur. In reliquis videat Parochus, quæ dixi lib. de ſtatu Epiſc. maximè c. 1. 4. 5. 6. & 7. & lib. de Sacram. vbi plurima ei accommoda reperiet.

Parochi erga egenos degentes in Xenodochio officium.

Si quis præterea arcium curam gerat, inuigilet, vt ibi rectè officium ſuum exequatur, Miſſam hora competenti celebrando, curando vt omnes quotidie, qui occupationibus non detinentur, eius auditioni interſint, & eos in ſermonibus monendo vt à blaſphemiis, ludis illicitis, carnis vitiis, odiis, homicidiis, furtis, & aliis peccatis abſtineant, &

De Parochi in milites officio.

ſi qui

ſi qui iis vitiis detineantur, eos fraternè arguat, inuocato auxilio, etiam ſi opus ſit, ducis arcis, & eos demũ Epiſcopo denunciet, ſi incorrigibiles ſint, bonum ſui exemplum eis præbendo,& curando,vt orationibus ſe dedant,& libros ſpirituales legant,vt Granatam,Loartem, vitam ſanctorum Patrum,& huiuſmodi,in cæteris ſupra in materia dicta, ſeruando. Qui & in conuiuiis feſtorum eccleſiæ, & congregationum, debita parſimonia vtatur, plures duobus ferculis non apponens, nec nimis parcus ſit, cuius etiam ſuppellex domeſtica,& veſtes modeſtæ ſint, ſerico amoto, & coloribus incongruis, nec familiam alat niſi neceſſariam, & boni exempli, vt ſuperſit quod pauperibus detur, & forma ſit gregis ſui.

Si demum aliquis monaſterij monialium curã exerceat, caueat ſibi diligenter, cum res periculi plena ſit, & Deum exoret, vt eum cuſtodiat ne ruat, & ob id nulli monialium familiarem ſe præbeat, ſed piè durus, & rigidus cum eis exiſtat,curando nedũ,vt ſacramenta ſuſcipiant, ſed &,amotis omnibus impedimentis peccandi,quod præſtãt ſolitudo, rotæ, muri, clauſura, & huiuſmodi, vt ad perfectionem,ad quam religio tendit,cõtendant, vt omnibus curis ſeculi abiectis, Deo, in qua re Chriſtiana perfectio conſiſtit, intimo animo coniungantur, qui ſit eorum ſponſus, pater, mater, delitiæ,refugium, & conſolator, ne ſecus faciendo cum virginibus fatuis à ianua cœli excludãtur,nil inordinatè amantes,moniales,vel aliud quicquam,vanitates quoq; veſtium, & frequentes collocutiones in rotis vitantes, literarum & munerum dationes, otium quoque fugientes, ac odia, & rancores quoſque deponens, nilque ſibi appropriando, ſed omnia prælatæ conſignando, nilque iis inſciis, & inuitis detinendo,& paratæ ad eorum iuſſa, iuxta regulare inſtitutum, cuncta communicare; eaſque exercendo, vt mentali orationi ſe dedant,nec vnquam à nocturnis, & diurnis horis abſint,regulas frequenter legant,atque cuſtodiant,libros ſpirituales perlegant, vt opera Thomæ de Chempis, Granatæ,Diegi Stellæ,Diegi Perez,Ioannis Caſſiani,quę etiam dum laborant, aliqua earum perlegat alternatim, vt ita vana colloquia relinquantur, & ſpiritualiter alantur, qui & curet, vt à religioſis vitæ probatæ ſermones ad eos habeantur.

De cura monialium.

Libri legẽdi à monialib.

Is verò caueat ne ſepta ingrediatur, niſi neceſſitate adigente

gente,nec munera,aut operas ab eis accipiat,& ſollicitus ſit ad audiendas earum confeſſiones, & communionem eis præſtandam, vt ita Deo adhærentes, ad gradum gloriæ ſublimem eorum operibus congruum,Deo dante,hinc abeuntes, perueniant.

Quartum,& vltimum ſit dictum. Parochus peccare poteſt,ſi non ſit legitimè ingreſſus, ſi non reſideat, & alia non præſtet,de quibus ſupra,ſecundo dicto.

SVMMARIVM.

1 *Prælati,vt ſe præcedant,vel præcedantur.*

De ordine,vel præcedentia Prælatorum. Cap. XXIX.

1 *Prælati vt ſe præcedãt, vel præcedantur.*

CVM in Eccleſia triumphanti inter cœleſtes illos ſpiritus, & beatiſſimos detur ordo, & gradus prærogatiua, vt teſtatur Dion. lib.de cœleſt. hierarch. non eſt quòd vitio aſcribatur ſi in Eccleſia militante, quæ à triumphãti eſt exemplata,vt dicit Abb. in cap. nouit. de iudic. detur ordo,& inæqualitas graduum,ſic enim relucet diuinæ ſapientiæ radius, qui vt in multorum effectuum varietate micat, vt patet in diſpoſitione orbium cœleſtium, & elementorum, ac varietate fructuum, & animalium, ſic in varietate miniſtrorum eius maieſtas, & ſapientia commendatur, vt per multos perficeretur, quòd per vnum perfici non poterat,& pluribus iuxta cuiúſque captum via panderetur in via Domini progrediendi, Vnde & *Regina Saba videns eximium ordinem miniſtrorum Salomonis præ ſtupore obſtupuit*, vt habetur 3.Reg.10. vt ſic dignoſcatur varietate graduum, & prærogatiuarum,eccleſiam,tum militantem, tum triumphantem mirum in modum decorari.

Omnia fecit Deus in mẽſura, numero & põdere. Sap.11.

Vt ergo dignóſcatur qui inter Prælatos alios præcedere debent.

Prima regula ſit, quod qui primò in literis Papæ nominatur is dignior alio poſteriori cenſetur,vt not. Abb. in cap. decernimus.de iudic.

Secunda regula, ex ordine ſedendi & incedendi maioritas dignoſcitur, vnde qui conſueuit in digniori loco ſedere,

Digitized by Google

dere,& prior incedere, is dignior exiſtit, vt ibi dicit.

Tertia regula, Prior ad ordinem, vel titulum prælaturæ aſſumptus,poſterius promotum, cæteris paribus, præcedit. cap.1. vbi Abb.de maiorit.& obed.

Quarta regula, in cognoſcenda maiori prærogatiua, vt plurimum conſuetudo attenditur.cap.1.de offic.Arch.

In particulari verò ſi loquimur de officijs, vel prælaturis curiæ Romanæ, Vicecancellarij officium alios præcedit, vt dicit Veſtrius de Vicecancellario, cui dignitate ſuccedit Camerarius,vt dicit idem libro 2. cap. 1. & ibi Comment.tum Papæ Vicarius, vt ibi dicit Comment.libro 2. cap.16. poſt ſummus Pœnitentiarius, vt idem Comment. d.lib.1.cap.2. in Veſtrium. Tum Theſaurarius, vt ibi dicit Veſtrius lib.2. cap 3. poſtea Camaræ Auditor,vt ibi dicit cap.4. Tum Gubernator Vrbis, vt ibi dicit cap.5. poſt Camaræ Apoſtolicæ Præſidens,vt ibi dicit cap.6 mox Aduocatus pauperum,poſt Fiſci,poſt Procurator Fiſci; & poſtea Commiſſarius Camaræ Apoſtolicæ, vt ibi dicit cap.7.8.9. & 10.& poſt Clericus ſacri Senatus,vt ibi dicit cap.11.Tum Clerici Camaræ Apoſtolicæ,& poſt Rotæ Auditores, vt ibi Veſtrius ſentire videtur,& alij ſucceſſiuè. Inter maiores verò dignitates,Papa,vt caput,ſupra omnes,& per ſe ſtat: ſecundò, Patriarcha Conſtantinopolitanus: tertiò,Antiochenus: quartò,Hieroſolymitanus,&c.Cardinales Epiſcopi præcedunt presbyteros, & hi Diaconos, primas cedit Cardinalibus, & fortè etiam Patriarchæ, licet alij ſecus cenſeant. Inter Archiepiſcopos, & Epiſcopos præcedentia conſtituitur, vel ex dignitate eccleſiarum,vel munere illis conceſſo,vel ſecundùm antiqua priuilegia, vel conſuetudinem,quod & in inferioribus ſeruandum,vt dicit Toloſ. de Repub.lib.4.cap.10.num.9.

Si verò de alijs Prælatis loquimur,Abbas exemptus præcedit Archidiaconum, & etiam Vicarium Epiſcopi, non exemptus Archidiaconum tantum, extra tamen Cathedralem, & proceſſiones, quia ſic cedit etiam Canonicis, vt dixi ſupra de Abbate circa principium; Capitulum verò collegialiter congregatum præcedit omnes Epiſcopo dempto, Archidiaconus præcedit Archipresbyterum. capit.1. de offic.Archidiac. cap.1. de offic. Archipresbyt. Archipresbyter Decanum, & ſequentes, in quibus tamen ſtatur conſuetudini,Canonici præcedunt omnes Clericos non Prælatos, vt ſupra eſt dictũ, Præpoſitus Eccleſiæ collegiatæ præcedit

Clerici ſeculares præcedunt regulares cæteris paribus.

Plebanum, Plebanus ſimplicem Parochum, vt ſupra eſt dictum, quatuor Abbates generales, omnes alios Abbates, Abbas Clericos ſeculares, Clericus ſecularis Regularē, ſi plures ſint eiuſdem dignitatis præferuntur qui in maiori loco habent dignitatem, vt & qui merito vitæ, ſcientia, nobilitate, vel promotione alios antecedit, vt dicit Caſſan. de gloria mundi. in 4. parte.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vnde dicantur, qui ſint, cum excellentia eorum ſtatus.*
2 *Clerici dicuntur in dignitate conſtituti.*
3 *Clerici dicuntur ciues.*
4 *Clerici an ſint in ſtatu perfectionis.*
5 *Clericorum priuilegia quæ ſint, & vt intelligantur.*
6 *Clericorum priuilegia quando amittantur.*
7 *Clerici à quibus cauere, & quæ agere debeant, cum ſingulorum pœnis.*
8 *Clerici quæ præſtare debeant.*
9 *Clerici quid etiam debeant agere.*

De Clericis in communi, & primò ſecundùm ſe. Ver. 1.

1 *Clerici vnde dicantur, qui ſint, cum excellentia eorū ſtatus.*

OBSERVANDVM eſt primo loco, quòd Clerus, & Clericus, ideò dicitur, quia Matthias ſorte electus eſt, qui primus per Apoſtolos legitur ordinatus, κλῆρος enim Græcè, Latinè ſors, vel hæreditas dicitur: vnde dicti ſunt Clerici, quòd de ſorte Domini ſunt, vel quia Domini partem habent: vt inquit Iſid. lib. 7. Orig. c. de Clericis, & habetur in c. cleros. 21. diſt. c. cum ſecundum. de præb. κλῆρος enim dicitur, vt ſupra, ſors, vel pars ſortita, vel contingens alicui, vnde & hæreditas ſic appellatur κλῆρος apud Demoſthenem. Et hoc nomen Clericorum ſignificat collegium eorum qui miniſterio ſacrorum operam dant, vt & in lege veteri, vna pars tribuum Iſraël, quæ Deo dedicabatur, dicebatur Leui, cui Deus pars, & hæreditas. Num. 18. Deut. 18. Vnde Clericus dicitur, qui ex Clero eſt. d. c. cleros. & docet Tert. lib. de Monogam. & diuino

uino cultui conſecratus, procurandæ religionis, & rerum ſacratum, Deo iubente, prouidẽtiam, ac ſollicitudinẽ ſuſcepit, vt inquit Hier. epi. ad Nepot. Interpretetur primò vocabulum ſuum, & nominis diffinitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur, ſi enim κλῆρος Græcè, Latinè ſors appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de ſorte Domini ſunt, vel quia ipſe Dominus, ſors, id eſt pars Clericorum eſt, hæreditas verò dicitur ſors, quòd ſæpè inter plures ſorte diuidatur. Pſal. 77. Et quia hæredes naſcuntur, vt plurimum, non fiunt, ídque ſine meritis præcedentibus, ſed beneficio legis, vel teſtatoris, nemo enim gratiam inuocat, niſi præuentus à gratia, nemo diligit Deum, niſi prius à Deo dilectus, nemo diligit niſi dilectus, & quia quod nobis ſors eſt, Deo prouidentia, & prædeſtinatio eſt, ideò Clerici dicuntur de ſorte Domini, quia eius prouidentia, & gratia excitati hanc vitam eligere debent, vt innuit Apoſt. ad Coloſſ. 1. *Dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum*, ad Epheſ. 1. *In quo nos ſorte vocati ſumus*, & in hoc ſenſu Clerici dicuntur omnes, qui à laicis ordine ſunt diſtincti: vt patet apud Tert. loco cit. & in Concil. I. Niceno, can. 1. 2. 3. 8. 17. 18. & can. 12. 13. 15. Apoc. qui ad Clerum accedere non debent, vel clericalem eligere vitam, vt lautius vitam degant, vel ex beneficiis eccleſiaſticis ditentur, id enim miſerrimum eſt, & à fine clericalis vitæ alienum, cum imò cupidi à promotione remoueantur. cap. in ſumma. 47. diſt. ſed vt Deo attentius, & ſtrictius inſeruiant, & animas Chriſto lucrentur, licet & ipſi inde honeſtè ſuſtentari poſſint. c. cum ſecundum. de præben.

II. Obſeruandum eſt, quòd generaliter, & largo modo Clerici dicuntur, qui in eccleſia in aliquo gradu ordinis ſeruiunt, & à laicis diſtinguuntur, vt inquit Iſid. loco cit. c. duo. 12. quæſt. 1. c. cleros. diſt. 21. cap. cum contingat. de ætat. & qual. c. cum ſecundum. de præb. in quacunque dignitate, vel ordine ſint, etiam in prima tonſura, & etiã Epiſcopi, & Religioſi in materia fauorabili, & in priuilegiis. not. Abb. in rubr. de vita, & hon. cler. facit. §. hæc autem. 54. diſt. not. in c. 2. de ſuppl. in 6. in materia verò odioſa appellatione Clericorũ non veniunt Epiſcopi, vel in dignitate conſtituti, nec etiam Canonici Cathedralis eccleſiæ, nec regulares. c. quàm periculoſum. de ſent. excom. in 6. c. fidei. de hæret. in 6. cap. ſtatutum. de elect. in 6. glo. in clem. 1. de ſuppl. negl. præl. nec appellatione monachorum veniunt Clerici ſeculares, in

In materia fauorabili Epiſcopi & religioſi & Clerici cenſentur nõ tamen in materia odioſa.

Digitized by Google

materia larga, vel ſtricta: vt inquit Abb.in cap.1.de inſtit. Nec appellatione populi veniunt Clerici in materia odioſa, vt dicit Abb.in cap.c.1.de vita,& hon.cler.in materia tamen priuilegiatiua dici poteſt,quòd comprehendantur. not.in c. dilecti.de foro compet.& in cap.Rodulphus.de reſcript. nec appellatione laicorum veniunt Clerici coniugati in materia odioſa,vt dicit Io,And.in c.Ioannes.de cler.coniug.Abb. in cap.1.de præb.vnde & poſſunt vti conſuetudinibus laicorum Clerici ad commodum ſuum,vt not. Abb.in c.fi.de vita,& hon.cler. licet iis non ligentur in eorum præiudicium, vt inquit gl.in cap.1.ne ſede vac. In præſenti verò, propoſitum eſt dicere de Clericis, prout diſtinguuntur à laicis, & Regularibus. His ita not.

2 *Clerici dicũtur in dignitate conſtituti.*

Primum ſit dictum. *Clerici omnes dicuntur in dignitate conſtitui*, vnde & laicos loco præcedunt,ſicut Religione eos debent præcedere.c. ſtatuimus. vbi gl.diſt.4. c.duo ſunt.96. diſt.cap.ſolitæ.de maior.& obed. vnde & comparantur Soli eo quòd animas regant,poteſtas vero laica Lunæ,cum corpora moderetur, vt habetur in locis prædictis, & dixi ſupra in princip.tract.de Statib.Perſon. & latè probat Chriſ.lib.1, 2.& 3. cum ſeq.de ſacerd.

3 *Clerici ciues dicũtur.*

Secundum ſit dictum. *Clerici ſunt ciues.* Deo nobis. C. de epiſc.& cler.

4 *Clerici an ſint in ſtatu perfectionis.*

Tertium dictum *Clerici ſunt in ſtatu perfectionis*, quò ad hoc, quòd mancipantur perpetuò Dei ſeruitio ſi in ſacris exiſtant, non tamen ſimpliciter, cum etiam curati poſſint ſtatum mutare,vt dicit D.Tho.2. 2.quæſt.184.art.6. ſi fiant Religioſi.

De Priuilegÿs Clericorum. Ver.2.

CVm ius, & æquitas poſtulet, vt qui Dei ſeruitio mancipantur, aliquibus prærogatiuis præ cæteris potiantur,vt & milites ſeculi variis priuilegiis à ſeculi Imperatoribus decorantur,pro cuſtodia, & pugna quam gerunt in cuſtodiendo Rempublicam tutam ab exterioribus hoſtibus, ſic hi qui non profluxis,ſed æternis pugnant, vt viriliter dimicantes,Carne,Mundo,& Dæmone ſuperatis,glorioſus de illis triumphus referatur, & demum tuto in æterna requie viuatur,æquum eſt,vt ſic ſeruetur immunes,quo caſtris ſuis ſedulò commorantes, & vigiles excubias ducentes,ſummo

cœli

Digitized by Google

cœli Imperatori illæſos populos repræſentent,ea propter,& legibus Cæſareis & Pontificiis effectum eſt,vt plura eis priuilegia conceſſa ſint,tum ad eorum perſonas,tum bona, ac res ſpectantia.

Primum ergo priuilegium generale eſt , quòd potiantur omnibus iis priuilegiis quæ illis congruunt,quibus & ſeculi milites gaudent,vt inquit Abb. in c. Epiſcopus. de præb. de quibus habetur per gl.in l.1.ff.ex quibus cauſis maio. & explicabuntur,Deo dante,infra tract.de Militibus, quia ſicut ij Imperatoris terreni,ſic iſti Dei milites ſunt. c. Chriſtianos. vbi gl.2.q.1.in c.militare.20.q.1.c.Saluator.1 q.3. c. 1. vbi gl. de cler.ægrot.ſic tamen , vt ignorantia iuris non proſit clericis,vt militibus.l.1.vbi Doct.C.de iuris,& facti ignor. qui tamen conueniunt vt non teneantur vltra quàm facere poſſint,nec bonis cedere teneantur.l.miles.de re iud. c. Odoardus.de ſolut.niſi debitum ſit ex delicto contractum , & vbi eſt eadem ratio. 5 *Clericorum priuilegia quæ ſint, & vt intelligantur.*

Secundum priuilegium ſpecialiter eſt,quòd eos percutiẽs incidit in excommunicationem Papæ reſeruatam,ſi percuſſio ſit enormis.c.ſi quis ſuadente.17 q.4.

Ampliatur,vt id procedat etiam ſi quis percutiat conuerſos eccleſiarum.Imo.in c.dilecta.de maior.& obed & etiam id procedit in mulieribus quæ canonicę ſeculares dicuntur, quando ſeruiunt in eccleſia , & habent habitum religioſorum,aliàs non.Io.And.in d.c.dilecta Rota deciſ. 167. in antiq. & idem in aliis mulieribus quæ portant habitum religioſum.Io.And.in d.c.Rota deciſ. 332. in antiq. & etiam id procedit in monachis,& monialibus,conuerſo, & conuerſa religionis,ac nouitiis religionum , & hæremitis. c. cunctis. c.non dubium.c.veniens c. cum illorum. de ſent. excom. c. religioſo.eod. in 6. Quod procedit etiam ſi quis prædictos detinet in cuſtodia vel carcere publico, vel priuato , non ſinens eos abire.cap.nuper.de ſent.excom. & idem ſi quis eos detineat per veſtem ne abeant,vel frenum equi, ne recedãt. Innoc.in d.c.nuper.vel ſi quis ſpuit,aquam vel aliud effundit in eos.gl.in d.c.ſi quis ſuadente.Zabar.in clem.1.de pœn. vel ſi fiat vis rebus clerico inhærentibus , vel aliquid , quod tenet,violenter eripitur,ſcinditur , vel frangitur. Zab. in d. clem.niſi is dormiat,nec ſentit ſibi zonam auferri.Zab.in d. clem. nec ſi detineatur ab alio per vim oppreſſus , ne ei fiat iniuria.Zab.in d.clem.vt nec incurritur excommunicatio ſi *Percuſſores clericorum qui peccent.*

ei inferatur metus etiam armorum, ceſſante vi modo non tangatur. Zab. in d. clem. vt nec incurritur ſi fiat vis clerico ob recuperationem rei ablatæ, modo fiat incontinenti. Zab. ibid. vel verbis tantum, nec ſi quis vibret gladium in eum, vel illum aggrediatur, non tamen tangens. Archidiac. in §. ſi rego. 17. q. 4. nec ſi quis clericum inſequatur, nulla alia vi ei illata. Dom. in cap. fœlicis. de pœn. in 6. ſi tamen is fugiens cadat & lædatur, ſic agens incurrit excommunicationem. arg. eorum quæ dicit Bart. in l. ſi gemma ff. arb. furt cæſ. arg. l. qua actione. §. proinde. l. ſi obſtetrix. §. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquil. quòd is vulnerat qui in cauſa eſt vt quis vulneretur, quæ tamen non incurritur ſi quis detineat clericum in cuſtodia, non vt ei vis inferatur, ſed vt eius verecundia detegatur. Innoc. & Felin. in d. cap. nuper. Zab. in d. clem. 1. de pœn. quod tamen non caret dubitatione, vt dicam tract. de Excom. niſi id fiat vt ſuo iudici tradatur, ſi inuentus ſit in flagranti delicto. Sic mandans iniuriam fieri clerico, modo quo ſupra, incurrit excommunicationem. cap. mulieres. de ſent. excom. niſi reuocet mandatum, & id notificet mandatario re infecta. Innoc. in d. c. vel re infecta moriatur, cum mandatum omne morte reuocetur. Abb. in d. cap. ſi conſtat eum pœnitentem deceſſiſſe, ſic qui ratam habet percuſſionem clerici ſuo nomine factam, incurrit excommunicationem, ſecus ſi eius nomine non ſit facta c. cum quis. de ſent. excomm. in 6. ſic ſi quis dolo induxit aliquem ad percutiendum clericum, vt quia dixit, niſi aliud de tali audiero, ægrè me habebo, vel ſi quis talem percuteret, rem mihi gratam faceret, effectu ſecuto, eſt excommunicatus. Abbas in cap. ex literis. de exceſſ. prælat. Bart. in l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acq. hæred. & idem de quolibet cooperante, & auxiliante. Doct. in d. cap. mulieres. & idem ſi quis nō obuiet ne clericus percutiatur, id valens, modo is teneatur ad obuiandum ex officio, vel ſi non prohibet dolosè, aliàs ſecus, ſi id agit, quia nolit ſe immiſcere rixis, vel ſi id omittit ex timore, vel negligentia; Sic etiam verberans clericum ſpontè verberibus ſe ſubjicientem, incurrit excommunicationem, & clericus eſt excommunicandus. cap. contingit. de ſent. excomm. & ſi temerariè clericus ſe percutit eſt excommunicatus, ſecus ſi ex deuotione id agit. Doct. in d. cap. contingit.

Fallit verò hoc priuilegium, ſi quis percutit clericum, non odio,

Digitized by Google

odio, ſed leuitate iocoſa. c. 1. de ſent. excomm.

II. Fallit ſi cauſa correctionis, vel diſciplinæ magiſter clericũ percutit. d. c. 1. c. ex tenore. c. cũ voluntate. eod. dũmodo correctio ſit moderata. c. presbyterum. de homic. & idem procedit in prælatis cauſa diſciplinæ clericos verberantibus, qui non incurrunt excommunicationem, Epiſcopi tamen id per ſe facere non debent, ſed per alios, non laicos, ſed clericos, vel religioſos. cap. non liceat. 86. diſt. cap. vniuerſitatis. de ſent. excomm. vt nec per laicos clerici debent torqueri. d. c. & ſi id fiat Abb. in c. vt famæ. de ſent. excom. & Imol. in d. c. vniuerſitatis, dicunt; eos incurrere excommunicationem: quod tamen ex conſuetudine non ſeruatur, quia clerici nollent, vel neſcirent id agere, & ob id conſuetudo poteſt dici quòd excuſet à pœna, licet non à culpa. gloſſ. & Abb. in cap. venerabilis. de conſuet. ſi quis tamen capiens clericum de mandato Prælati, modum excedat, vt quia cum is non reſiſtat, calce vel pugno eum cædat, incurrit excommunicationem. gloſſ. in c. ſi clericos. de ſent. excom. in 6. vt & non licet detinere clericum, qui præſtat fideiuſſionem de parendo, niſi exceſſus enormitas, vel alia grauis cauſa aliud ſuadeat. gl. in d. cap. Et vbi Prælatus, vel magiſter poteſt corrigere clericos, procedit, etiam ſi in ſacris exiſtant. d. c. 1. de ſent. excomm. cap. ex tenore. c. cum voluntate. eod. Sic pater etiam cauſa correctionis poteſt corrigere clericum in minoribus cõſtitutum, non verò in ſacris, & idem de alio propinquo familiam regente. Abb. in d. c. cum voluntate. Sic & ſenex iuuenem, dominus ſeruum, frater fratrem, Abbas monachum clericũ moderatè caſtigare poteſt arbitrio boni viri. Menoch. de arbit. iud. caſ. 364. & in dubio cauſa correctionis præſumitur id agere. Menoch. lib. 5. præſumpt. 14. Sic regens eccleſiam, clericos in minoribus extantes, perturbantes officium in eccleſia, verberare poteſt. Innoc. Hoſt. Abb. in c. cum veniens. de ſent. excomm. & ſeniores clerici erga iuniores idem agere moderatè poſſunt. d. c. cum voluntate. §. fi. vbi Hoſt. & Abb. ſi tamen officialis laicus, aliter quàm arcendo turbam, injicit manus in clericum licet leuiter, à Papa tantum abſolui poteſt, cum is vſurpet iuriſdictionem in clericum, ſi id facit vt miniſter, & non vt priuata perſona. Abb. in cap. ſi verò. de ſent. excomm.

Qui nõ peccent percutientes clericum.

III. Fallit, ſi quis percutit clericũ in crimine inuentum,

Digitized by Google

quia poteſt detineri per viginti horas,ad conueniendum teſtes, ne ſit locus inficiationi,glo.in cap. cum non ab homine.de iudic.etiam ſi capiatur pro vtilitate priuata.Innoc. in c.vt famæ.de ſent. excom. qui tamen debet detineri curialius quàm laicus. Zab. in clem. 1. de offic. ord. qui & in flagranti à priuato capi poteſt ſi ſit de fuga ſuſpectus, vel aliter ab iniuria compeſci non poteſt, modo intra viginti horas ſuo iudici remittatur pro iuſtitia miniſtranda, glo. in d. cap. cum non ab homine. vt & quis poteſt capere clericum ſuum debitorem, & de fuga ſuſpectum, vel rem ſuam aſportantem, vt & is eum capere poteſt, Prælato mandante, vbi verò quis remittit clericum ignominioſè, dicit Domin.in cap. ſi iudex. eod. in 6. talem incurrere excommunicationem.

IIII. Fallit, ſi quis percutiat clericum ſe defendendo, ſuos,vel alios, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, quo caſu etiam eum capere licet, & ad proprium iudicem deducere. Abb.in cap.cum non ab homine.de iudic. Innoc. in cap.ſi verò.1.de ſent.excom. & etiam pro defenſione rerum.cap. dilecto. eod. in 6. quo tamen caſu non licet occidere,vel mutilare, ſi id eſt recuperabile per iudicem. Bart. in l. furem. ff. de ſicar. vt nec licet percutere ſi clericus rem ad locum deſtinatum detulit,cum non fiat incontinenti. Doct. in cap.olim.& cap.ſignificaſti.2. de homic. & idem de rebus proximi.Innoc.in c.ſi verò.de ſent.excomm. ſic interficiens aggreſſorem proximi, verens ne eum interficiat, non eſt excommunicatus, ſed bene irregularis, ſi occidat,vel mutilet.Abb.in cap.clerici.de vita,& hon.cler. quòd ſi quis excedens modum defenſionis,percutit clericum,id non agens ex propoſito, non eſt excommunicatus. Abb. in d. capit. olim. etiam ſi fugere poſſet, & euadere, ſi fuga ei eſſet ignominioſa; quo tamen caſu occidens eſſet irregularis. Abb.in d.c.olim.

V. Fallit, ſi quis percutit clericum turpiter inuentum cum vxore, matre, ſorore, filia.c.ſi verò.de ſent. excom. & Hippol.in l.1.num 50. ff. de quæſt. dicit, talem poſſe ſine excommunicatione occidi, quod tamen eſt falſum, cum id non liceat,ſed tãtum leuiter percutere,vel capere. Couar. de ſponſ.2.p.c.7. §. 7. num. 5. ſed ſi ſint aliæ propinquæ, ſic percutiens eſt excommunicatus. Ang. Excommunicatio.5. §.16,17.nec eſt excommunicatus percutiens etiam clericum

inuen

inuentum cum prædictis in oſculis, amplexibus,& tactibus occultè, ſecus ſi publicè iuxta morem patriæ. Angel. ibi. §. 18. quia ea ſunt antecedentia copulæ. Couar.de ſponſ. 2.p. cap.7.§.6.num.3. Hippol. ſing. 638. & poſt monitionem ei factam trina vice,poterit talem is capere, & iudici ſuo præſentare.Ang.ibi.§.19.non tamen occidere.Ioan. Anan. in c. interfeciſti.de homic.nec etiam adulteram. cap. admonere. 33.q. 2. ſi tamen mulier verbis ſollicitetur à clerico non poteſt eum percutere, niſi tangatur,ſi verbis poteſt eum repellere, aliter ſi zelo caſtitatis ex improuiſo ſine deliberatione eum percutiat, non eſt excommunicata. Angel. ibi.§. 21. ſed ſi vir procuraret vt clericus ſollicitaretur ab vxore ad turpitudinem, vt ſic eum verberaret, vir & mulier ſunt excommunicati cum ſit ſuaſio doloſa.d.c.ſi quis ſuadente.

VI. Fallit,in caſibus quibus clerici amittunt priuilegium clericale.

VII. In ignorante quem eſſe clericum; quia careret habitu,vel eſſet nox.c.ſi verò.2.de ſent.excomm. ſecus ſi ſciebat talem eſſe clericum,licet non deferret habitum.gloſſ. & Doct.in d.c.ſi verò.

VIII. Fallit, in inuaſore ſedis Apoſtolicæ, qui pecunia, vel gratia, vel vi ſe fecit intronizari in ſede Pontificali ſine canonica electione Cardinalium,quia laici poſſunt eos pellere.c.ſi quis.79. diſt. & idem ſi clerici volunt fidem ſubuertere.c.quo iure.17.diſt.& idem fortè cum clerici ſchiſma faciunt,& contemnunt excommunicationem c. de liguribus. ead.cau. & q. vbi deeſt eccleſiaſtica poteſt. cap. vt famæ. de ſent. excomm.

IX. Fallit,ſede vacante,quia laici poſſunt includere Cardinales in conclaui c.vbi.de elect.in 6.modo vt ibi.

X. Fallit, vbi percutiens non peccat mortaliter, vt in puero non doli capace. cap. 1. extra eod. vel ſi fugiens inimicos, vt ſe defendat eripiat gladium à clerico. Angel. loco cit. §. 25.

XI. Fallit, ſi laici capiunt clericum ad finem remittendi mandato Prælati.d.c. vt famæ.modo clericus ſit ſubditus illi Prælato,& eum poſſit corrigere,& modus,vt ſupra, nō excedatur in capiendo.

Alias fallentias ponit Duenna reg.35.Ang.loco cit. Nau. cap.27.num.8.Silu.Excomm.Roſella Excomm.2.de quo & dicam,Deo dante,tract.de Excom. idque eſt inductum iure

Digitized by Google

poſitiuo,quò ad excommunicationem. d. c ſed. de iure diuino,quò ad læſionem rei ſacræ.

Clerici eximuntur à iuriſdictione laicorum.

Tertium priuilegium, quòd Clerici coram iudice ſeculari in nulla cauſa, vel ciuili, vel criminali conueniri poſſunt etiam volentes.c.ſignificaſti. vbi Doct.de foro cõpet.c.cùm non ab homine.de iudic.Burſat.conſ.41.num.2.lib.1.Alciat. in d.c.cùm ſecundum. & id probabiliter eſt inductum de iure diuino, vt videtur probari Geneſ. 47. Eſdræ. 8. facit. cap.duo ſunt.c cùm ad verum.cap.ſi Imperator.96. diſt.vbi dicitur, quòd Deus voluit ad ſacerdotem pertinere quæ de eccleſia diſponenda ſunt, non ad ſeculi poteſtates, & idem de clericis ordinandis, & iudicandis, vt ibi habetur; quod confirmauit & Imperator.in auth.ſtatuimus. C. de Epiſc. & cler.in auth.vt cler.conu.& de ſanctiſſ.Epiſc. vel ſi ad rem, vel ad poſſeſſionem ea cauſa pertineat;ſummaria ſit, vel ordinaria,vel ſi cauſa principaliter, aut incidenter agatur; vt inquit Roland.cõſ.12.nu.37.col.2.Adeò vt clerici ipſi,etiam Epiſcopo aſſentiente, huic priuilegio renunciari non poſſint,cũ id concernat bonum publicũ, & concernat ius ordinis eccleſiaſtici,cui priuatim renunciare non poſſint, vt not. in d.c.ſignificaſti. & clarius in c. ſi diligenti. eo. tit. de foro compet. & id diuino iure ſit, vt ſuprà, inductum. Felin. in c.2.de maior.& obed.Alciat.in cap.cùm non ab homine.de iudic. Couar. pract.qq.c.31.nu.1.4.c.33. Rolan.conſ.4. num. 16. Et licet Imperator ea priuilegia non confirmaſſet, nec eſſent inducta iure diuino, vt ſunt, id potuiſſet tamen Papa concedere, vt dicunt Innoc. Hoſt. Sic. in c. 1. de maior. & obed. quia ſunt res ſpirituales, & Papa eſt maior Imperatore, & cauſæ omnes olim coram ſacerdotibus tractabantur.Deut.17.c.per venerabilem. qui fil. ſint leg. Vnde id nec vlla conſuetudine tolli poteſt. Couar. loco cit. etiam ſi clericus citatus à iudice laico priuilegium ſuum nõ propoſuerit.Fel.in c.veniens.de accuſat.Clar.in pract.crim.q.36.nu.1. & ſeq.& etiam ſi inuentus ſit in habitu laicali,& in eo comprehenſus à iudice laico, quia, mox vt conſtiterit eum eſſe clericum ſub excommunicationis ſententia eſt relaxandus,& idẽ ſi prius habebatur pro clerico, ſi enim dubitatur an clericus ſit, vel ne, quæſtio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat.tex.eſt in c.ſi iudex laicus.de ſent.excõ.in 6.& pendente cauſa clericatus, ſuperſederi debet in cauſa criminali coram iudice laico.Couar.pract.quæſt.cap.37. num. 3. & 4.

&

& ſi clericus ducitur per officiales laicos, poteſt impunè ab eis auferri, modo conſtet eum eſſe clericum. Guid. Pap. q. 73. num. 2. qui clericus non incurrit etiã pœnam contumaciæ, ſi poſteà oſtendit Bullas clericatus. Guid. Pap. q. 450. nu. 1. & etiam ſi clericus ſocius laicis in aliquo crimine patrato fuerit, quia nedum ipſe, ſed etiam laici iudici eccleſiaſtico ſunt remittendi, tametſi delictum id ſanguinis pœnam mereretur, nec debebunt à iudice ſeculari iudicari: vt inquit Ant. à Prato in l. 1. in fin. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind. Bart. in l. iuriſperitos. §. 1. ff. de excuſ. tut. Barth. Soc. in l. cùm ſenatus. in fin. ff de rebus dub. quo caſu tàmen ſi minus debito iudex eccleſiaſticus eos punierit, poteſt iudex laicus à laicis debitas pœnas ſumere. Felin. in cap. 2. de mut. petit. in cap. 1. de præſcr. idque pluribus locis ſeruatur, vt teſtatur Cuch. de priuileg. cler. nu. 16. modo vt infrà. Quo priuilegio etiam clericus illegitimus gaudet, & etiam coniugatus, dummodo vnicam & virginem vxorem habuerit, & habitum, ac tonſuram clericalem geſtet. Clar. loco cit. verſ. habet etiam. & verſ. quæro an clericus. Couar. d. pract. q. c. 31. nu. 7. licèt vxorem, quam vnicam, & virginem acceperat, & adulterij cauſa dimiſerat, rurſus receperit. Aufrer. deciſ. 64. dummodo ſeruet contenta in c. vnico de cler. coniug. in 6. & in Conc. Trid. ſeſſ. 23 cap. 6. ſcilicet quod deferat habitum, & tonſuram, & inſeruiat alicui eccleſiæ Epiſcopi mandato, vel in ſeminario, aut vniuerſitate de eius licentia. Guid. Pap. q. 83. Et etiam licet quis poſt patratum delictum ordini clericali ſit adſcriptus, ſic enim ſeruat perſonam à iudice laico, licèt non bona quæ à iudice laico iudicari poſſunt, & auferri. Marian. in c. 1. c. propoſuiſti. de foro compet. Couar. pract. q. c. 32. quando in fraudem eſſet ingreſſus, ſecus ſi vt impleret votum iam emiſſum, & etiam licet poſt patratum delictum, & accuſationem de eo porrectam, clericus effectus fuiſſet, quia non eſſet remittendus ad iudicem ſecularem, cum tamen tempore patrati delicti remittẽdus foret, & eo magis ſi is qui cœlebs fuerat clericus, poſt delictum cõmiſſum, coniugiũ iniit, adhuc enim iudici eccleſiaſtico eſt remittendus. Grãmat. deciſ. 10. Clar. loco cit. verſ. qua ratione. Imò & clericus in habitu, & tonſura incedens, facit vt eius quoque vxor gaudeat hoc priuilegio, ne à iudice ſeculari conueniri poſſit, ſed Eccleſiaſtico remittatur: vt dicit Ang. Excommunicatio. 7. verſ. ſed quę ſunt. Et etiam

ſi poſt

Digitized by Google

ſi poſt patratum delictum abſque fraude clericali ordini ſit adſcriptus, immunis eſt a poteſtate iudicis ſecularis, quæ fraus abeſſe præſumitur ſi ante accuſationem, ordinem clericalem ſuſcepit, vt votum ante emiſſum adimpleret. Duen. in reg. 100. limit. 16. verſ. ex quo confirmatur. Et in hoc ſtabitur eius iuramento, vt inquit Cucch. d. tract. quòd ſi patrato delicto, & accuſatus ordinibus eccleſiaſticis ſit adſcriptus, ſuberit ſuſpitio ne in fraudẽ ad ſubterfugiendum iudiciũ iudicis ſecularis id egerit, niſi apertiſſimis probationibus eam fraudem eluat: quod ſi non faciat, poterit à iudice laico mulctis pecuniariis, & bonorum confiſcatione mulctari, non tamen corporaliter plecti, niſi iudex eccleſiaſticus eum ab ordinibus deiecerit, & curię ſeculari tradiderit, vt inquit Imola in cõſ. 119. nu. 1. Couar. d. c. 32. Duen. d. reg. 100. limit. 16. verſ. ex quo. Clarus loco cit. Soci. in c. 1. & c. propoſuiſti. de foro compet. & idem eſt in prædictis, de eo qui eſt profeſſus in aliqua religione. Couar. ibi. & Sixtus V. in ſua Bulla vetuit huiuſmodi admitti ad religionem, & alios ſceleſtos, ſed fieri debere diligentem inquiſitionem in Concilio prouinciali de vita, & moribus, ac natalibus quorumcunque. Zerola in praxi ep. verbo Clericus. num. 6. prædictis concordat, cum communi. Imola conſ. 118. Clar. lib. 5. §. fi. q. 36. Germon lib. 3. de immun. eccl. Hoc verò priuilegio fori eccleſiaſtici gaudẽt non ſolùm clerici ſęculares, ſed etiam oblati, conuerſi, regulares, pœnitentes Religioſi, templarij, hoſpitalarij, & huiuſmodi, de quibus caſu de percutiente clericos, & etiam mulieres religioſæ, dum ſunt in diuino ſeruitio, & clerici coniugati, vt ſuprà, non exercentes artem indignam, vt infrà, vt inquit Cucch. d. tract. nu. 15. & 16. monaſteriorum quoque perpetuo ſeruitio adſtricti, hoſpitalium rectores, fratres, ac moniales tertij ordinis ſancti Franciſci. Abb. in c. nullus. de foro comp. Clar. loco cit. & famuli Clericorum conductitij, qui ad tempus eis ſeruiunt, vbi vtilitas clericorum quibus inſeruiunt, eſt coniuncta, Epiſcoporum verò famuli ſemper hoc priuilegio fruuntur. Clar. in pract. crim. q. 35. Abb. in c. 2. de foro compet. nu. 6. idem Clarus ibi. verſ. ſed pone Capel. Toloſ. deciſ. 378. In tantum, vt ſi clericus alium clericum ad iudicem ſecularem trahit, cauſam amittat, & excommunicationem incurrat, nec etiam in cauſa reconuentionis clerici coram iudice ſeculari trahi poſſint. c. ſi diligenti. de foro compet. Cucch. d. tract.

Digitized by Google

tract.nu.14.15. & 16. licèt hoc poſtremum dubitatione non careat,vt ibi dicit, & verius contrarium opinor, vt in cauſa reconuentionis coram laico trahi poſſit, ne denegetur laico defenſo, iuxta c. ſi clericus laicum. cùm ibi not. de foro compet.licèt aliàs clerici legibus, vel conſuetudinibus laicorum non adſtringantur, vt not. in c. quæ in eccleſiarum. de cõſtit. nec ante degradationem licet iudicibus laicis clericis crimінoſis quomodocunq; in eos manus injicere citra excommunicationis incurſum,etiam ſi iudices eccleſiaſtici, alioqui peccarent eos non dejiciendo ab ordinibus, vt inquit Bart.in l. 1. num. 3 ff. de pœnis. quod tamen priuilegium amplectitur tantum regulares,& clericos ſeculares, vt de commiſſis criminibus corã iudice ſeculari cõueniri non poſſint,vt inquit Card.in c perpendimus.in fi.nu. 8. de ſent. excom.Feder.conſ.97.nu.4.in fi. Marſ. ſing. 533. Duena reg. 100.limit.vlt. in fi. non autem ſodales tertij ordinis ſancti Franciſci, nec alios qui ordinibus eccleſiaſticis initiati non ſunt, nec vitam regularem ingreſsi, vt dicit Cuch. d. tract. nu.25.in fi.quando ſcilicet iſti in fraudem vitam participantem de religioſa ingreſsi ſunt, vt ibi ſentire videtur. Et ita clerici non poſſunt conueniri coram iudice ſeculari, etiam in realibus. Id tamen fallit, vt ſuprà, in clerico degradato actualiter, & tradito curiæ ſeculari puniendo. Alciat. in d.c. cùm non ab homine.

II. Fallit,ſi conueniatur per laicum, Curt.Iun.in l.2.n.48. cum communi.de iuriſd.omn.iud.

III. Si eſt vaſſallus, quia coram domino conuenitur in cauſa poſſeſsionis. Aret.in c.cæterum.num.24.de iudic. modo agatur de poſſeſſorio, & cauſa feudali more ciuili. Innoc. in c. verum de foro compet. ſecus ſi de iniuria, vel emenda damni, vel criminaliter de poſſeſsione ad pœnam, quia ſic conuenitur coram eccleſiaſtico, & etiam ſi agatur de amiſsione feudi criminaliter, vel ciuiliter de crimine. Imol.in d.c.cæterum.& ſi eodem tempore clericus vaſſallus vocetur à Papa,& Rege,tenetur potius Papæ obedire.Præp. in cap.cùm parati.nu.20.de appel.cum communi.

IIII. Fallit, in clerico inuento in flagranti delicto, quia poteſt capi à familia Prætoris, vt tradatur iudici eccleſiaſtico.Felin.in c.ſi verò.num.2.de ſent.excom.& etiam priuatus id poteſt ſine metu excõmunicationis.Felin.ibi cũ communi. & idem ſi delinquens ſit ſuſpectus de fuga, poteſt enim

capi

cap. à laicis, vt tradatur eccleſiaſticis. Alciat. in d.c. cum non ab homine. nu. 94. & idem in creditore, qui abſque mandato poteſt capere debitorem clericum ſuſpectum de fuga. Alciat. in d.c. nu. 74. cum communi.

V. Fallit, ſi eccleſia ſuccedit laico cuius lis eſt inchoata coram iudice laico, eſt enim coram eo proſequenda. Boër. deciſ. 69. nu. 32. 34. & 49. Couar. pract. q. c. 8. nu. 2. cum magis communi. & dicitur cœpta lis per ſolam citationem, non autem per ſolam productionem mandati. Guid. Pap. deciſ. 421. Caſſa. conſ. 45 nu. 27. Peregr. deciſ. 88. ſi verò lis non eſt cœpta coram laico, clericus hæres defuncti, non poteſt coram eo conueniri. Io. And. in cap. at ſi clerici. de iudic. qui & non poteſt reconueniri coram laico in actione famoſa, vel re ſpirituali, ſed tantum merè prophana. Hoſt. in d. cap.

Quod ſi cauſa ſit criminalis, pro crimine, nec ciuiliter, nec criminaliter poteſt conueniri coram laico etiam principe, licèt ſit primæ tantum tonſuræ, vel in ſacris non deferẽs habitum. Clar. q. 36. Dec. in d.c. at ſi clerici de iudic. cum communi. *Niſi ſit crimen aſſaſſinij*, ſic enim amittit priuilegium clericale, & poteſt ab vtroq; iudice puniri. Diaz pract. crim. c. 21. & 91. cum communi. Quod intelligerem poſtquam eſt degradatus ab eccleſiaſtico, & traditus ſeculari puniendus, etiam ſi non ſit incorrigibilis. Clar. in § fin. lib. 5. q. 36. cum communi.

Et ſi clericus citatur à iudice laico, non tenetur comparere, nec poteſt condemnari in expenſis, ſed eſt remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, ſi dicat ſe clericum, vel id cõſtet, & ſine dedecore, & ignominia. Dec. conſ. 241. Clar. d. q. 36. Nec eccleſiaſticus tenetur ſtare proceſſui iudicis laici, vt incompetentis. Clar. loco cit. *Qui tamen poteſt citari à laico*, ſi ſua putauerit intereſſe, cum iſta clauſula. Dec. conſi. 187. col. 3. Et licet clericus per principem in aliquo officio ſit admiſſus, ſi delinquat, non poteſt tamen per eum puniri, ſed per iudicem eccleſiaſticum tantum, etiam in minoribus conſtitutus. Clar. d. §. fi. q. 26. verſ. quæro pone; vt & ſi vaſſallus poteſt à domino conueniri tantum ciuiliter in cauſa feudi, non autem perſonaliter poterit detineri. Guid. Pap. quæſt. 139. qui clericus ſi fideiubeat coram iudice ſeculari, non poteſt renunciare foro, vt coram eo conueniatur. Ang. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. c. ſi diligenti. de foro compet. vbi Doct.

V. Fallit,

V. Fallit, ſi Papa deleget laico iudici cauſam clerici criminalem, vel ciuilem, vt poteſt, ſic enim per illum iudicari poteſt, & puniri. Henri. in c. at ſi clerici. de iudic. Hoſt. Io. And. Sic. in c. 2. de iudic. Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. n. 400. quod intelligitur in aliqua cauſa ſpeciali, generaliter verò id Papa quò ad omnes clericos facere non poteſt eos ſubdendo iudici ſeculari, quia ſic decoloraretur ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ, quod Papæ ſine cauſa non licet. gl. in c. literas. de reſtit. ſpol. Spec. tit. de del. ſub rubr. de diſpenſ. §. nunc breuiter; quod hic eueniret.

VI. Fallit, in clerico coniugato nõ deferente habitũ, cùm is non gaudeat priuilegio clericali. c. vnico. de cler. coniug. in 6. vel ſi in minoribus extans, contraxit cum vidua, vel corrupta, vel duas habuit, quia is ſubeſt iudici ſeculari. c. 1. de bigam. in 6. niſi is ſit monachus. Cald. Io. Mon. Gemin. in d. cap. 1. ſic enim non amittit priuilegium fori, vt nec qui contraxit cum virgine, cuius vxor poſt notoriè eſt adulterata, nec qui contraxit cum virgine, quæ non cognita deceſſit; & poſt cum alia contraxit, vel ſi contraxit cum ea quam credebat virginem, ſed erat corrupta, ſic enim licet ſit ſuſpenſus, retinet tamen priuilegium fori, modo non reddat debitum adulteræ. Capell. deciſ. 64. 216. & 254.

VII. Fallit, in clerico ioculatore, macellario, in minoribus, tertio monito non deſiſtente, vel in depoſito verbaliter incorrigibili, & poſt excommunicato, modo quo infra.

VIII. Fallit, ſi clerici arma ferant contra edicta generalia principis, quo tamen caſu poſſunt tantum armis priuari, non verò aliter à laico puniri, ſed facere eos puniri per eccleſiaſticum. Couar. practic. quæſtio. capit. trigeſimotertio numero ſeptimo.

IX. Fallit, in clerico aſſaſſino, modo quo infra latè, & idem de ſe immiſcente enormitatibus, vel qui habitu dimiſſo, vt laicus incedit, vel in minoribus militiam exercet, modo quo infra latè explicabitur, vbi & alij caſus ſimiles explicabuntur. Quod verò eſt dictum clericum in cauſa reconuentionis, dum conuenit laicum coram ſeculari, poſſe coram eo reconueniri; id non procedit ſi laicus cum fraude id egit, vt ibi clericum reconueniret. Butr. in cap. eccleſia. de conſtit. vel clericus, vt ibi reconueniatur: vt dicit Ang. in l. 2. §. ſed ſi agat. ff. de iudic. nec ſi clericus laicum conueniat coram

Digitized by Google

coram laico ſuper actione famoſa, vel iniuria ſibi facta, ſic enim ibi non reconuenitur. Bald. in auth. & conſequenter. C. de epiſc. & cler. nec ſi reconuentio tangat cauſam ſpiritualem, vel ei annexam: ſic enim non poteſt fieri corã laico. Bald. ibi. Doct. in cap. 1. de mut. pet. nec ſi reconuenitur ſuper crimine. Imol. in cap. at ſi clerici. de iudic. etiam ſi agatur de crimine ciuiliter, vt ibi dicit, nec ſi agatur de diſtrictione perſonæ clerici. Archid. in cap. vnico. de cler. coniug. in 6.

X. Fallit, ſi clericus habet feudum à Rege, qui retinuit ſibi aliquod ſeruitium, ſic enim appellatur ad Regem. Siculus in cap. verum. de foro compet. Anan. in cap. 2. de del. pue.

XI. Fallit, ſi clericus ſucceſſit laico, cuius cauſa erat cœpta coram ſeculari, ibi enim ob eam conuenitur probabiliter. Imol. in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ. Viuius libro 2. opin. 48. in com. opi. non tamen ſi clericus vendidit ob euictionem rei venditæ. glo. in cap. nullum. 11. quæſt. 1. Spec. tit. de primo, & ſecundo decr. §. reſtat. ver. quid ſi dominus clericus.

XII. Fallit, ſi pater vult emancipare filium clericum, id enim eſt fiendum coram laico. Nic. Mil. verſ. iudex ſecularis. vel ſi clerico donet laicus rem excedentem quingentos aureos, debet enim inſinuatio fieri coram laico, vel ſi ſtatutum habeat, quòd non valeant legata, niſi fiat inſinuatio coram iudice loci, & clerico legetur. Bald. Caſtr. in l. teſtamenta. C. de teſtam. vel ſi clericus, vt tertius poſſeſſor rei ſuper qua eſt lata ſententia, vult ſe opponere contra executionem ſententiæ factæ inter laicos, id enim coram ſeculari eſt agendum. Bald. ibi. vel vbi teſtamentum eſt publicandum coram defenſore ciuitatis, & clericus prætendat intereſſe, id enim eſt fiendum coram laico. §. nulla. auth. de defenſ. ciu. Sicu. Bald. in cap. fin. de fide inſtru. & idem ſi clericus ſit creditor laici qui conficit inuentarium, id enim eſt fiendum coram laico, & ibi clericus citandus: & idem videtur vbi citantur generaliter quorum intereſt, ne cauſa diuidatur. Bald. in l. teſtamenta. C. de teſtam.

XIII. Fallit, ſi depoſitum, vel aliud fuit factum ordinatione iudicis ſecularis, ſic enim, is ab eccleſiaſtico poterit cogi, vt id reddat & rationes, Tiraq. de retr. reconu. §. 4. gl. 7. num. 9. Salic. in l. acceptam. C. de vſur. & idem in iudiciis duplicibus vbi ſunt plures contendentes, & maior pars laici,

vel

Digitized by Google

vel in collegio maior pars laicorum, minor clericorum, ſic enim conueniuntur coram laico. l.1. vbi glo.ff. qui rei apud eund.iud. Sicu.in c.ſi diligenti. de foro compet. vel ſi clericus & laicus compromiſerunt in laicum,& laicus vult recurrere ad arbitrium boni viri, id enim eſt fiendum coram iudice laici,niſi cauſa ſit eccleſiaſtica.Rom.conſ.165.

XIIII. Fallit,ſi per Epiſcopum cauſæ merè ciuiles laico ſint delegatæ.gl.in c. decernimus.de iud. vel ſi is ſit aſſeſſor, qui tamen non iudicat, ſed conſulit, non tamen ſi clericus agat contra clericum ſuper poſſeſſione beneficij, quia ſic eccleſiaſticus tantum cognoſcit. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.3.q.52. num 349. niſi adſit priuilegium apoſtolicum, vel fama eius cum conſuetudine temporis immemorabilis, aliàs non. Gem.in cap.2.§.ſanè.de decim.lib.6.

XV. Fallit, in datione tutelæ, quia legitima tutela dari poteſt clericis per iudicem laicum. Ang.in §. ſed hoc.Inſtit. de attil. tut. non tamen cogi eam ſuſcipere, & ſimiliter per laicum datur curator clerico minori coram eo litiganti.Domin.in c.ſi annum. de iud.lib.6. curator verò ad lites generalis datur clerico per ſuum iudicem.

XVI. Fallit,in clerico negotiatore, quia tenetur ad gabellas in concernentibus negotiationem,non verò ſi vendit ſuos reditus.Crau.conſ.65.num.3.Tiraquell.de nob. cap.28. num.10.

XVII. Fallit,ſi clericus agit rei vendicatione contra laicum pro re eccleſiæ, quia eum conuenit coram laico,quãdo tamen laicus negaret rem eſſe eccleſiæ, & res eſt dubia, ſi enim conſtaret rem eſſe eccleſiæ eſſet terminanda coram eccleſiaſtico,ratione rei annexę ſpirituali,& ob ſacrilegium. Doct.in cap.cum ſit generale.de foro compet.

XVIII. Fallit, quando cauſa eccleſiaſtica tractatur per quæſtionem facti non iuris, vt an habitus ſit clericalis, vel non,ius funeris ſit promiſſum, non autẽ ſi quæſtio ſit iuris, quia ſi agitur de cauſa clerici,eſt remittendus,vel de actione reali pro vſu funeris,quia eccleſiaſticus cognoſcit.Butr.Sicu. in c.quanto de iud. Sic.in c.tuam. de ord.cogn. Felin.in cap. cauſam.de præſcript.in cap. cum ſit. de foro compet. vt & ſi agitur de fructibus decimarum inter laicos, cognoſcere poteſt laicus. Doct.in d.c.cauſam.in c.quamuis.c.prohibemus. de decim. eccleſiaſticus tamen tantum cognoſcit an quis ſit clericus,vel ne.cap.ſi iudex.de ſentent.excomm.in 6.Couar.

 pract.

Digitized by Google

pract.qq.cap.33.num.1.ſic laicus cognoſcit in quæſtione facti nõ iuris in iure patronatus, vt an ſit promiſſum, vel non. Io Ant. Butr. in cap.tuam. de ord. cogn. & an aliqua ſit deſponſata, vel non, non tamen an matrimonium fuerit legitimum, vel non: qui tamẽ cognoſcit de iure patronatus cum vniuerſitate bonorum, quando id petitur copulatiuè, vt peto hæreditatem talis, & ius patronatus, ſecus ſi petatur hæreditas cum iure patronatus. Sic.in c.quanto.de iud. in c.quærelam. de ſimon. vel ſi agitur de fructibus beneficij quos laicus ſurripuit, ſic enim laicus poteſt cognoſcere. Doct.in d.c. cum ſit generale.de foro compet.

XIX. Fallit, quando iudex ſecularis cogitur exequi ſententiam eccleſiaſtici ſuper crimine latam, ſic enim ex iuſtitia poteſt cognoſcere. Bart.in l.diuus.2.ff. de cuſt. reorum & in hæreſi cogitur.c.inquiſitionis.§.prohibemus. de hæret. vt & ſi eccleſiaſticus inuocat eius brachium. Oldr.conſ.89.

XX. Fallit, in criminibus mixtis, in quibus eſt locus præuentioni. Doct.in cap cum ſit.de foro compet.

Vbi tamen iura ciuilia, & canonica ponunt diuerſas pœnas, quarum vna per aliam non tollitur, punitus in vno foro poterit in alio puniri. l.qui ſepulchra. C.de ſepul. viol. Ioan. And.in cap.fœlicis. de pœn.in 6.

Vbi demum clerici conueniri poſſunt coram laico, in ordinatione litis, vt in oblatione libelli, ſeruandum eſt ius ſecularis.glo. in c. quod clericis. de foro compet. ſed ſi agitur de lite decidenda, ſi agitur de contractu, conſideratur locus contractus, & eius ius.l.ſi fundus. de euict. & idem ſi de re litigatur.c.Raynutius.de teſtam.& idem in delicto.auth.quæ in prouincia.C. vbi de crim. ſed ſi ius, vel ſtatutum reſpicit perſonam clerici, non ſtabitur ei ſed canonico.arg. cap.1.de iure patr.in 6.cap.porrò. de priuil. & ideò ſi ſtatutum dicat, quòd ſolutio debiti non poſſit probari per teſtes, tamen clericus litigans coram laico poterit ſic probare per teſtes. Sicu. in cap.quod clericis.de iud.

Ad hoc verò vt clerici prima tonſura, vel minoribus ordinibus initiati, hoc priuilegio potiantur, oportet vt beneficium eccleſiaſticum habeãt, vel clericalem habitum, & tonſuram deferentes alicui eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiant, vel in ſeminario clericorũ, vel aliqua ſchola, aut vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines aſcendendi inſeruiant. ex Concil.Trid.ſeſſ.23.c.6. Guid.

Pap.

Digitized by Google

Pap.q 83. Similiter clerici coniugati qui cum vnica, & virgine contraxerunt, hoc priuilegio fruuntur, vt coram iudice ſeculari criminaliter, vel ciuiliter conueniri non poſſint, nec in perſona, vel ære condemnari poſſint, ſi tonſuram, & veſtes deferunt clericales, & alicuius eccleſiæ ſeruitio ab Epiſcopo deputati ſint, & eidem eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent. d.c.6. in Trid. Conc. in fin. qui clerici coniugati priuilegio tantum canonis ſi quis ſuadente, & fori fruuntur, aliis verò clericis conceſſis nequaquam. c. vnico. de cler. coniug. in 6. vbi Doct. Cucch. d. tract. num. 30.

Quod ſi iudex laicus clericum, vel eccleſiaſticam perſonam coram ſe in iudicio trahere præſumpſerit, eſt excommunicãdus, & niſi ceſſet ipſo iure excommunicationem incurrit. Io. And. & Hoſt. in c. non minus. de immu. eccleſ. quæ excommunicatio hodie Papæ in Bulla Cœnæ reſeruatur. Et iudex eccleſiaſticus quam primum clericum à iudice laico detineri compererit eum repetere debet, aliàs vt ignauus ab adminiſtratione eſt deponendus, vel aliis pœnis plectendus. Caſſan. conſ. 38. Clar. q. 36. verſ. regulariter autem. Et hoc priuilegium fori difficilius à clerico amittitur quàm priuilegium canonis ſi quis ſuadẽte, cum id pluribus caſibus non proſit: & hoc certius ſit de iure diuino eſſe inductum. Socin. conſ. 12. lib 1. col. 7. Roland. conſ. 4. num. 28. lib. 1. nec ſecularis poteſt etiam punire ciuiliter quoque clericum qui coram eo falſum depoſuit. Fel. in cap. verum. de foro compet. Afflict. deciſ. 230. Couar. pract. qq. c. 18. num. 8.

Nec poteſt quis renunciare priuilegio, vt coram iudice laico conueniatur. c. ſi diligenti. de foro compet. vbi omnes, nec etiam coram alio, quàm proprio Epiſcopo. Couar. pract. qq. c. 8. & 10. niſi in minoribus extans dimittat habitum, & tonſuram, & velit eſſe laicus. Silu. Excommunicatio. 6. nu. 7. cum ſeq. Nau. c. 27. num. 81. notab. 6. nec etiam ſi detinens habitum, enormibus ſe miſceat, niſi poſt trinam monitionem. Nau. ibi. num. 80. notab. 5. ſi tamen quis reaſſumit habitum, & bene viuit, recuperat priuilegium clericale. gloſſ. & Abb. in cap. fin. de vita, & hon. cler.

Clerici ſunt immunes ab onerib. perſonalibus & realibus.

Quartum priuilegium eſt, quòd clerici immunes ſunt ab oneribus perſonalibus, & realibus pro rebus eccleſiæ principi ab aliis debitis ſeculari. c. peruenit. 86. diſt. c. non minus. cap. aduerſus. de immun. eccl. c. quanquam. de cenſib. in 6. cap. clericis laicos. de immun. eccl. in 6. clem. 1. eod. tit. quod

& apud Ethnicos ſeruabatur: vt inquit Ariſt.li.2. Æconom, & idem concedebatur ſacerdotibus Ægyptiis. Geneſ. 47. & ij etiam apud Gallos idem obtinebant,& etiā exempti erant à militia,vt dicit Cæſar.lib. 6.de bello Gallico; & iure etiam ciuili id eis concedi,dicit Germon.de ſacror.immut.libro 1. cap.13. & qui eas exigeret cogendo, incurreret excommunicationem. Nau.c.27. num.128. & ſi quis exigat à clericis ea quæ à laicis exigi poſſunt,incurrit excommunicationem. c.quanquam.de cenſib.in 6.quæ eſt Epiſcopalis,quòd ſi exigit eas quæ nec à laicis exigi poſſunt,incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ, vt pro iis quæ dicuntur ad vſum proprium.Nau.d.cap.num.61.& idem ſi gabella imponatur eorum perſonis, vel eccleſiaſticis bonis, & fructibus. Nau. cap.27.num.202.& 287. etiam ſi quis ea deferat ad familiæ ſuſtentationem,& eam fraudantes non peccant.Silu.Gabella.1. num.14.§.20.nec etiam ſi quis fundi ſui beneficij, vel patrimonij fructus vendat, ſi clericus eſt, vel monachus,tenetur ad gabellas. Silu. ibi. num. 2. & 3. nec etiam ſi mutet formam rei.Abba.in c.fin.de vita.Nau.d.c.128. niſi ſit negotiator quia ſic ſoluit gabellas. Abb. loco cit. & idem ſi non incedit in habitu, & tonſura. Couar. pract.quæſt.cap.31. vel ſi adſit Papæ facultas à clericis exigendi.Nau.ibi. vel ſi quis ſit colonus clericorum, qui ſoluit, & clericus coniugatus. Zerola in praxi ep. Clericus,num.9.ſub his diſtinctionibus, vt inquit Abb.in cap.non minus.de imm.eccl.quòd aut agitur de muneribus, vel oneribus perſonalibus, & tūc aut agitur de ſordidis,vt de arena fodienda,calce coquenda, & huiuſmodi, de quibus in l. maximarum. C. de excuſ. muner. lib.11. & ab his,quæ dicuntur officia vilia,quæ talia eſſe dignoſcitur, cum pro huiuſmodi habentur in illo loco, vt ibi dicit Abb. immunes ſunt clerici, & eorum coloni etiam de iure ciuili.l.placet. C.de ſacroſan.eccleſ.lib.2.C. de epiſc. & cler.c.nouarum.16. q.1. nec in aduentu principis coloni eccleſiarum,vt ibi dicit Abb. ad id tenentur, cum ſint exempti à iuriſdictione laicorum; quod intelligitur in hoc de familia perpetua eccleſiarum, & earum ſeruis,ſecus enim eſt quò ad colonos liberos qui ſeruiunt pro mercede, vel cum portione redituum, cum ij ſint ſub Imperatore. not. in cap. indicatum, 89. diſt. qui in multis tamen ſunt exempti per leges Imperatoris, & Canones, vt in l. 1. & 2. C. de epiſc. & cler. & ideò eorum iuriſdictionem poteſt etiā limitare. arg.
eorum

Digitized by Google

eorum quæ not.in c.cum ſecundum.de hæret.in 6. & hi tenentur ad gabellas, & alia onera de parte eis contingente:vt dicit Fed.conſ.4. clerici tamen ipſi ad ea onera vilia non tenentur. Quędam ſunt munera honorifica, vt habere officia, vel magiſtratus, de quibus toto tit. ff. de muner. & hon. & hos honores inter laicos habere non poſſunt,cum *Deo militans non poſſit implicari negotijs ſecularibus*.c.1. ne cler. vel monach.vnde nec ſunt de vniuerſitate laicorum, nec habẽt vocem in conſilio populi,vt inquit Innoc.in cap.dilecta. de exceſſ.prælat.c.ſed nec procurationis.ne cler.vel mon.l. placet.C.de epiſc.& cler.Quædã ſunt onera perſonalia mixta, carentia dignitate,honore, & vtilitate, vt tutela & cura, & non tenentur eam ſubire,poſſunt tamen ſi volũt legitimam agnoſcere,quæ ſcilicet à lege proximioribus conſanguineis defertur,quod eſt officium pium.gloſ.in c.peruenit.88.diſt. Abb.in d.c.non minus.num.15. datiuam tamen, vel teſtamentariam ſuſcipere non poſſunt;Epiſcopi verò,vel monachi nullam ex iis.c.Epiſcopus.88.diſt.c.monachi.16.q.1. niſi ſint miſerabiles perſonæ, quia ſic omnes clerici & monachi poſſunt eam ſuſcipere,de licentia Prælati,ſi monachi ſint. d. cap.peruenit.cum ſit officium pium, ad nullą tamen eorum onera perſonalia ordinaria,vel extraordinaria tenentur. d.l. placet.C.de epiſc.& cler.auth.item nulla.C. eod. cap. quanquam.de cenſib.in 6.*Nec etiã tenentur cuſtodire ciuitatem*, vt inquit Abb.in c.peruenit. eod. tit. niſi ſubſit maxima neceſſitas, quæ tamen cognoſci debet per iudicem eccleſiaſticum,ſcilicet Epiſcopum, & per eum compelli, non autem per laicos præſides.not.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit.Hoſt.in ſumma de immun.eccl.cum ſine eis ciuitas defendi non poteſt.d.c.peruenit.c.pen.de homic. vbi tempore inuaſionis clerici ſimul cum laicis poſſunt ſumere arma, & pugnare,nec ſunt irregulares,ſi ibi multi ſint occiſi, modo ipſi nullum manibus occiderint,licet vulnerarint, vel etiam ſi occiderint aggreſſi cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta clem.1.de homic.& eo caſu tenentur Epiſcopo obedire, non tamen tenentur ire ad bellum, vbi alij ſunt impugnandi,etiam contra Saracenos, cum clericatus eos inhabiles faciat ad pugnam.c.ex multa.§. fi. de voto. etiam ſi ageretur de recuperatione terræ ſanctæ,niſi Papa mandante,qui poteſt eos liberare ab irregularitate,cum ſit de iure poſitiuo inducta,de quo aliàs.

2.Thim.2.

Clerici & maximè Epiſcopi & religioſi tutelam nõ debent ſuſcipere niſi vrgeat neceſſitas.

Digitized by Google

Quo verò ad eorum bona, notandum, vt dicit Abb. in d. c. non minus. nu. 15. quòd quædam ſunt munera patrimonialia, vel realia, id eſt quæ ſumptibus patrimonij, & adminiſtrantis illud fiunt, vt in l. fi. ff. de mun. & hon. §. patrimoniorum, & huiuſmodi onus eſt triplex, nam quoddam eſt reale, quoddam perſonale, quoddam mixtum de vtroque; quò ad perſonalia dictum eſt ſupra, quò ad realia, tripliciter imponuntur; *Primò rei*, de eo quòd eſt faciendum de ipſa re, vt quòd equus, vel currus eccleſiæ vadat ad ſeruitium Reipublicæ, quandoque imponuntur ſuper eo quod percipitur ex ipſa re, vt quòd detur certa pars fructuum, vt in l. modios. C. de ſuſcept. & arca. lib. 10. *quandoque imponuntur ipſi rei de eo quod non percipitur ex re*, nec eſt in ipſa re, ſed omnino extra rem, vt quãdo debet quis dare pro re annuatim certam quantitatem pecuniæ. d. l. munerum. § patrimoniorum. cum ſeq. & in l. hactenus. ff. de vſufruct. ſcilicet tributum, vel vectigal, quod ſoluitur in pecunia pro rebus c. 1. in fi. de cenſib. l. placet. C. de ſacr. ſan. eccl. & hoc onus differt ab onere perſonali, quod ſoluitur, vel præſtatur pro rebus, quia ibi eſt obligata perſona, & per conſequens omnes res patrimonij. l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſci. hic verò quælibet res tenetur pro munere quod eam reſpicit. l. Imperatores. ff. de publica. quandoque mixtim imponitur onus perſonæ pro rebus, & ſic obligata eſt perſona, & per conſequens omnes res patrimonij. d. l. Imperatores. quãdoque imponuntur perſonę non habito reſpectu ad rem, & ſic dicitur capitatio, quia imponitur per capita, non habita ratione ad rem, vt in l. vnica. C. de capitatione cui, &c.

His ita diſtinctis, ſi onera ſunt merè realia. Abb. in c. fi. de vita, & hon. cler. dicit, quòd ſi quãdo talia bona per emptionem, donationem, vel aliter peruenerunt in eccleſiam, quibus imponitur onus reale, habebant tunc onus tale annexum inuariabile, & certum, vel ex publica diſpoſitione, puta principis, vel priuata, vt in c. quanto. de cenſib. eccleſia ad tale onus tenetur, vt eſt tributum, de quo in d. l. Imperatores. & cap. 1. in fi. de cenſib. Silu Gabella. num. 8. ver. 5. quia res tranſit cum onere ſuo. cap. paſtoralis. de decim. c. ex literis. de pignor. non tamen licet alicui irrumpere domos eccleſiæ ad id ius conſequendum, vt hoſpitium militum, aliter eſſet ſacrilegium, nec inde auferre aliquid violenter, niſi Prælatus id agat, vt dicit Silue. Immunitas. 1. num. 21. vt

Onera realia quando ſoluant clerici.

nec

nec licet augere tale onus clericis quod extabat quando res ad eos peruenit. Abb. in c. ex literis. de pignor. Gram. deciſ. 29. per tot. & pariter ſi res ſit feudalis eccleſiæ donata, tenetur ſoluere principi quod prius ſoluebat. Silu. Gabella. 2. nu. 10. §. 7. ſi verò patrimonium donatur clerico loco beneficij, vt ordinetur, eſt immune à ſolutione gabellæ. Couar. lib. 1. var. reſ. c. 4. nu. 4. Gom. q. 23 de infirm. reſign. & etiam eccleſia non tenetur ad onus reale rei quæ ad illam tranſit, niſi vbi viget ſtatutum, quòd res in quemcunque tranſeat ſoluat onus ordinarium, vbi enim tale ſtatutum non adeſſet, ad id onus ante etiam impoſitum non teneretur. Burſat. conſ. 16. nu. 10. lib. 1. & conſ. 42. num. 7. d. lib. cum magis communi. & idem vbi adeſt ſtatutum, quòd omnia prædia ſoluant annuatim certum quid, ſic enim, & eccleſia tenetur. Iaſ. in d. l. placet. 2. lect. C. de ſac. ſan. eccl. ſcilicet ſi poſt deueniunt ad eccleſiã, aliàs non; ſi verò non erant onerata tali onere certo, & inuariabili, licet incerto, & variabili, vt fit in impoſitionibus, quæ variabiliter imponuntur, ſic eccleſia non tenetur, vt nec de domibus, atriis, & hortis iuxta eccleſiam poſitis, & in manſu, de quo eſt dotata, quia de his nullum debet ſolui tributum, vt dicit Silu. Immun. 1. num. 19. & vbi eſſet opus reficere iter ante domum, eccleſia tenetur, vt dicit Abb. in d. cap. non minus. non debent tamen eccleſiaſtica bona grauari oneribus ſordidis; licet ante eis annexis, honeſtis verò, vt tributis ſic. Archid. & Ioan. And. in cap. 1. de immun. eccl. in 6. quãdo prius erant impoſita rebus, quæ, modo, vt ſupra, in eccleſiam trãſierunt, inuariabiliter tamen; ſimiliter eccleſia tenetur ad alia onera neceſſaria, vt purgare puteum ſimul cum aliis neceſſariam toti viciniæ, & ſimiliter ſoluere ad portam conſtruendam, vel pontem pro plauſtro, ad conſeruationem ipſius pontis. Bart. in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſ. eccl. Innoc. in d. cap. non minus. modo vt infra.

Quædam ſunt onera extraordinaria, & hæc vel pertinent ad pietatem, & tunc aut pietas, vel neceſſitas concernit vtilitatem eccleſiæ à remotis, vel per quandam conſequẽtiam, vt conſtruere pontes, muros, & vias, reparare ciuitatem, vel caſtrum, & huiuſmodi, & tunc aut facultates ſecularium ſufficiunt, & eccleſia non tenetur; aut non ſufficiunt, & ſic etiam eccleſia non tenetur; niſi ſponte velit, approbante tamen prius Epiſcopo, & clero; & ante conſulto Romano

Ee 4 Pontifi

Pontifice.d.c.non minus.& c.aduerſus.de immun.eccl. c.1. eod. in 6. *tenetur verò contribuere vbi neceſſitas concernit vtilitatem clericorũ, & laicorum ſimul*, vnde tenetur contribuere ad reparationem aggerum fluuiorum, vbi clerici habent poſſeſſiones vicinas, & ſi hoſtes inuadant agros ad euitandum incendia, & deprædationes, ſic tamen vt ſimul cum populo conueniat. Bertr. conſ.53.vol.1. Burſ. conſ. 45. lib.1.& ſi eccleſia recuſet hoc caſu, poteſt cogi per iudicem eccleſiaſticum, & in hoc caſu non eſt recurrendum ad Papam, cum id concernat priuatam vtilitatem clericorum, ſi enim reſpiceret pietatem tantum, vel publicam vtilitatem non tenetur eccleſia, niſi in defectum laicorum, & prius conſulto Papa, & de conſenſu Epiſcopi, & cleri, vt dicit Abb. in d.c.non minus.num.18.Silu.verbo, Immunitas 1.num.20.& ſi periculum eſſet in mora poſſet id fieri ſine recurſu ad Papam, vt ibi dicit Abb.& Silu. *Nec etiam tenetur eccleſia inſcribere eius bona in ærarijs laicorum*, vt dicit Abb.in d. cap. non minus.

Eccleſia non tenetur inſcribere ſua bona in ærarijs laicorũ.

Aut gabellæ ſunt quæ imponuntur, & tunc eccleſia, vel clerici non tenentur ad gabellas, quæ hodie ponuntur in vino, & ſimilibus, vt dicit Abbas in d. cap. non minus. niſi res onerata tranſiſſet in eccleſiam, quia ſic tranſit cum onere tributi Imperialis, modo, vt ſupra eſt dictum, & probat Bar. in d.l.ad inſtructiones, quod intelligitur de vino, frumento, &c.collecto ex bonis patrimonialibus, nec etiam pedagium de his eſt ſoluendum, vt dicit Abb.in c. fin. de vita, & hon.cler.*nec de patrimonio clericorum eſt ſoluendum pedagium, vel gabella*.cap.quanquam.de cenſib.in 6. clem. præſenti. eod. tit. *nec laici poſſunt ſtatuere ſuper bonis patrimonialibus clericorum*. Abb.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.num. 21.& in repet. num. 26. quia ſic indirectè transferrentur ad forum ſeculare, & eſt communis opinio, quòd clerici pro bonis etiam patrimonialibus non teneantur ad collectas. Nau.conſ.280.2. vol. num. 5. cum communi. & vbi clerici tenentur, executio eſt fienda per iudicem eccleſiaſticum, non laicos, aliàs ſi moniti non deſiſtunt, incurrunt excommunicationem Capra.reg.96.num.79.cum communi ſi verò ponitur gabella ſuper carnibus, & huiuſmodi, quod indirectè tangit clericos, quia emũt carius, ſi id faciunt ob communem vtilitatem clericorum, & laicorum, id licet eis, ſi verò ob vtilitatem laicorum principaliter, à remotis tamen, &

cleri

Digitized by Google

clericorum,quia eccleſiæ ex laicorum abundantia ditantur, aut id faciunt animo extorquendi pecunias ab eccleſiaſticis,quod alio modo non licet, & ſic id non eſt licitum, aut id faciunt non habita ratione ad clericos, quia id imponerent etiam ſi non adeſſent perſonæ eccleſiaſticæ, & ſic licet, dummodo fiant ex iuſta cauſa,moderatè,& authoritate domini temporalis.

Si verò ſint reditus eccleſiaſtici,ſic de collectis ex eis,etiã ſi illos vendunt, non eſt ſoluenda gabella.Doctor.in l. omnis.C.de epiſcop.& cleric. *nec etiam ad porta ingreſſum*, vt dicit Bart.in l.placet.C.de ſacroſan.eccl. nec etiam ſi res eccleſiæ ad alium locum transferant cauſa negotiationis, ſic enim non eſt exigendum pedagium, vel gabella. Abbas in d.cap.fin.de vita,& honeſt.cler. ſecus ſi eo caſu res negotiationis cauſa delatæ non ſint eccleſiæ, quia ſic tenentur ad gabellam, vt dicit Silu. & pariter coloni clericorum rerum eccleſiaſticarum immunes ſunt ab oneribus perſonalibus, & aliis,non tamen à gabellis, & datiis, amoto priuilegio. Burſat.conſ.25.num.12.lib.1.cum communi. ſi tamen clericus habet bona communia cum fratre, tenetur frater pro ſua rata ad collectas. Capra reg. 96. & etiam clerici tenẽtur ad collectas impoſitas rebus quæ deuenerunt ad eccleſiam poſt eius dotationem,quãdo onus eſt ſtabile,à ſtatuto præfixum.Gemi.conſ.303.Ang.conſ.19.vt & pro refectione murorum,pontium,& viæ, modo, vt ſupra, vel ſi ſit clericus coniugatus,qui gaudet tantum priuilegio fori, & canonis. c.1. de cler. coniug. in 6. & ſi res à clerico tranſit ad laicum, tenetur ad omnia onera.Ripa lib.2.de reſcript.cap.72. num. 17. remoto priuilegio. Et de his latius agitur vbi de Gabellis eſt ſermo.

Ad porta ingreſſum clericorum bona nil debentes.

Quid verò clerici, & eorum eccleſiæ debeant Epiſcopo, habetur ſupra de ſtatu Epiſc.c.3.in prin. an verò cẽſus eccleſię poſſit augeri,& huiuſmodi,docet Silu.Gabella.2.per tot.

Quintum priuilegium,quòd clerici non ligantur, vel eorum bona ſtatutis laicorum.cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. vbi Abb.in lectura,& in repetit. de conſtit. num. 20. in lect. & nu.37.& ſi ſpecificè ſtatutum diſponit de eccleſiis,vel eccleſiaſticis perſonis,aut eorum bonis,non valet etiam in fauorem ipſarum,vt ibi dicit Abb.nu.26.in repet. & ſi tale ſtatutum ſit contra libertatem eccleſiaſticam inualidum eſt, & ſic ſtatuentes incurrunt excommunicationem. c. nouimus.

Laicorum ſtatuta non ligant clericos.

Digitized by Google

de immu.eccl.c.clericis.eod.in 6.c.fi. eo. in 6. Dicitur verò eccleſiaſtica libertas *omnis exemptio eccleſiæ collata à Deo, vel hominibus, quibus libera eſt in rebus perſonis, & iuribus à quocunque grauamine poteſtas*, vt dicit Card. in cap. perpendimus.de ſent.excom.vel libertas conceſſa clericis facere quæ ſibi non prohibentur à iure cõmuni, vnde quomodocunq; id impedientes, dicuntur facere contra libertatẽ eccleſiaſticam, vt dicit Fel.in d.c.eccleſia.nu.72.& 73.ver.3.vel ſi ob id clerici efficiuntur timidiores, vel ſi tolluntur, aut dimittuntur priuilegia conceſſa à Principe, vel Papa Eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis, vt ibi dicit Dec.nu.2.3.& 4. qui idẽ ſentit nu.5. quando fit iniuria vni eccleſiæ particulari, quod ego intelligerem reſpectu priuilegiorum conceſſorum omnibus eccleſiis, vel clericis, ſecus ſi illi ſoli eccleſiæ eſſent conceſſa, vt infra dicetur, generale, vt priuilegiũ, quòd ligatum à ſacerdotibus cenſeatur à Deo ligatũ. Mat. 16. vel à Papa, de quo in c.ſi quis ſuadente.17. q.4.& ne clerici lędantur in perſona, quod eſt priuilegium generale conceſſum omnibus eccleſiaſticis, quædam conceſſa ab Imperatore, vt quòd non fiat iniuria loco ſacro, vel eccleſiæ in genere, id eſt congregationi fidelium, de quo l. 1. C. de ſacroſan. eccl. quædam ſunt data eccleſiæ ab inferioribus, quædam data, vt ſuprà à Papa toti eccleſiæ, vt de non lædendo eccleſiaſticos, quædam data alicui ordini ſpecialiter, vt in c.cùm ordinem. de reſcript. quædam perſonalia, vt quòd non lædantur, nec conueniantur coram iudice ſeculari, quædam ſunt realia, id eſt circa res eccleſiæ, de quo in cap.fi.de vita, & hon.cler. Et prædicta priuilegia, quandoq; violantur ſimplici facto, in quo non ſemper incurritur excommunicatio, quandoque ſtatuto, & tunc ſic. Non dicitur verò violari eccleſiaſtica libertas, ſi violentur priuilegia conceſſa eccleſiis particularibus, ſed ſolùm cùm violantur conceſſa eccleſiæ vniuerſali. Innoc.in c.nouerit. de ſent. excomm. vel etiam vbi læditur priuilegium eccleſiæ particularis, quando id priuilegiũ non eſt vnius eccleſiæ particularis, ſed generalis aliarum: vt in c. 1. de immun. eccl. in 6. ſecus ſi illa libertas non competit omnibus eccleſiis generaliter, ſed vni tantum, quia ſic non læditur eccleſiaſtica libertas.

Eccleſiaſtica libertas quid.

Vnde ſi communitas ſtatuat, quòd non reddatur ius alicui Prælato per ſuos iudices cõtra ipſius debitores, nõ valet, cùm id redundet in eccleſiam generalem, quia fit contra

priui

Digitized by Google

priuilegium conceſſum omnibus clericis, vt dicit Zab.in d. perpendimus. Sicut & vnus clericus vocetur coram iudice ſeculari, vel collectæ exigantur à laicis ab vna eccleſia, cùm ſint priuilegia conceſſa omnibus clericis. d. c. clericis. de immun. eccl.in 6. Et pariter violatur, ſi ſtatutum diſponat ne quis contrahat cum clericis, vel coquat eis panem, vel vadat ad eorum molendinum.c.fi.de imm.eccl.in 6. Similiter non valet ſtatutum quoddã Prati, quo diſponitur, vt nullus allegare præſumat, quòd Præpoſitus Eccleſiæ Prati non habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in loco illo, cùm id tendat contra libertatem diœceſani, qui habet iure communi intentionem ſuam fundatam, vt poſſit exercere iuriſdictionem in vniuerſam diœceſim, niſi contrarium probetur,nec ſimilitet valet ſtatutum permittens cuicunque habere regreſſum contra bona eccleſiarum, ac ſi tenerentur per laicum, etiam ſi in fine ponatur proteſtatio, quòd non intendunt lędere eccleſiaſticam libertatem,vt dicit Fel. in d.c.eccleſia.num.73.ver.primo;quòd ſtatutum,qui & dicit clericos venire in materia priuilegiatiua, ſecus in materia ſtricta,& odioſa.nu.74.cum ſeq.quòd ſi ſtatutum ponat extra protectionem communis omnes declinantes forum ſuum, ſi id intelligat etiam de clericis, eſt contra eccleſiaſticam libertatem, & in dubio non videtur id intendere, nec ad eos extenditur, vt ibi dicit Fel.num.78. vbi & ponit quinque cautelas,quibus clericus habet declinare forum ſeculare.

I. Dicendo iudici,non poſſum reſpondere coram vobis, quia c.ſi diligenti. de foro compet. punit clericum litigantem coram iudice ſeculari.

II. Non declinando forum, ſed comparendo coram Prælato proprio, & petendo vt reuocetur à foro iudicis ſecularis.

III.Vt compareat in habitu,& tonſura coram iudice ſeculari, & dicat ei, paratus coram vobis litigare, dummodo poſſim.

IIII. Vt proteſtetur,quòd non intendit conſentire in iudicem ſecularem, quia licet litiget, nullam tamen iuriſdictionem habebit iudex ſecularis.

V. Quòd iudex eccleſiaſticus petat declarari tale ſtatutum non intelligi de clericis. Felin. ibi vſque ad numer. 83. Quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd omnia prædia ciuiũ ſint

tributaria

Digitized by Google

tributaria pro collectis imponendis, tale ſtatutum non extenditur ad clericos, niſi tranſierint ad eccleſiam poſt illam legem, ſi teſtator legando dicit, vt eccleſia ad id teneatur, vel ſi onera realia ſint mixta, ad collectas enim non tenetur eccleſia, niſi iam fuiſſet pro certis annis collecta impoſita, & res illa poſt illam impoſitionem, in eccleſiam certa tranſierit, quia ſic tenetur, vt ibi dicit Fel. à num. 83. ad 87. Quòd ſi ſtatutum diſponat, vt litigantes cogantur ad cõpromiſſum, comprehenduntur etiam clerici litigantes in foro ſeculari, quod intelligitur ſi ſimpliciter diſponat: ſecus ſi vlterius procedat, mandando, vt laudum ſecutum ex tali compromiſſo habeat executionem paratam, vel quòd non poſſit à laudo appellari, quia in hoc ſtatutum non procedit in clericis litigantibus in foro ſeculari, vt nec ſtatutum, quòd contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, comprehendit clericos, cùm executio non poſſit dari à ſeculari contra illos, laudum enim eſt de præparatoriis, in quibus ſtatur foro, vbi cauſa agitur, vnde clerici poſſunt cogi compromittere, ſed non dabitur executio laudi contra illos à iudice ſeculari, vt nõ valebit tale ſtatutum ſi ſpecialiter diſponat, quòd clerici litigantes in foro ſeculari in ſpecie teneantur compromittere, quia ſic extenditur ad perſonas circa quas non habetur iuriſdictio. Et non ſolùm nõ valent ſtatuta facta contra clericos directè, ſed nec cum aliæ perſonæ, intuitu clericorum, opprimuntur, vt ſi fiant contra eorũ conſanguineos, eorum intuitu, vt dicit Dec. in d. c. eccleſia. nu. 45. & 46. Sic non valet ſtatutum laicorũ, quòd conductores bonorũ clericorum etiam certo caſu poſſint res conductas dimittere, quia laici id non poſſunt ſtatuere in præiudiciũ clericorum. Bart. in conſ. 187. vt nec ſtatutũ, quòd cõducens apothecam etiam eccleſiæ, vel clericorum, non poſſit expelli ſoluendo ſolitam penſionem, non enim valet in præiudicium clericorum. Dec. in d. c. num. 6. valet verò ſtatutum, quòd tale ius reddatur clericis in foro ſeculari, quod laicis in foro eccleſiaſtico, quia nulla inde iniuria fit clericis, ſed ſolum beneficia laicorum illis denegantur, vt ibi dicit num. 48. qui & ibi dicit, non valere ſtatutum Florentiæ, quod poſſeſſio beneficij eccleſiaſtici non poſſit capi ſine licentia dominorum, vel beneficium non poſſit impetrari ſine Principis licentia, cum ibi deficiat poteſtas etiam ſi fiat bono fine, vt ſcandalis obuietur, vt ibi dicit nu. 48. & idem pluribus probat

Digitized by Google

probat Fel.q.11.num.113.dicens eos incurrere excommunicationem,quod intelligitur,niſi Papæ cõſenſus accedat.Nec etiam ſtatutum excludens monialem à ſucceſſione, cum loquatur in ſpecie de religioſis,vt ibi dicit Dec.nu.59. & Feli. nu.88.ſi verò ſtatutum generaliter excludit fœminas (non loquens de monialibus) ſtãtibus maſculis, excluditur etiam monacha, ſi effecta eſt monacha poſt ſtatutum, ſecus ſi ante,vt ibi dicit Fel.nu. 87. & 89. ſic tamen vt monialis debeat omni caſu dotari,cùm tale ſtatutum non excludat fœminas,niſi dotatas,vt ibi dicit Felin.vſque ad num.94.id tamen quod pater offert ſimpliciter in altari, filia profitente, non computatur loco dotis, & diſpoſitio ſimpliciter loquens de virginibus maritandis,procedit etiam in profitentibus,vt ibi dicit.Quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd maſculi excludant fæminas, clericus gaudebit hoc ſtatuto cõtra fœminas,vt idem dicit nu.94.non valet etiam ſtatutum, quòd vxore ingrediente religionem maritus lucretur certam partem dotis,nec ſtatutũ laicorum inhabilitãs ſibi ſubiectos ad clericatum, valet. Quòd ſi ſtatutum laicorum non diſponit de eccleſiis,vel clericis,vel circa aliquod tangens priuilegia, vel iura ſua,ſed ſimpliciter aliquid honeſtè diſponit, an id extendatur ad clericos, vel eorum bona, ſic diſtinguitur, quòd aut ſtatutum non vtitur verbis præceptiuis, vel arctatiuis,ſed priuilegiatis, vel concedendo immunitatem in aliquo caſu,& extẽditur ad clericos ſi profertur per verba apta ex proprio ſignificatu eos comprehendere, quia ſic gaudent beneficiis laicorum,quia licet non ſupportent onera eorum temporalia,ſubeunt tamen onera ſpiritualia, vt dicit Caſtr. conſi. 296. in Chriſti. & hoc dummodo clerici vtantur ſtatuto cum ſua forma, vnde ſi ſtatuto cauetur, quòd inſtrumenta mandentur executioni, niſi ſint lapſi decem anni, debet clericus intra tale tempus agere, & poſt aget via iuris communis, & hoc procedit etiam ſi ſtatutum excluderet forenſes,cùm clerici non ſint forenſes,& ſubeant onera ſpiritualia, ſecus ſi excluderet non ſubditos, quia ſic clerici in illo ſtatuto priuilegiatiuo non comprehenderentur.

Quando laicorum leges clericos obligent, & quando non.

Secundus caſus eſt, quando conſuetudo eſt in loco inducta tam per laicos, quàm clericos, quia ſic ſtatutum tale comprehendit etiam clericos.

Tertius caſus, quando clericus agit in foro ciuili, & in præpa

Digitized by Google

præparatoriis, ac ordinatoriis iudicij,quia ſic ſtatur diſpoſitioni iudicij,quia ſic ſtatur diſpoſitioni iuris ciuilis.

Quartus caſus, quando ſtatutum, vel conſuetudo concernit ſolemnitatem adhibendam tempore contractus, vnde ſi ſtatutum requirit donationem excedentem quingentos debere inſinuari,non valet etiam ſi fiat clerico,nec pariter inſtitutio clerici in teſtamento carente ſolemnitate legis,vel ſtatuti,vt regiſtratione,& huiuſmodi,valet,nec contractus quem init cum aliquo non ſeruata ſtatuti ſolemnitate, ſi verò ſit teſtamentum ad pias cauſas ſufficit ſeruare ſolemnitatem iuriſgentium.cap.relatum. cap. cùm eſſes. de teſtam.

Quintus caſus, quando ſtatutum concernit rem,vt ſi dicit quòd res dotalis poſſit alienari, ſi enim clericus emit, non valet contractus. Et ſic eccleſia ligatur ſtatuto laicorum in quo adjicitur contractui certa forma, quæ poteſt ſine magna difficultate ſeruari, ſi enim ſine magna difficultate ſeruari non poteſt,ſecus eſt: Sic ſi ſtatutum prohibet contractum, non ligat eccleſiā ſi ex hoc ei ſit præiudicium, ſi verò nullum ſit,ſecus eſt:vt dicit Fel.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.à nu.95. ad 113. extra hos caſus eccleſia non ligatur ſtatuto laicorum. Quòd ſi ſtatutū prohibeat alienationem fieri in non ſubditum,non ligat clericos quin poſſint emere,& acquirere à laicis.cap.fi.de immu.eccl.in 6. & eſt communis opinio,teſte Feli.d.nu.113.

Fallit tamen prædicta concluſio,primò,ſi ex tali prohibitione eccleſia non pateretur notabile præiudicium, quia ſic ligatur tali ſtatuto.Card in d.c. perpēdimus. de ſent.excom.

II. Limitatur, ſi ſtatutum non prohibeat alienationem generaliter in non ſubditum,ſed certo caſu, quia ſic valeret etiam reſpectu eccleſiæ.

III. Limitatur,vt ſuſtineatur ſtatutū ſi prohibeat alienationē reſpectu certæ rei in nō ſubditū, quia ſic comprehenduntur etiā clerici,ſecus ſi generaliter,vt dicit Fel. in d.c.eccleſia.nu.114.vſq; ad 119.qui tamē dubitat de hac vltima limitatione, & bene cū ſit cōtra libertatem eccleſiæ, ſi clerici ibi nominentur. Quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd de quolibet relicto ad pias cauſas ſoluantur duo ſolidi certæ fabricæ, huiuſmodi ſtatutum nil operatur contra eccleſias quibus fiunt talia legata, etiam ſi loquatur in genere non facta mentione eccleſiarum, cùm ſit contra libertatem eccleſiæ,

licèt

Digitized by Google

licet proſit alteri eccleſiæ, ſi fiat præiudicium eccleſiæ, vt nec valet ſtatutum minuens impenſas funeris, circa cereos, pecunias, & huiuſmodi, quæ perueniunt ad religioſos, ſecus ſi minuat, quò ad veſtes lugubres, & huiuſmodi, quæ ad clericos non ſpectant, vt ibi dicit q.10.num.119. ad 123. qui etiam ibi nu.122.dicit, valere ſtatutum, quòd bona peregrinorum morientium diſpenſentur per ſyndicum communitatis, de quo tamen in fine dubitat, cum id videatur ad Epiſcopum ſpectare, & ſit locus præuentioni, & profectò ſi illa ſint bona incerta, ad Epiſcopum eorum diſtributio ſpectat. Sic non valet ſtatutum laicorum reuocãs priuilegium conceſſum eccleſiis per aliud ſuum ſtatutum merè priuilegiatiuum, vt quòd quolibet anno certæ eccleſiæ dentur cẽtum aurei, niſi Prælatus eccleſiæ committeret ingratitudinem aduerſus latores legis, & eſſemus in caſu quo delictum Prælati nocet eccleſiæ, aliàs ſecus: vt ibi dicit Felin. quæſt. 12. nu.124.& 125. Similiter non valet ſtatutum laicorum imponens pœnam conſanguineis clericorum, vel eorum colonis propter inobedientiam ipſorum, quia ſic clerici redduntur timidiores: vt ibi dicit Felin. q.13. num.126. vſque ad 129. nec in prædictis valet conſuetudo, vel ſtatutum, vbi ſit præiudicium eccleſiis, licet laici præſcriptione poſſint acquirere bona laicorum, cum præſcriptio fundetur in iure communi, ſtatutum verò in iure ſpeciali: vt ibi dicit nu.129. Quòd ſi ſtatutum præfert primogenitum in hæreditate, excluſis aliis fratribus, tale ſtatutum nocet clerico ſecundo genito, quando iniectum eſt vinculum ante clericatum, quia erat laicus, licet poſtea efficiatur clericus, vel fœmina excluſa à ſtatuto erat ius initio laica, licèt poſteà fiat monialis, quia ſic iniectum eſt vinculum à quo non eximitur per clericatum, vel monachatum, ſecus ſi tempore ſtatuti conditi eſſet clericus, quia ſic ei non nocet, vel ſi nondum tempus ſtatutum decurrit cùm eſt factus clericus, quia ſic ei non nocet: vt dicit Fel.ibi.q.15.nu. 130. & 131. Dec.in d.c.nu.51. & 52. qui dicit, prædicta non procedere in cauſis, quæ habent principium, vel fundamentum poſt clericatum, quia ſic vinculum non eſt iniectum, ſecus vbi principium eſt ante clericatum, verbi gratia, in iſto caſu, in caſu de ſecundo genito, vel moniali ſuprà explicata, exemplum, quando vinculum eſt iniectum poſt clericatum, ſi ſtatuto caueatur, quòd ſolutio debiti per teſtes probari non poſſit, ſi laicus

poſt

poſt ſolutum debitum efficiatur clericus,poterit ſolutionem teſtibus probare,quia probatio ſit poſt clericatum, & reſpectu probationis vinculum nō eſt iniectum ante clericatum, cum probatio deducatur in eſſe, cum coram iudice deducitur,vt ibi dicit Dec. Similiter ſtatutum editum contra concubinas clericorum non valet, quia ſunt de familia clericorum,licet turpiter, vel melius, quia committunt crimen eccleſiaſticum peccando cum clericis, & ideò à iudice eccleſiaſtico veniunt puniendæ.

III. In honorem clericorum ne per laicos ſcandalizentur,vt ibi dicit Anch. in con.192. & ſequitur Felin.in d.cap. eccleſia. num. 132. vbi & dicit incurrere excommunicationem iudicem laicum remittentem clericum ad eccleſiaſticum præcedentibus tubis, cum id ſit in opprobrium cleri, nec etiam valere ſtatutum diſponens, quòd percutiens clericum puniatur ſolum in quinque ſolidis, quia fauet iniuriantibus clericis, vt ibi dicit Felin. ſubdens num.133. poſſe eo caſu Epiſcopum ſtatuere cum clero, quòd clerici iniuriantes laicos non puniantur plus quàm laici clericos iniuria afficientes, dummodo talis pœna non ſit contra canones, dicens etiam clericum coniugatum incedentem in habitu,& tonſura,ſi contraxit cum vna, & virgine, potiri priuilegio fori, de quo ſupra, vt ibi dicit num.134. *Sunt verò multi caſus in quibus eccleſia, vel perſona eccleſiaſtica non comprehenduntur in verbis generalibus*,vt ibi dicit Felin.

I. Quòd ſtatutum diſponens quòd ferens granum extra ciuitatem ad molendinos, ſoluat decem ſolidos, ſi verò per certam portam ſoluat quindecim,non valet in præiudicium Epiſcopi loci, cum per illam portam iter eſſet ad ſuum molendinum.

II. Statutum ordinans, quòd debitum præſcribatur per quinquennium,non procedit contra eccleſiam.

III. Si in loco ſunt Iudæi, & ſtatuto caueatur, quòd Iudæi non teneantur reſtituere pignus ei qui non probet ſe dominum rei pignoratæ,non procedit contra clericos.

IIII. Statutum diſponens, quòd vadens de nocte ſoluat centum,non includit clericos.

V. Si ſtatutum diſponat, quòd aliqua pars gabellæ ſoluatur de alienatione,vel donatione, non ligat eccleſiam,vt ibi dicit Felin. à num.135. ad 143. Clericus enim non tenetur ſoluere gabellam pro contractu, nec pro rebus,quas defert, *niſi*

Digitized by Google

niſi ſit negotiator, quia ſic eam ſoluit in concernentibus negotiationem, vt dicit Feder.conſ.111.col.penult.

II. Fallit, quando gabella imponitur pro refectione viæ, vel pontis, ad quod etiam clerici tenentur, modo, vt ſupra.

III. Limitatur, quando clerici vtuntur beneficio ſtatuti laicorum pro quo imponitur gabella.

IIII. Si deferunt res alienas, his enim caſibus clerici tenentur ad gabellas, vt ibi dicit Feli.num.143.& 144.Dec.in d.cap.ad fin. Sic non valet ſtatutum, quòd qui vadit ad molendinum eccleſiæ, ſoluat decem communitati, vel quòd bona allibrata nō poſſint vendi eccleſiæ.Bald.in l.1.C.de ſum. Trinit. Nec etiam valet ſtatutum, quòd eccleſia, vel hoſpitale teneatur vendere tantum ſingulis annis.Bald.in authen. hoc ius.3.col.C.de ſacr.ſanct.eccl. Nec etiam ſtatutum prohibens legata ad pias cauſas. Card. in conſ. 66. Nec quòd iudex laicus poſſit iudicare ſuper decimis, nec ſuper cauſa vſuraria, nec quòd de legatis ad pias cauſas ſoluantur duo denarij pro libra. Nec, vt ſupra, quòd in funere ſit taxatus certus numerus clericorum, & cereorum, licet poſſit ſtatuere ſuper veſtes lugubres, quæ non ſpectant ad clericos: Nec etiam ſtatutum, quòd exceptio excommunicationis non poſſit opponi in foro ſeculari, vt latè probat Dec.in d. cap.num.49. quia ſpecialiter diſponunt de clericis, vel eccleſiis.

Quòd ſi verò clerici ipſi violant eccleſiaſticā libertatem: pœna eſt eadem quæ & laicis irrogatur, vt ſi clerici vnius eccleſiæ ſtatuant ne quis de ſua parochia vocet ad funus religioſos, niſi vocet totum capitulum eccleſiæ, quia poſſe diuinas laudes circa funus perſoluere, & inde recipere eleemoſynam eſt beneficium, & priuilegiū totius cleri, vt dicit Silu.Immunitas.2.nu.7.q.7. quod intelligo niſi accedat authoritas valentis id ſtatuere etiam reſpectu religioſorum, qui eſt Epiſcopus, ſi non ſunt exempti, aliàs Papa tantum.

Pœna verò violantis eccleſiaſticam immunitatem, & libertatem eſt excommunicatio ſi fiat ſtatuto. d.c. non minus. c.aduerſus de immun.eccl.c.clericis.eod.in 6.ſi verò fit ſimplici facto eſt peccatum mortale in re notabili, cum ſit contra iuſtitiam, quandoque eſt excommunicatio ferendæ ſententiæ etiam ſi fiat ſimplici facto, vt ſi quis eccleſias violat, vel ab ipſis rapit violenter, vel vſurpat bona earum poteſtate priuata. cap.nullus. cap.ſi quis deinceps.17. quæſt.4. ſi

Pœna violantis eccleſiaſticā immunitatem eſt excōmunicatio.

enim fiat authoritate publica vſurpata in vltimo caſu eſt excommunicatio latæ ſententiæ Papæ reſeruata. ex Concil. Trid.ſeſſ.25.de reform.c.12. quandoque eſt excommunicatio latæ ſentẽtiæ, vt ſi quis verberat clericos, vel manus violentas in eos injicit, vel eccleſias incendit, vel frangit loca ſacra ſurripiendo, vel occupat bona vacantium eccleſiarum, vel ius patronatus, & huiuſmodi, de quibus tr.de Iure Patr. Quin & huiuſmodi violatores eccleſiaſticæ immunitatis pœna pecuniaria mulctari poſſunt arbitrio iudicis eccleſiaſtici pro modo criminis. cap. ſi quis. 17. quæſt. 4. & pœnæ debentur perſonæ, loco, vel eccleſiæ, cui facta eſt iniuria, & facientes ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem priuantur iuriſdictione, & iudicantes ſecundùm ea ſunt ipſo iure infames, & ſententiæ cum ſecutis ſunt ipſo iure nullæ. auth. caſſa.C.de ſacr. ſanct.eccleſ. vt & ſtatuta, quæ etiam tenentur intra duos menſes eradere ex eorum libris, aliàs excommunicationem incurrunt, vt dicit Silu. Immunitas. 2. quæſt. 10.

Cætera ad idem facientia, videnda ſunt ſupra tract. de Lege, vbi de poteſtate legis humanæ eſt actum.

Sextum priuilegium clericorum eſt, vt nõ poſſint ſubjici equuleo, licet adſint inditia nõ leuia, niſi fama vrgens contra eos ſit eos perpetraſſe delictum, cuius accuſantur. Dec. in cap.at ſi clerici.num.19.de iudic.Boſſ.in pract. crim.titu. de iud.num.103.Diaz.cap.117.Clar.in pract.q.64. Cucch.tr. de priu.cler.num.36. cum ſeq.dicens, id non ſeruari tamen, & etiam per laicos ſubjici tormentis mandato iudicis eccleſiaſtici, quod ſibi durum videtur, & vix pœnam excommunicationis vitari à torquentibus, eos cum Doctores ſeculi hoc priuilegio potiantur ne tormentis ſubjici poſſint. Ripa in l. centurio. ff. de vulgar. in quo tamen Cucchus non ſe determinat ob vſum contrarium, dicens tamen mitius cum clericis agi debere, nec cõuenire vt per carnificinos laicos, vt ipſe dicit, tormentis ſubjiciantur, ſed potius per clericos, de quo etiam dubitat, cum nec iis in alios clericos manus injicere liceat. Abb. in cap.1. de ſent.excom. niſi ex cauſa rationabili fiat per clericos, per laicos enim id fieri non debet etiam cauſa diſciplinæ, etiam mandato iudicis eccleſiaſtici, aliàs vterque incurrit excommunicationem. cap. vniuerſitati. vbi Abb. de ſentent. excom. vel ſubjiciendo tormentis, vel injiciendo in carcerem, licet ibi dicat contrarium ſeruari, &

Quomodo & à quib. torqueri poſſint clerici.

ſi Præ

Digitized by Google

ſi Prælatus excedit modum in corrigendo, vel torquendo clericum, incidit excommunicationem, vt ibi dicit num.9. & etiam ipſe exequens, niſi ſit cauſa rationabilis, vt ibi habetur. Sed quia vſus in contrarium extat, Papa ſciente, & tolerante, quòd clerici mandato iudicis eccleſiaſtici per laicos capiantur, & torqueantur, ideò ſi modus non excedatur, non auderem dicere, modo eos incurrere excommunicationem: licet, vt ſupra, ſit abſtinendum, præterquam in caſibus degradationis, & huiuſmodi atrocibus, vt ibi dicit Cucch. imò nec crederem licere clerico aliquem torquere, quia ſi non adhibet debitam diligentiam, & mors inde ſequatur, efficitur irregularis. cap. presbyterum. de homicid. licet in caſu d. cap. vniuerſitati. id concedatur clerico, quia tantum verberat leuiter cauſa diſciplinæ, mandato ſuperioris, quod licet, niſi modus excedatur. d. capit. presbyterum.

Septimum priuilegium, quòd habent peculium quaſi caſtrenſe ad modum militis armatæ militiæ, & de eo poſſunt teſtari. c. quia nos. vbi Abb. Hoſt. Card. Butr. Imola, & Barbatia, & idem eſt de bonis à patre eis, intuitu clericatus donatis, vel vndecunque quæſitis. Couar. in d. cap. quia nos. nec in iis pater vſumfructum habet, vel ex clericatu, vel aliundè ſint quæſita, etiam ſi in minoribus tantum ordinibus ſit conſtitutus, modo incedat in habitu, & tonſura, vel ſit beneficiatus, & bona ſint quæſita poſt clericatum, quia in acquiſitis ante pater vſumfructum habebit. Nec eius teſtamentum ob præteritionem poteſt dici nullum, licet non poſſit filius parentes à legitima excludere. Couar. in d. cap. non poteſt tamen compendioſam ſubſtitutionem militarem facere, vel omittere ſolemnitates à iure canonico in teſtamento faciendo ſtatutas, qui & generaliter, vt ſupra, fruitur priuilegiis militum ſeculi, niſi diuerſa ſubſit ratio. Abb. in cap. 1. de cler. ægrot. Felin. in cap. ex officij de præſcript.

Octauum priuilegium eſt, quòd in iudicio cauſæ ciuilis, ſi ſeruit eccleſiæ, vel in ſacris exiſtens, non poteſt, niſi in quantum facere poteſt, condemnari. c. ſtudeat. 50. diſt. Doct. in c. Odoard. de ſolut. glo. & Bart. in l. miles. ff. de re iudic. vnde fructus beneficij in cauſam debiti eis auferri non poſſunt, niſi ipſis, aliud, vnde viuere poſſint, ſuperſit. glo. in l. ſtipendia. C. de execut. rei iudic. Cucch. de priuil. cler. num. 55.

qui nec ob æs alienum poſſunt carceri mancipari. Io. And. in cap. ſi clericus, de ſentent. excom. in 6. Abb. in d. c. Odoardus. nec excommunicari. d. cap. vbi Abb. & alij, & in c. 1. de cler. ægro, dummodo debitum fateantur, & promittant ſe cum peruenerint ad pinguiorem fortunam reſtituturos, nec etiam tenentur bonis cedere ad carcerem vitandum. Abb. in d. c. Odoardus. Fel. in c. ex officij. col. 2. de præſcript. Rota deciſ. 2. in antiq. de iureiur. Couar. pract. qq. cap. 25. idque etiam ſi eſt clericus tantum primæ tonſuræ. Neuizan. conſ. 59. verùm eſt, quòd ſi clericus habet beneficium, eius fructus adiudicari debent creditoribus, reſeruatis ei congruis alimẽtis. Aufrer. deciſ. Toloſ. 245. cum communi. & ita ſeruatur in curia Romana, etiam ſi ſit debitor ex debito priuato, & non intuitu eccleſiæ facto, & etiam Camera ſuccedens in eius ſpoliis tenetur ad omnia eius debita. Rota Rom. deciſ. 855. in antiq. clericus tamen coniugatus non deferens habitum & tonſurã poteſt pro debito carcerari. Nata conſ. 356. vol. 2. quibus tamen poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſicut & ipſi aliis eandem opponere poſſunt. Cucch. ibi num. 60.

Nonum priuilegium eſt, in ferendo teſtimonio, nam non tenentur iuramentum per contactum ſcripturæ proferre, ſed ſat eſt ſi ſacrum Euangelium coram iis propoſitum ſit, vel manum pectori, in ſignum fidei datæ, admoueant. c. fin. vbi Doct. de iuram. calum. Veſtrius lib. 6. praxis. nu. 7. præterea iidem quoque in criminalibus maiori quàm alij numero teſtium conuinci debent, nec contra eos teſtificari valent in criminali cauſa, cauſis certis exceptis, vt hæreſis, ſimoniæ, &c. qui ex aliquo ſuo vitio, vel morbo ad ordines promoueri non poſſunt. gl. & Doct. in c. de cætero. de teſtib. Couar. pract. qq. c. 18. nu. 2. c. tanta de ſim. cap. cum P. Mançonella de accuſat. qui nec poſſunt à laicis accuſari, niſi propriam, vel ſuorum iniuriam proſequãtur, vel aliquibus criminibus exceptis Doct. in d. c. de cætero, & in d. c. cum P. Manconella. & ad hoc, vt clerici potiantur priuilegio fori, ſat eſt poſſeſſio, vel quaſi clericatus, & ideo is remittendus eſt iudici eccleſiaſtico, qui tamen eum non puniet, niſi prius certior factus ſit de titulo clericali, quo non probato, iudex laicus eum puniet, dummodo illum remittendo, reſeruauerit ſibi ius eum puniendi ſi clericus non erit, ſi enim abſque tali reſeruatione eum remiſerit, tali iuri renunciaſſe videtur.

Aufrer.

Auffret.deciſ. 117.Gemin.Franch.& alij in c. ſi iudex laicus. de ſent.excomm. in 6. & ſi clericus coram iudice laico falſum deponat,non poteſt ab eo puniri, ſed eſt remittendus ad eccleſiaſticum.Imol.Fel.in c.verum.de foro compet.cum communi.

Decimum priuilegium eſt, quia poſſunt vendicare rem conceſſam ante traditionem c.ex literis.de conſuet.l.fin. C. de ſac.ſan.eccl. & eorum familia gaudet priuilegio fori. gl. in c.eos.22.diſt.in cap.clericum.1.11.q.1.& facientes ſtatuta contra clericos ſunt excommunicati. c. eos qui. de immun. eccle. in 6. & ipſi ſoli poſſunt obtinere beneficium eccleſiaſticum.c. ex literis.de tranſact. nec poſſunt conueniri per literas contra laicum impetratas cum clauſula generali. c. ſedes.vbi gl.de reſcript.nec tenentur ſportulas dare.c.cum ab omni.de vita,& hon.cler.& diſponere poſſunt de acquiſitis etiam ſub patris poteſtate.auth. presbyteros. C. de epiſc. & cler.& pro rebus ſuis recuperandis agere poſſunt ſine patris conſenſu.Archid.in c.fi.de iudi.in 6.nec vendi poſſunt à patre ob eius neceſſitatē.l.2.C.de patrib. qui filios propr. diſtr. & ſi quis ſeruus domino ſciente,ſuſcipit clericatum, liberatur à poteſtate dominica.c.ſi ſeruus.54.diſt.& poſſunt facere collegium.c.fi.de religioſ.domib.

Vndecimum priuilegium eſt,quòd eccleſia,& eius Prælati multis in cauſis,ac caſibus poteſtatem habent in laicos.Vnde Papa habet vtrumque gladium.cap. vnam. de maior. & obed.& poteſtatem regalem, ac ſacerdotalem, quod fuit figuratum per dominium Melchiſedech, *qui fuit ſimul Rex, & Sacerdos*.Gen. 21. c. denique 21. diſt. & innuit id Apoſt. Heb.7.& habetur in c.omnes. ead. diſt. & poteſtas regalis eſt excellentiori modo in Papa,quàm in Regibus aliis,quia in ipſo eſt per correctionē eorum, in eis per executionem, & adminiſtrationem, & ideò plenam habet iuriſdictionem in temporalibus, & ſpiritualibus, quia eſt dominus totius Orbis directè, vt dixi Tomo I. tract. de Rom. Pont. vel ſaltem indirectè ratione ſpiritualis ſuæ poteſtatis, poteſtatem habet diſponēdi de omnibus temporalibus rebus ſi neceſſitas ſpiritualis id expoſcat,vt dicit Bellarm. tom. I. controu.3.lib.5.c.1.4.& 6.& ita eſt maior omni alio.c. 1. 9. diſt. Anchar.in c.canonum ſtatuta.de conſtit. vt dixi ſupra tract. de ſtatu Rom.Pont.

Eccleſia quomodo vtrumque habeat gladium.

II. Laici in concernentibus pietatem ſubiecti ſunt Epi-

Digitized by Google

In quibus laici ſubdantur Epiſcopo & clero.

ſcopo,& vbi agitur de peccato.cap.1.vbi Innoc. de empt. & vend.in cap.ſignificantibus.de offic.deleg.Doct. in c. nouit. de iud.*qui & poteſt cogere laicum per excommunicationem, vt faciat eleemoſynas, & exerceat hoſpitalitatem, in maxima neceſſitate.* Sic in d.c. 1. & corrigere peccata notoria laicorum, cum ſic deprehendatur negligentia iudicis ſecularis. Doct. in d. cap. nouit. & vetare ne res vendantur vltra iuſtum pretium, & ne fraus in iis adhibeatur. Siculus in d.cap.1.

I I I. Cogere poteſt iudices laicos, vt clericis iuſtitiam miniſtrent,qui ſi tertiò requiſiti,id neglexerint, ipſo facto ſunt excommunicati.c.adminiſtratores.vbi Archid. 23. q.5. & iure ciuili officio tunc ſunt priuandi.auth. ſtatuimus. vbi Io.Fab.C.de epiſc.& cler. qui & iudici laico mãdare poteſt, vt non exequatur teſtamenta vſurariorum Bal. in l. conſulta.C.de teſtam.vel inceſtuoſi,vt ibi dicit Bald. vt & inhibere poteſt iudici laico ne procedat contra clericum etiam coram eo litigare volentem. Cæpol.conſ.10.col.1.& ne procedat in cauſa pendenti quæ vertitur coram iudice eccleſiaſtico.Sic in c. tuam. de ord. cogn. qui & poteſt interdicere locum quando officiales temporales nolunt remittere clericum detentum,vel ceſſationem apponere.cap.canonici.de offic.ord.in 6.c.ſi iudex. de ſent.excom.in 6.

I I I I. Si fuerit compromiſſum in laicum,& clericum, ſi res reducatur arbitrio boni viri,eſt adeundus Epiſcopus.Bal. Sal.in l.præcipimus.C.de appel. & idem ſi iidem ſimul ſententiam ferunt,eſt enim appellandum ad Epiſcopum. Zab. in c.ſuper.§.ſi verò.de offic.deleg.maximè ſi clericus maiorem habet adminiſtrationem.Imol.in d. §.ſi verò.& idem ſi in collegio plures ſunt clerici, vel Rector eius eſt clericus. Bar.in l.ſi.col.3.ff.de coll.illic.Doct.in c. ſi diligenti. de foro compet.Sic & Præp.in rubr. de appell. maximè ſi ſtatutum, vel conſuetudo aliud non diſponit, & idem ſi plures inquiſiti ſint,quorum vnus eſt clericus, alius laicus, vel plures: ij etiam ad eccleſiaſticum ſunt remittendi. Marian. in cap. 2. col.4.de mut.pet. & idem ſi laici & clerici executores teſtamentorum fiant, coram eccleſiaſtico ſunt conueniendi. Iaſ. in l.ſi emancipati. num. 10. de collat.& idem ſi clericus, & laicus pro aliquo fideiubeant. Bart. in l. præcipimus. de appellat.& idem ſi laici ſocij ſint criminis cum clerico,ne cauſa diuidatur. Menoch.de arbit. caſu 371. dicit tamen Couar.

c.34.

Digitized by Google

cap.34.pract.qq.id non ſeruari, ſed quemlibet tradi ſuo iudici, reductio tamen eſt ſienda coram ſuperiore arbitratoris, modo quo ſupra, & ſi Epiſcopus eſt dominus temporalis, non recognoſcens feudum à laico, erit ab eo appellandum, aliàs non. Bald. in addit. ad Specul. de appell. colum. 30.

V. Ratione iuramenti eccleſiaſticus iudex cognoſcit inter laicos.c.cum.c.laicus.de foro compet.in 6.Doct. in cap. cum ſit.de foro compe.etiam ſi præſtitum ſit à defuncto, & etiam vbi quis eſt dicturus contractum vſurarium, petit relaxationem iuramenti.gl.in c.parochianos. de ſent.excom. niſi ſit remiſſum per partem,quia ſic ceſſat iuriſdictio eccleſiaſtici ratione iuramenti.gl.in c.cum plures. de offic.deleg. in 6. ſic eccleſiaſticus cognoſcit etiam de cauſa dotis inter laicos.Zab. Imol. in c. ex literis. de pign. etiam ſi à laico ſit viro promiſſa. Ang. Dos. §. 21. vel ſi vir eam petit ab vxore ob adulterium.Sic.in c.cum ſit. de foro compet. Bald. Nou. tract.de dotib.9.p.ſpeciali. 16. maximè ſi vidua illam petat, vel dos ſit acceſſoria ad matrimonium.Anch.conſ.21. nu.1. ſecus ſi repetatur à patre mulieris,quia ſic agitur coram laico.Sic eccleſia ſe immiſcet de notorio crimine laici non ſolum vt pœniteat,ſed & vt ſatisfaciat.Sic.in c.fin.de ſep. in c. nouit. de iud.cum ſic deprehendatur negligentia ſecularis, & ſimiliter eccleſiaſticus procedit cõtra laicos blaſphemantes.c.2.de Maled.& Sodomitas, cum ſit mixti fori in laicos. Sicu.Ana.in c.clerici.de exceſſ. cler. & contra violatores pacis. Sicu.in c.cum ſit.de foro compet.dicit tamen Inno. in c. inquiſitioni.de ſent.excom.ꝙ laicus nõ tenetur obedire Papæ præcipienti aliquid ſine cauſa præiudicans valdè bonis temporalibus, eccleſia etiã poteſt cogere laicos ad treugam ineundam.Fel.in rubr.de treug.7.fall. & cognoſcit inter laicos de cauſis matrimonialibus,& ſpiritualibus, & eis annexis.c.quanto.de iud.& miſerabilium perſonarum, maximè data negligentia ſecularis iudicis.c ſignificãtibus.vbi Doct. de offi.deleg.vt ſunt,pupilli,viduæ,orphani,peregrini,puellæ nobiles,pauperes,mercatores,grauati pedagiis, infantes expoſiti, eccleſiæ ſeruientes,publicè pœnitentes, ſenes decrepiti,cæci,infirmi,incarcerati, neophiti, & vbi eſt maior ratio. Menoch. de arbit. caſu 661. & de criminibus per ius canonicum inductis,vt ſimoniæ. Domin.in c. 2.de exceſſ.in 6. vbi maximè laicus eſt negligens.gl.in d.cap.& de fide,&

Digitized by Google

articulis eius.c.excommunicamus. 1. de hæret. & de criminibus mixti fori.Domin.in d.c.1.& contra laicos qui manus violentas in clericos injiciunt,qui ſunt excommunicati.c. ſi quis.17. q. 4. & contra inobedientes ſententiæ delegati.cap. quærenti.de offic. deleg. & contra habentes literas apoſtolicas falſas,vel ſi iis vtuntur, vel eas recipiunt Romæ aliter quàm de manu Papæ,vel eius officialium, qui ſunt excommunicati.c.dura.c.ad falſariorum.de crim.falſi. & contra incendiarios eccleſiarum,vel aliorum.c.peſſimam.23.q. 8. qui vt ſunt excommunicati.& denunciati,per ſolum Papam abſoluuntur, & contra effractores eccleſiarum cum ſpoliatione,qui denunciati à ſolo Papa abſoluuntur. c. conqueſti. de ſent.excom. Incendiarij enim prædicti eccleſiarum ſunt excommunicati ipſo iure,alij veniunt excommunicandi.c.tua nos.eod.& contra Principes,& eorum officiales,& alios qui recipiunt pro Papa eum qui eſt electus à paucioribus,quàm duabus partibus Cardinalium,qui ſunt excommunicati; vt & ſi ſpoliatio fiat cum effractione,aliàs non; & generaliter in omnibus caſibus Papa laicos excommunicat, quos latè explico in tract. de Excomm. & ponit Nau. in Man. & vbicunque, vt ſupra, agitur de peccato. Doctor.in cap. nouit. de iudic.

VI. Poteſt iudex eccleſiaſticus mandare iudici laico, ne exequatur teſtamentum laici inceſtuoſi.Bal.in l.conſulta.C. de teſtam.& ſi clericus ſpoliatur bonis à laico, poteſt eum conuenire coram Epiſcopo ratione ſacrilegij.Sic in c.qualiter.de iudic.Innoc.in c.cæterum.eod. & poteſt iudex eccleſiaſticus habere officiales armatos.Mod.in c.ſignificaſti. de offic.deleg. & eos punire etiam laicos ſi delinquant in officio.arg.l.ſi quis.§.ſi quos.ff.de pœn.c.cum parati. de appell. & cogere poteſt iudicem ſecularem per excommunicationem ad dandum ſibi auxilium,& familiam ſuam, licet non fiat ei fides de proceſſu.Innoc.Butr.Sic.in c.1.de offic.ord. & è conuerſo eccleſiæ debet excommunicare ſubditos rebelles Principi. Innoc. in c. licet. de foro compet. & eccleſiaſticus iudex poteſt cogere laicos hæredes ad ſatisfaciendum pro anima defuncti.c.à nobis.2.de ſent.excom. modo dederit ſigna contritionis.Sicu.ibi. qui & cogere poteſt laicos ad obſeruandas laudabiles conſuetudines eccleſiæ fauorabiles. c.ad apoſtolicam.de ſimo. modo initium habuerint à libera voluntate eorum, & non ab exactione ſacerdotum. Abb.

Ana.

Digitized by Google

Ana.in d. c. qui & poteſt procedere contra laicos, quando eius iuriſdictio prorogatur à laicis.Felin.in c. ſignificaſti. de foro compet.Iaſ.in l.1. §. & poſt. ff. de noui op. nunc. qui & poteſt creare notarios in ſpiritualibus, in pertinentibus ad eum ſi ſit Prælatus.Abb. in c.cum P. de fide inſtrum. qui & poteſt bellum gerere de Papæ mandato ſine metu irregularitatis, licet mors inde ſequatur.Cald.in c.petitio.de homic. & ſubditus Imperatoris poteſt conuenire ipſum coram Papa.Abb.in c.1.de præb.Hoſt.in c.nouit.de iud.& idem quãdo Princeps non recognoſcit ſuperiorem: licet enim iudicare poſſit in cauſa propria, quando agit contra ſubditum. Bart. in l.1.C.ne quis in ſua cauſa. Abb. in c. cum veniſſent. de iudi. ſecus tamen eſt quando ſubditus agit contra talem Principem: ſic enim eum conuenit coram Papa, vt ibi dicit Abb. & hoc, modo cauſa ſit ardua, aliàs non, & tunc à Principe tali appellari poteſt ad Papam.Butr. Abb. in c. per venerabilem. qui filij ſint leg.Innoc.in c.cum te.de re iudic. Sic eccleſia cogit per cenſuras iudices ſeculares, vt repellant excommunicatos ab agendo, & teſtificando in ſuis curiis.cap.decernimus. de iudic. & eccleſiaſticus cognoſcit an excommunicatio teneat, vel non.Anchar. in cap. pia. de ex cap.in 6.& eccleſiaſticus cogit etiam iudicem ſecularem ne cogat clericum ad ſoluendum etiam debita liquida.cap.2.de foro compet. in 6. qui eccleſiaſticus cogit iudicem loci ſecularem ad ſeruãdum ius canonicum, quod ad prouiſionem animarum eſt ſtatutum.c.licet.de iureiur.in 6. & ad admittendum exceptionem rei iudicatæ per eccleſiaſticum.cap.2. de exc.in 6. quando ad eum pertinuit cognitio de iure, vel conſuetudine.d.c.ſic eccleſia cognoſcit inter laicos, vbi habet temporale dominium.cap. fin. ne cler. vel mon.in 6. & idem ſi delegetur per laicos, etiam in cauſa criminali, modo non procedatur ad ſanguinis effuſionem. c. in Archiepiſcopatu.de raptor.auth.ſi quis.C.de epiſc.aud. & per reconuentionem.c.cuius.3.q.8.auth.& conſequenter.C. de ſenten. & per præoccupationem in criminibus mixtis.c.2.de exc. in 6. vbi Gem.& idem ſi laici ſint, vt ſupra, de familia eccleſiæ. Io. And.in d.c.2.& vbi laicus eſt negligens.c. ex tranſmiſſa. c.licet.de foro compet.& contra inobedientes ſententiæ delegati, vt ſupra.c. quærenti. de offic. deleg. qui & cognoſcit de arris datis pro matrimonio. Feder. de Sen. conſ. 160. & Epiſcopus poteſt eſſe delegatus Principis.Abb.in c.inter di-

 lectos.

Digitized by Google

lectos. de fide inſtru. qui tamē debet abſtinere, niſi res concernat animam. Abb.& Ana.in c.in Archiepiſcopatu de rapt. qui & poteſt eſſe procurator laici in vna cauſa non in pluribus, & quilibet clericus. Abb.in c. per venerabilem. qui filij ſint leg.& poteſt eſſe de conſilio Regis. Feli.in c.licet.de foro compet. & adminiſtrare bona Principis, qui tamen non poteſt ab eo carcerari. Doct. in c. dilectus. de appel. niſi ſit ſuſpectus de fuga, vt conſignetur iudici eccleſiaſtico. Inno. in c.vt famæ.de ſent.excom. qui & poteſt auxilium præbere dominis temporalibus pro conſeruatione Reipublicæ, maximè inſtante magna neceſſitàte. Abb.in cap.non eſt de voto. modo vt ſuprà; qui & ratione iuramenti cognoſcere poteſt de prauitàte contractus. Bald.in l. ordinarij.C. de rei vend.& ſi iudex ſecularis eſt ſuſpectus, poteſt adiri Epiſcopus.glo.in ſumma.11. q. 1. & ei datur adiunctus Epiſcopus. l.apertiſſimi. C.de iudic.cum auth. ſi verò. eod.& cognoſcit de conuenticulis laicorum.c.conuenticulas. vbi Bald.de pace iuram.fir.& excommunicare poteſt Principem ſuæ diœceſis.gl.in c.omnes. de maior. & obed.c.dilecto.de ſent. excom.in 6.& eum iudicare.c.Imperator. 96. diſt.c.ſacerdotibus.11.q.1.modo quo ſuprà;qui & exequitur ſententiam latam per iudicem laicum contra clericum reconuentum ad literas iudicis làici.Imol.in c.poſtulaſti.de foro compet. qui & eſt iudex, vt ſuprà, reductionis à laudo lato per clericum & laicum. Bart. Bal.in l. præcipimus. C.de appel. maximè ſi laudum eſt iuratum,vel ſit de matrimonio, vel re ſpirituali, vel re nutriente peccatum. Butr.in c.quintauallis.de iureiur. c.nouit. de iudic. vel ſi pro parte eccleſiæ petatur reductio. c.cùm ſit.de foro compet. & ſi clericus laico ſuccedit, debet coram eccleſiaſtico conueniri.Bal.in l.2.C.vt in poſſ. leg.niſi, vt ſuprà, iam cœpta eſſet lis aliqua coram laico à teſtatore, ſic clericus minor reſtituitur in integrum contra laicum coram iudice eccleſiaſtico,etiam in bonis patrimonialibus. Butr. in c.conſtitutus.de in integ. reſtit. Feli. in d.cap. cùm ſit.2.col.de foro compet.& idem ſi eccleſia petat ſic reſtitutionem. Feli. in d. c. conſtitutus. & ſi laicus, & clericus,vt ſuprà, ſunt conrei debendi, debent coram Epiſcopo conueniri.Bart.in l.iuriſperitis.§.cum oriundus. ff.de excuſ. tut. Sic & laici ratione cuiuſcunque peccati, vt ſuprà, poſſunt in foro eccleſiaſtico conueniri. c.nouit.vbi gl.& Doct. de iudic. qui & declarant quomodo id intelligatur; & di-
ctum

Digitized by Google

ctum eſt ſuprà;is etiam cogere poteſt iudicem laicum negligentem facere iuſtitiam, vt id agat gl. in cap. Iudæi. 2. de Iudæis. & in aliquibus caſibus concurrit cum laico in cauſæ cognitione. auth. ſi verò. C. de iud. vt ſuprà eſt dictum; & ſi non poteſt fieri iſte concurſus, erit adeundus eccleſiaſticus, vt dignior. cap. quanto. de iud. Bald. in l. præcipimus. C. de appel. ſic Papa habet iuriſdictionem in laicos omnes, quò ad decidenda dubia legiſtarum, de quibus variæ ſunt opiniones. But. in cap. ſuper. col. 3. num. 4. de reſcript. & poteſt deponere laicum à ſua dignitate, & officio, ſi non vult obedire in his in quibus eſt ſubditus iudici eccleſiaſtico. c. Adrianus. 63. diſt. Gem. in cap. vt officium. §. ſtatuimus de hæret. in 6. qui & poteſt abſoluere laicos vaſſallos à ſubiectione Principis temporalis ratione iuramenti præſtiti. c. grauem. de exceſſ. prælat. nec quis poteſt excipere eum nõ eſſe ſuum iudicem competentem, ſed vbi Papa id non ſolet agere, poteſt dici Papam non habere in eum exercitium iuriſdictionis. Milus. verbo, Iuriſdictio. §. iuriſdictionis prorogatio, dicens; ſic in Rota ſeruari. Idem etiam Papa ex cauſa poteſt abſoluere aliquem ab obligatione quæſita laico, qui ei non ſubeſt temporaliter, ſi talis obligatio ſurgit tantum ex fidei præſtatione. c. quanto. de iureiur. ſecus ſi ex cõtractu licito, vel aliundè licitè, cùm id ſit de iure gentium. clem. paſtoralis. de re iudic. Innoc. in c. quæ in eccleſiarum. de cõſtit. Doct. in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. ſi clericus conuenire poteſt laicum coram eccleſiaſtico in re eccleſiæ nunciando nouum opus, cùm id ſit quodammodo ſacrilegium. Abb. in cap. ſignificantibus. de noui oper. nunc. ſic laicus contra laicum in concernentibus forum eccleſiaſticum, vel mixtum, agere poteſt conditione. l. diffamari. C. de ing. & man. vt dicit Innoc. Abb. & Fel. in c. conquerente. de offi. ord. ſic laicus pro damno ſibi dato recurrere poteſt ad eccleſiaſticum, vt generaliter excommunicet eos qui ſibi damnum dedere, licet probari non poſſit quis damnum dederit, idque per modum edicti monitione generali. cap. 2. de offic. ord. Abb. in cap. tam literis. de teſtibus. c. propoſuit. de cler. excom. Rota deciſ. 449. vel 444. deciſ. 19. de dolo, & contu. in nou. & tale edictum ligat ſcientem, & contumacem delinquentem. Sylua nupt. verò lib. 3. num. 28. id limitat ſeptem modis. Similiter vbi lis diu durauit inter aliquos, & ſit valdè intricata, eccleſiaſticus cogere poteſt partes inire concor

Digitized by Google

concordiam, licèt cauſa ſit ciuilis.cap.placuit.90.diſt. Ant.& Imol.in cap.1.de mut.petit Fel.in rubr.de treuga,& pace; & peccat mortaliter Prælatus non redigens ciues ad concordiam pro poſſe. c.1,vbi Abb.in 2.notab. de treuga , & pace. in c.1 de offic.ordin.& vbi crimen eſt mixti fori,poteſt eccleſiaſticus , abſolutione , vel punitione laici non obſtante, talem laicum punire.Bald.in l.placet.C. de ſac.ſan.eccl. idq; in cauſa ciuili non criminali, modo quo dicit Abb. in c.tuæ. de procur. col.;fi. Sic clericus poteſt agere contra laicum conditione. c. reintegranda.Cald.in cap. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpol.Abb.in c.cùm ſit.col.6. de foro compet.& interdicto vti poſſidetis.Abb.d.c 6.col.ob violentiam quæ ibi fit. Sic eccleſia iudicat in fraude facta in bonis eccleſiæ , vt ſi Prælatus emit fundum de bonis eccleſiæ nomine laici eius conſanguinei.Innoc.Abb.Fel.in c.cùm ſit. de foro cõpet. & tales excommunicantur.c.quicunque.12. q 2.& generaliter vbi eccleſia poteſt excommunicare laicum Abb.& Fel.cum excommunicatione non ſit maior pœna : Sic Epiſcopus poteſt inquirere de omni crimine contra laicos reſpectu pœnitentiæ imponendæ.Io.And.in c.ad noſtrã.2.de iureiur. & ad euitationem peccati.Gem.in c.2.in fi.col. 1. de conſtit. in 6.Sic,vt ſupra , Papa ſuccedit in cognitione in principatu vacante non recognoſcente ſuperiorem. Ioannes X X I I. in extrau.ſi fratrum.Felin.in cap.licet. de foro compet.col. 1.pari modo emphiteota cogi poteſt per eccleſiaſticum iudicem ad reficiendum rem emphyteoticariam. §.ſcire.auth. de non alie.Bar.in auth.ſi rem.C.de ſac.ſan.eccl. ſic eccleſia cogit dominos temporales adminiſtrari ſinendum damnatis ad mortem,ſacramentum pœnitentiæ , & Euchariſtiæ ſi petierunt.clem.1.vbi glo.de pœnit.& remiſſ. c.quæſitum.13. q.2.Couar.var.reſol.c.1.nu.11. Clar.q.pen.num. 3 . ſic eccleſia punire poteſt laicum qui reuelat peccatum ſibi detectum in confeſſione in articulo neceſſitatis.Abb.in c.omnis.col.fi.de pœnit.Similiter eccleſia cogere poteſt iudicem laicum,vt liberet laicum quem in carceribus iniuſtè detinet. Hoſt.Io. And.in c. expoſita.de arbit.& emancipatio clerici poteſt fieri coram eccleſiaſtico etiam Dom.in c. ſi annum. §. ſi verò. de iudic.in 6.

Sunt & alij caſus in quibus eccleſia habet iuriſdictionem in laicos,de quibus dixi tract.de Epiſc.cap.3.

Vbi verò eccleſia habet iuriſdictionem in laicos,id agere

poteſt

Digitized by Google

poteſt per excommunicationem, & interdictum, & etiam per pœnas pecuniarias. Abb. in c. licèt. c. ad aures. de reſcript. c. ſtatuimus. 16. q. 1. ſi crimen eſt eccleſiaſticum. Abb. in cap. in quibuſdam. de pœnis; & etiam eum carcerare poteſt in cauſa hæreſis. c. vt commiſſis. de hæret. in 6. clem. 1. eod. & in ſortilegio. gl. in c. contra. 26. q. 5. & ſacrilegio. cap. attendendum. 17. q. 4. & ſtupro. c. 2. de adult. & in crimine eccleſiaſtico. Gem. in cap. cùm Epiſcopus. de offic. ord. in 6. quo caſu quandoque eccleſia confiſcat bona laicis, & quandoque priuat eos honoribus, officiis, & dignitatibus. c. Adrianus. 2. diſt. 43. cap. præceptum. 32. q. 5. Doct. in c. nouit. de iudi. in c. cùm ſit. de foro compet. etiam quòd ei temporaliter nō ſint ſubiecti in criminibus eccleſiaſticis, & quod dicitur de pœna pecuniaria, procedit quando eam imponit pro mulcta ſi illa magis timetur, Doct. in cap. 1. de homic. in 6. non tamen diffiniendo, ſi ſtatutum imponit pœnam delinquenti, cum delicta pecunia redimi non debeant. cap. pauper. 11. q. 3. Io. And. Hoſt. in c. fi. de conſtit. ſi verò ſtatutum dici, quòd vltra pœnam iuris, imponere poſſit pecuniariam, id licet. clem. ne Romani. de elect. ſi verò non adſit ſtatutum, vel conſuetudo exigendi talem pœnam, ſi vult exigere pœnam pro delicto extraiudicialiter procedendo, & non poteſt, ſi verò iudicialiter procedendo, ſi certa pœna non eſt impoſita delicto, poteſt pecuniariam imponere ſi magis timetur. cap. licet. de pœnis.

Duodecimum priuilegium clericorum eſt, quòd adhuc multis decorantur priuilegiis, ſoli enim poſſunt obtinere beneficium. c. ex literis de tranſact. nec poſſunt coueniri per literas generales impetratas cum clauſula generali. gl. in c. ſedes. de reſcript. nec tenentur dare ſportulas. c. cùm ab omni. de vita, & hon. cler. & diſponunt de quæſitis, etiam ſub poteſtate patris. auth. presbyteros. C. de epiſc. & cler. Franch. in c. indecorum. de ætate, & qual. & agere poſſunt ſine conſenſu patris pro ſuis recuperandis. Arch. in c. fi. de iud. in 6. nec vendi poſſunt à patre pro neceſſitate. Franch. in d. cap. indecorum; & ſi quis clericus fiat, domino ſciente, fit liber. c. ſi ſeruus. 54. diſt. qui & poſſunt collegium facere. c. fi. de relig. dom. qui nec exhæredari poſſunt ſi poſt commiſſam cauſam ingratitudinis fiant clerici, nec filius Iudæi factus Chriſtianus; qui & in cauſis beneficij ſtant in iudicio ſine conſenſu patris, nec veniunt puniendi ob ſtatutum loquens *Priuilegiorū clericalium breuis enumeratio.*

genera

generaliter de malefactoribus,aut capiendi, vt nec ligantur ſtatutis laicorum, niſi modo, vt ſuprà, in præparatoriis iudicij,&c. vt & pœna criminis læſæ maieſtatis,commiſſo delicto à patre,non extenditur ad clericos,nec l.quiſquis. C.ad legem Iul. maieſt. comprehendit filios clericos, & clericus poteſt ſcribere teſtamentum in quo pater ſit inſtitutus, licet alij filij non poſſint; & filij clerici etiam ex aduentitiis ſibi non patri quærunt,& filius ſpurius per ingreſſum religionis purgat infamiam,& frater religioſus admittitur ad teſtimonium pro fratre, & ordinatio clericalis tollit omnem infamiam,nec clericus poteſt torqueri,niſi modo,vt ſuprà, & ſi filiæ mille legentur ſi nupſerit, & ducentum ſi fiat monialis, facta tamen talis habebit mille, modo vt dicetur tract. de Regul. & vt pater alienat bona ſubiecta fideicommiſſo pro filia nuptui tradenda,ſic pro eius ingreſſu ad monaſterium: & clerici dicuntur Dij c.cùm.de hæret.& maiores Principe. cap.ſolitæ.de maior. & obed. & ſi laicus habet ius commune cum clerico,non præſcribit niſi ſpatio quadraginta, vel centum annorum, & ſi in collegio ſunt clerici, & laici,Rector eſſe debet clericus non laicus, & ſi clericus & laicus ſimul hæredes fiunt,vt aditur iudex eccleſiaſticus,ita Hippol. de fideiuſſ.nu.116.

Et in ſumma maxima ſemper reuerentia à Chriſtianis Principibus ſacerdotibus præſtita eſt,cùm polleant poteſtate,qua nec Angelus,nec alia creatura potitur, vt dicit Chryſ. de dignit.ſacerd.c.4. vt quibus ſolis datum eſt Domini corpus conſecrare, & peccata ſoluere.Matth.16.& 18.

Vnde Conſtantinus Imperator Beato Sylueſtro, & eius ſucceſſoribus tradidit Palatiũ ſui Imperij,& diadema, phrigium, ſuperhumerale, clamydem purpuream,& omnia imperialia indumenta,imperialia ſceptra,& omnem poſſeſſionem imperialis culminis, de quibus in cap. 14. diſt. 96. & refert Balſamon.tit.8. c.1. & ſacerdotes etiam Conſtantinus honore, pecunia, & muneribus honeſtauit, vt dicit Euſeb. lib.1.c.8. & lib.10. c.8. & de vita Conſtant. lib. 1.cap. 31. & eos ſecum ſemper habuit, idem Euſeb. lib.4.cap.16. de vita Conſtant.& eorum peccata occultare ſe velle teſtatur,vt dicit Theodor. lib.1. c.11. & habetur in c.8.diſt.96. & ideò libellus contra Epiſcopos conſcriptos in ignem proiecit. Sozom.lib.1.c.16.Pompon. Lætus in compen.hiſt.Rom.& Arcadius,& Honorius priuilegia eccleſiis conceſſa confirmarunt

runt. l. 29. Theodoſ. C. de epiſ. & cler. & Athalaricus Rex Gothorum cauſas ſui cleri Romano Pontifici reſeruauit:vt dicit Caſſiod.lib.8.ep.44. & alij multi. Vnde & Imperatores perſonas eccleſiaſticas honorificis titulis appellare conſueuere.Iuſtinianus enim in l 7. C. de ſumm. Trin. Papam ſanctum appellat, & Honorius, ac Arcadius Patriarcham Conſtantinopolitanum Reuerendiſſimum vocant.l.6.C. de ſac.ſan.eccl.& Martianus in l.25.C. de epiſc. & cler. Archiepiſcopum ſanctiſſimum,Reuerendiſſimum, & religioſiſſimum vocat,& beatiſſimum,& Iuſtin.in l.29. & 41. C. eod. Presbyteros omnes reuerendiſſimos vocat, & etiam beatiſſimos, & religioſiſſimos.Nouell. 3. 5.123. & 131. & alij de quibus Germ.de ſacrorum immun.lib.2.cap. 10. qui & aliis priuilegiis gaudent,de quibus Germ.d.lib.2.c.15.& 17.cum eorum bonis.d.cap.17.& lib 3.per tot.

Amittunt autem clerici priuilegia prædicta in pluribus caſibus. Primò enim clerici in minoribus ordinibus conſtituti, beneficio eccleſiaſtico carentes, ſi non deferunt habitum clericalem,nullo probabiliter priuilegio clericali potiuntur,etiam ſi moniti non fuerint,ex Concil.Trid.ſeſſ.23. cap.6. & ſic vſus recepit, teſte Cucch. d. tract. cap. 66. licet alij contrarium ſentiant, cum ſic deſerant propoſitum vitæ clericalis. 6 *Clericorum priuilegia quãdo amittantur.*

II. Clerici coniugati, licet vnicam & virginem acceperint,ſi non incedunt in habitu, & tonſura, etiam ante monitionem omni priuilegio clericali priuantur. Couar. pract. qq.cap.32.Clar. quæſt.36. defuncta tamen vxore, vnica, & virgine,omnia priuilegia obtinent,quæ clerico competunt. Couar.c.31.nu.7.Abb.in c.clericus.2.de vita, & hon.cler. ſi in habitu,& tonſura incedãt, & ſi deferat habitũ cõiugatus, potitur priuilegio fori eccleſiaſtici.Couar.pract.qq c.32.nu. 7.dummodo abſtineat à negotiationibus,& armis. Clar.lib. 5.§.fi q.36.qui & beneficium ſimplex habere poteſt in ſtipendium,non in titulum,ob vtilitatem eccleſiæ, & eius ſeruitia,& in titulum id habere poteſt,vt & curata ex Papę diſpenſatione.Capra reg.97.nu.34.Doct.in c.1.de cler.coniug. Florian.in c.Ioannes.eod. Qui etiã ſi non ſolebant induere veſtes clericales,& eis aſſumptis, mox delictum patrarint, priuilegio fori potientur, niſi certum ſit id factum eſſe, vt iudicis ſecularis iudicium vitarent. Io. And.in c.Ioannes de cler.cõiug.Couar.d.c.31.& Clar.d.q.36.Econuerſo verò vbi conſue

conſueuiſſent veſtibus clericatus vti, licet tempore patrati criminis eas abieciſſent, non erunt à iudice ſeculari, ſi in veſtibus ſacerdotalibus inueniantur puniendi, ſed ad ſuum iudicem eccleſiaſticum remittendi, niſi dolo eas abieciſſe probetur, vt iudicis ſecularis manus effugiant, modo vt ſupra. Clar. loco cit. Capella Toloſ. deciſ. 104. & 144. ſi verò fuerit alius clericus non coniugatus, ſat eſt, vt deferat habitum clericalem, vt priuilegio clericali potiatur, in cõiugato enim ſolo vtrumque neceſſariò requiritur. cap. 1. de cler. coniug. in 6. Zab. in cap. perpendimus. de ſentent. excom. Quod verò dicitur de habitu clericorum, ſat eſt ad vtendum priuilegio talis quo eum deferens cognoſcatur eſſe clericus, & à populo diſtinctus, cum certus color, vel forma veſtium clericalium iure non ſit diffinitus, tametſi quidam color, rubeus ſcilicet & modus eis prohibeatur, quòd tendit ad incurrendum peccatum, vel pœnam ſuſpenſionis, non autem quòd ob id priuilegium clericale amittant, de quibus veſtibus. c. ſeq. habetur; ita Cucch. d. tract. num. 71. vſque ad 77. poſt Abb. in cap. tranſmiſſam. de elect. glo. in clem. 2. de elect. & ibi Doct. in cap. 1. de vita, & hon. cler. in cap. pen. eod. Clar. quæſt. 36. Quòd ſi ſit clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, qui habitum clericalem non defert, injiciens in eum manus non incurrit excommunicationem, ſi id ignoret. glo. in clem. 1. de vita, & hon. cler. Abb. in cap. fin. eod. tit. de vita, & honeſt. cler. Felin. in cap. exhibita. num. 5. de iud. priuilegium tamen fori ſtatim non amittet, ſed erit apud iudicem eccleſiaſticum conueniendus, ſi conſtet eum clericum eſſe, licet habitu dimiſſo, enormitatibus ſe immiſceat, & laicum ſe eſſe mentitus ſit, niſi à proprio Prælato ter monitus fuerit, vt habitũ reaſſumeret, & à facinoribus abſtineret. Doct. in cap. cum non ab homine. in cap. at ſi clerici. de iudic. cap. perpendimus. vbi Butr. Io. And. & Card. de iud. Soc. conſ. 12. lib. 1. Marſil. ſing. 338. Fulgoſ. 154.

II. Clericus in minoribus exiſtens, non deferens habitum, & tonſuram, qui enormitatibus ſe immiſcet, & ea frequentat, ac in iis deprehenditur, omnia priuilegia clericalia amittit. Innoc. in cap. 1. de apoſt. Capra. reg. 94. nu. 11. & 15. cum communi; ſi tamen is ante non incedebat in habitu, ſi poſt crimen incedat in habitu, non amittit priuilegium fori, Alexand. conſ. 8. col. 1. vol. 5. dummodo in fraudem non fecerit. Clar. d. lib. 5. quæſt. 36. modo vt ſupra; & idem ſi non

deferat

deſerat tonſuram,& poſtea deferat,niſi quis excuſetur, quia careat capillis,ſi verò defert habitum, & tonſurã, non amittit priuilegium fori quantumcunque grauia crimina committat.Clar.d.§.fin.q.36. & clericus dimittens habitum ſi eſt beneficiatus,dicitur apoſtata, aliàs non. Clar. d.§.fin.q.78. & clericus coniugatus mortua vxore, quæ virgo fuit, recuperat omnia priuilegia clericorum. Clar. d. q. 36. vt verò in maioribus exiſtens priuilegium fori amittat, oportet præter ſupradicta,vt ita præceptis contumax ſit,vt monitus nullam ſpem emẽdationis præ ſe ferat,Abb.in cap.1.de apoſt. Ioan. Lup. de lib. eccleſ. quæſt. 3. imò nec tunc priuilegium fori amittit,niſi depoſitus à veſtigio clericali fuerit, & degradatus,etiam ſi habitum dimiſerit; Abb.in d.cap.1. c. cum non ab homine.cap.at ſi clerici,de iudic.Io.Lup.d.quæſt.3.Fel.in cap.ex parte; de accuſat. cum actualiter ab ordinibus depoſitus priuilegium canonis, & fori amittat, verbaliter verò depoſitus vtrumque retineat; Innoc.in c.qualiter,& quãdo, 2.de accuſat.Borgaſ.tract.de Irreg.p.6.ver.de ſentent.depoſ. num.6. & ſic vſus interpretatur, niſi caſibus quibuſdam exceptis,quibus à iure habetur pro actualiter depoſito,de quibus infra cap.ſeq.vel niſi tertio monitus ab Epiſcopo,vt habitum deferat, & abſtineat ab enormitatibus id contemnit, & in iis deprehenditur; Alex. conſ.8. col.pen.& fin.libro 1. Cucch.d.tract.num.80.cum ſeq.

III. Clericus in minoribus conſtitutus priuilegium fori amittit, ſi ad ſecundas nuptias tranſit, vel corruptam ducit, vel militiæ ſeculari adſcriptus ſæua exercet, quibus caſibus non requiritur monitio Epiſcopi, licet monitio requiratur, cum ob mercimonia, & negotiationes, tabernariam, carnificinam, vel macellariam artem priuilegio ij priuandi ſunt, vel quia iocis, vel ſcurrilibus ob quæſtũ turpiter indulgent. cap.1.de vita,& hon.cl. clem.1.eod. Innoc.in c.1. de apoſt. Lud. d. quæſt. 3. niſi in vltimo caſu per annum integrum, illam artem exercuerint, quia ſic nulla monitio exigitur, tametſi Epiſcopus priuilegium amiſſum poſſit eis reſtituere.d.cap.1.de vita,& hon.cler. Diaz.cap.62.de quibus latius agetur cap.ſeq.

Illud quoque eſt adnotandum, quòd ſi clericus in habitu ſeculari detentus à iudice laico ſit condemnatus, licet vbi conſtiterit, ad iudicem proprium ſit remittendus, expenſas tamen, quæ in iudicio factæ ſunt, à iudice eccleſiaſtico per-

Ee ſoluere

ſoluere cogetur, ex eo quòd aduerſarium ſilentio ſuo fatigarit. Egid.Bellam.deciſ.226. Fel.in c.exceptionem.num.1. de except.Dec.conſ.241.col.1.Grammat. voto 18.num.18. qui tamen cogi debet ſoluere expenſas tantum factas ante detectionem clericatus, cum poſt aduerſarius proſequendo cauſam coram iudice laico ſit in culpa, vt dicunt prædicti, nec eo caſu iudex laicus poteſt eum condemnare in cauſa ciuili, vel criminali, licet negarit ſe clericum eſſe, & contumax extiterit, nec decretum ſecũdum aduerſus eum, vt contumacem, relaxare valebit, vbi contrarium apparebit, vt inquit Clar.d.quæſt.36. Cucch.d.tract.in fin.

De Vita, & honeſtate Clericorum, à quibus cauere, quæve agere debeant, eorum officio, & exercitio. Ver. 3.

7 *Clerici à quibus cauere, & quæ agere debeant, cum ſingulorum pœnis.*

CVm Clerici diuino ſeruitio ſint mancipati, à ſeculo ſegregati, in Domini ſortem vocati, ſacrorúmque adminiſtri, *& mũdari iubeantur qui ferunt vaſa Domini*; Eſa.51. *& ſancti eſſe, ne polluant nomen eius*, Leuit.21. & ipſorum actiones, quaſi in theatro poſitæ ſint, vnde laici viri normam viuendi ſumunt, & ſi mali ſint ruina populi Dei dicantur eſſe. Oſeæ 4. Iccirco conari debent eccleſiaſtici viri, quantum humana fragilitas patitur, vt *lucerna ardens, & lucens ſint in medio populi*, & ab iis cætera humilitatis, modeſtiæ, cõtinentiæ, charitatis, & cæterarum virtutum exempla deſumant; & à leuibus ob id etiam delictis abſtineant; ex Concil.Trid.ſeſſ.22.cap.1.de reform. ab iis præſertim cauendo, quæ ſacrorum canonum iure, & ſanctorum Patrum ſententiis ſibi interdicuntur, eáque præſtando quæ eodem iure peragere debent. Quæ vt facilius vitentur, & obſeruanda ſeruentur, ſubjicere libuit ea quæ ſacrorum canonum iure iiſdem vetantur, vel præcepta, vt ſeruent.

Iccirco primum ſit dictum. Multa ſunt à quibus clerici cauere debent.

I. Enim ad Concilia appellare non debent, niſi ſint ſuæ cognationis, id eſt prouincialia, vel ad primates, aliàs communione priuentur, ex Concil.Mileuit. cap.22. c.placuit. 1. quæſt. 6. niſi Romanam ſedem appellent, vt ibi habetur; non tamen poſſũt appellare à Papa ad futurum Cõcilium, aliàs excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt, ex Bulla Cœnæ.

II. Alic

Digitized by Google

II. Alienas plebes ſubornare non debent, aliàs de propria etiam eccleſia ejiciendi; ex Concil. Aphric. cap. 13. Carthag. III. cap. 43. cap. 10. Conc. I. Carthag. vbi vetantur alienos fines vſurpare.

III. Debent negotia ſecularia, & quæſtuoſas nundinas vitare; ex Conc. Elibertino, c. 19. Carthag. I. c. 8. & 9. non litigando apud iudices ſeculares, ſi in ſacris ſint cõſtituti, niſi propriam, vel eccleſiæ ſuæ, vel piam cauſam agant, vel pro miſerabilibus perſonis, vel coniunctis. c. 1. nec cler. vel mon. cap. 1. de poſtulando, nec conducere res ſeculares aut procuratores eſſe in cauſis ſecularibus. cap. 1. & 2. ne cler. vel mon. nec iuſtitiarij ſub aliquibus Principibus. cap. ſed nec, eod. tit. Nec tabellionatus officium exercere. c. ſicut. vbi Hoſt. & Io. And. eod. niſi ſit cauſa eccleſiaſtica, vel coram iudice eccleſiaſtico, vt dicit gl. in d. c. ſicut. & ibi Abb. Dec. in conſ. 120. col. 2. ad fin. & etiam antiqua inſtrumẽta exemplare poſſunt cum Prælati licentia. glo. in c. vt officium; verbo, Præmiſſa, de hæret. in 6 extra quos caſus tabellionatus officium eis eſt interdicendum, licet ſi ante clericatum tabelliones ſint effecti, ſcriptura ab eis effecta valida ſit, donec eis officium interdicatur, d. cap. ſicut. vbi Hoſt. & Io. And. Dec. conſ. 17. & 42. col. 4. 115. colum. 2. 499. num. 10. ſcriptura tamen priuata ab eis confecta etiam ad cauſas pias non habet vim ſcripturæ publicæ. cap. ſuper ſpecula. vbi glo. & Doct. ne cler. vel mon. d. cap. ſuper ſpecula. de mag. ſi verò clericus ſuſcepit officium tabellionatus antequam ſit ei interdictum, non ideò venit priuandus beneficio, niſi id à Principe ſeculari accepiſſet, cauſas criminales actus, Io. And. & Abb. in d. cap. ſicut, & ſi clericus contra eccleſiam in qua beneficium habet, pro exteris aduocatus, vel procurator exiſtit, vt ingratus debet illo beneficio ſpoliari, cap. cum ſacerdotis; de poſtulando; & ſi ij in negotiis ſecularibus miniſtri ſint, vel laicorum; & in fraude deprehenſi ſint, indignum eſt, vt ab eccleſia eis ſubueniatur, d. cap. 2. vbi gl. & Doct. ne cler. vel mon. ſi tertio moniti non deſiſtant, licet admiſſi à Principe ſeculari ad aliquod officium ſi in eo deliquerint, non poſſint ab eo, vel alio iudice ſeculari; licet in minoribus ordinibus ſint conſtituti; puniri. Couar. pract. qq. cap. 33. num. 6. Aufrer. in clem. 1. num. 25. de offic. ordin.

IIII. Clerici in ſacris conſtituti nõ debent nubere, aliàs ſunt deponendi, ex Decretis Syriaci Papæ c. 7. To. I. Conci-

 liorum,

liorum, & ſi in maioribus ordinibus ſint conſtituti, matrimonium eſt nullum, cap. presbyteris. 27. diſt. & tenetur vxorem abiurare, & priuantur beneficio, & ordinum executione. cap. decernimus. 28. diſt. c. de his. c. presbyter, ead. diſt. & fiunt irregulares; ita vt nõ poſſint in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, nec ad maiores promoueri. not. Abb. in cap. 1. & 2. ne cler. vel vou. & veniunt priuandi beneficiis per ſententiam. d. c. quando eſt nullum de iure cum conſanguinea, vel ratione minoris ætatis, hoc enim caſu non amittunt beneficium; cum ſint tantum ſponſalia, ſi enim ſit aliàs validum de iure, ſic vacant beneficia ipſo iure. Clar. in d. §. fin. lib. 5. ſent. q. 73. ver. clericus. modo ſecuta ſit copula. Caprà. reg. 97. aliàs non; & vlterius ſunt excõmunicati. clem. 1. de conſang. & ſuſpecti de hæreſi, & poteſt contra eos ab officio ſanctæ Inquiſitionis procedi. Io. Lup. in rubr. & cap. per veſtras. de donat. inter virum, & vxorem; & incurrunt pœnam ſtupri ſi virginem ſub figura matrimonij violarunt, & ob id arcto carceri mancipandi, & etiam verberandi, ſi ſeducta eſſet magnæ nobilitatis, ſi verò in minoribus ordinibus ſint conſtituti, eo ipſo vacant eorum beneficia per contractum matrimonij. Silu. Clericus. 2. §. 4. etiam ſi non ſequatur copula, & illa ingrediatur monaſterium. Doct. in cap. 1. de cler. coniug. & etiam ſi matrimonium ſit nullum, quia is cum coniuncta contraxit, ſi ignoranter id egit, ſi enim ſcienter, venit priuandus per ſententiam, quia primo caſu videtur illi beneficio renunciare, ſecundo non, & ideò in hoc caſu ante priuationem poterit id renunciare ad fauorem alterius, & idem ſi per vim aliquam coëgit ad matrimonium, vel contrahit cum proxima pubertati, ſi tamen ſponſalia tantum contrahit, non amittit beneficium ipſo iure. Staphil. de gratiis expect. f. 74.

V. Non debent adire ad virgines, moniales, vel viduas viſitandas, niſi de licentia Epiſcopi, & cum honeſto comitatu, ex Conc. Aphric. cap. 5. cap. clerici. 81. diſt. de quo habetur infrà tract. de Regul. ſub cap. de Monialibus; & ſi clericus ſuſpectus de fornicatione cum quacunque fœmina, poſt primam, ſecundam, & tertiam monitionem, inuentus fuerit cum ea fabulari, vel aliquo modo verſari, excommunicationi ſubdendus eſt, fœmina verò canonicè iudicanda. c. 1. in fin. vbi Doct. de cohab. cler. & mul. & pariter frequentans monaſteria monialium ſine manifeſta, & rationabili

cauſa,

Digitized by Google

cauſa,ab Epiſcopo arcendus eſt, & ſi non deſiſtat, ab officio deponendus. cap. monaſteria. vbi Doct. de vita, & hon. cler.

VI. non debent ingredi tabernas cauſa edẽdi,vel bibendi,niſi neceſſitate compulſi in peregrinatione,ex eod.Conc. c.7.Cartag.III.cap.27.c.fin.de vita,& hon.cler.

VII. De vno loco ad aliũ tranſire non debent, ex Conc. Cartag.VI.c.15.c.non oportet Epiſcopum.7.q.1.Conc. Venetico.c.5. & peccãt qui de vno ad aliud beneficium ex ambitione,auaritia,vel inconſtantia,propria voluntate,vel dominatione tranſeunt, ſed id poteſt fieri ex communi neceſſitate,& vtilitate de ſuperioris conſenſu, & non ex propria tranſeuntis voluntate.d.c.non oportet.& c.mutationes. ibid. & c.ſcias.ibid.& ſi mutauerit ſe,licet amittat priorem eccleſiam.c.de multa.de præb.repeti tamẽ poteſt à proprio Prælato,vt not.gl.in c.ſi reuiuero.ibid.

VIII. Non poſſunt in publico cauſam examinare, nec ante iudicem laicum ſtare,ex Sin.Rom.ſub Silu.in epilogo; aliàs ab altari ſunt deponendi ſi ſine licentia Epiſcopi id agãt,ex ep.94.Leonis Papæ I.& Conc.Calcedon.act.15.c.9. & tam ipſe, quàm iudex eos recipiens à communione arcendi,ex Conc.Agaren.ſub Simmacho.c.8. de quo dictũ eſt ſupra,quarto priuilegio.

IX. Non decet eos intereſſe ſpectaculis quæ fiunt in nuptiis,vel ſcenis,ſed antequam chymælici,id eſt tibicines veniant,de conuiuio abire, nec conuiuia de ſymbolis celebrare.c.54.& 55.in Conc.Laodiceno,c. non oportet. de conſec. diſt.5.c.non oportet.diſt.44.ex capitulis Sin.Græc.Tom.II. Conc.c.59.61.c.non liceat.44.diſt c.fi. de vita, & hon. cler. Conc. I.Mediol.tit.de vita,& hon.cler.

X. Non debent vocari ad tutelam, vel curam teſtamentariam,ex ep.11.Cipr.ad clerum. Tomo I. Conc. c. Cyprianus.21.q.3.datam tamen à lege poſſunt ſuſcipere clerici. c.fi. vbi gl.diſt.76.non tamen ad id cogi, gl.ibi. & ex cauſa pietatis miſerabilium perſonarum poſſunt eam ſuſcipere Epiſcopi,& clerici,ſic tamen, vt id Epiſcopi exerceant per Archidiaconum,vel Archipresbyterum.d.c.fi.c.1.c. Epiſcopus. 88.diſt.aliarum verò perſonarum tutelas Epiſcopi ſuſcipere non poſſunt,vt not.in d.c.fi.76.diſt.

XI. Non debent ad hæreticos declinare, aliàs ſunt deponendi;& qui ab orthodoxis ob flagitia erant amoti, ſi ab

hæreticis reſtituuntur, adhuc excommunicati permanere debent.ex Conc.Epheſ.Tomo IIII.can.3.4.5.& 6.& clerici qui ab hæreticis ordinantur,in eo gradu in quo erant permanere debent,& vlterius non promoueri, ex ep.3. Leonis Papæ I.nec reſtitui debent officio ſine ſpeciali indulto ſedis apoſtolicæ, vel beneficio excommunicamus. §. credentes. verſ.ſanè de hæret qui & bonis priuantur ſic declinando, & excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt, ex c. ad abolendam. §. excommunicamus. de hæret. & Bulla Cœnæ Domini; & ſi hæreticus ſit, degradatur, & curiæ ſeculari traditur.c.ad abolendam. de hæret. niſi ſe velit corrigere, quia tunc depoſitus detruditur in carcerem. Abb. in cap. at ſi clerici.de iudic. circa quod videantur quæ dixi ſupra tr. de hæret.

XII. Alieni clerici ab alieno Epiſcopo recipi non debent ſine proprij licentia,& conſenſu,ex Conc.Aphric. cap. 21.aliàs non recipiantur ad communionem. ibid. ex Conc. Venetico.cap.5.id enim eſſet ſpecies furti, vt & transfugam militem, vel ſeruum nemini recipere licet, vt habetur in l. eum qui fugitiuum. ff. ad legem Flauiam, de plagiariis, ſi ei animus ſic illum detinendi contra voluntatem proprij Prælati, vel non reſtituendi ſi petatur, aliàs ſecus, vt in ſimili.ibi not.

XIII. Non debent xenia,vel quid tale à Iudæis recipere,aliter ſunt deponendi,& idem ſi cum iis orant, vel cum iis ieiunant,vel cum iis dies feſtos agunt, vel metu eorum Chriſtum negant, vel nomen clerici, vel ſi comedunt carnes in ſanguine ipſarum, vel oleum ferunt in eorum ſynagogas, vel in eorum feſtis lucernam accendunt, ex can.61. 62.63.69.& 70. Apoſtolorum.Conc.Venetico.cap.12. Agaten. cap. 40.

XIIII. Clericus non debet proprium Epiſcopum accuſare,vel ei inſidiari, aliàs infamis eſt,& à gradu debet recedere,ex Decr.Stephani Papæ I.c.8.c.clericus qui.3.q.4. niſi à fide deuiauerit,ex ep.2.Fabiani Papæ, tomo I. Conc. & ep. Pij Papæ ad Italicos, tomo prædicto, nec etiam eidem ij debent eſſe inobedientes,vt ibi habetur,c. ſi qui clerici. cap. ſi clerici.11.q.3.c.coniurationum.ibid.aliter is debet à beneficio deponi,& officio.c.ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1. c. grauem. de exceſſ. prælat. & ſi incorrigibilis ſit tradi poteſt curiæ ſeculari, qui conſpirat contra Epiſcopum proprium.

Abb.

Digitized by Google

Abb.in c.at ſi clerici.col 13.de iudic.Doct. communiter in c. cum non ab homine. de iudic.& infamis eſt, ac exilio tradi-tur. Archid.in c.clericus.in cap.hi qui 3.q.4. Clar.lib.5.q. 26. ver.hinc infertur,cum communi.

X V. Non debent cum mulieribus extraneis cohabitare, ex Conc. Cartag.I I I I.c.46.præter auiam,matrē, ſororem, & filiam,neptem,vel conuerſam,ex Conc.I I.Arelaten. c. 3. & 4.vel eas ſolas perſonas quæ effugiunt omnem ſuſpicionem;ex Conc.V I.Cartag.c.3.c.interdixit.diſt.32. c. 1. de cohab.cler.& mul.cum ſeq.nec accedere ad domum extraneæ, niſi ſuperioris iuſſu,& cum teſtibus bonæ famæ; ex Decretis Lucij Papæ. c.clericus.81.diſt.c.ſed ſi fortè. ibid. nec cum extraneis mulieribus habere familiaritatem , aut cum iis ad auertendam ſuſpitionem,loqui ſecretò, aliter à communione ſunt arcendi, ex Conc.Turonico I. cap. 3. & Conc. Agaten.c.10.nec illas domi recipere , nec ad eas ire , niſi ſit mater , ſoror, filia, neptis, vt ibi habetur; & ſi prædictæ ſuſpectæ ſint non licet etiam eas domi tenere , ob ipſas , vel pediſſequas.c.1. de cohab. cler. poſſunt tamen tenere domum in vico,vbi prædictæ maneant , vt illis neceſſaria ſubminiſtrent.d.cap.1.

X V I. Non debent per plateas , & nundinas deambulare,niſi pro emendo aliquid,vel ex officij proprij neceſſitate, ex Conc.I I I I. Cartag.c.47.& 48.

X V I I. Non debent deeſſe vigiliis abſque corporis neceſſitate,aliter ſtipendiis priuandi.c.49.Conc.I I I I.Cartag. & dignitate priuandi, ex Conc.Aurelianen.I I. c. 14. & beneficiatus non dicens officium eſt eo priuandus , & tenetur ad fructuum reſtitutionem.Bellon.conſ.56.num.3.Clar.lib.5. ſent.§.fin.q.73. nec inuidere fratrum profectibus; aliter interim non promouendi.cap.54.eod. nec adulationibus , aut proditionibus vacare , aliter ab officio deponendi. cap. 56. eod. nec eſſe maledici maximè in ſacerdotes, aliter veniam petant , aliàs deponantur.cap.57.eod. nec frequenter litigare , aliter eorum teſtimonium non eſt recipiendum ſine grandi examine.c.58.eod.& diſcordantes retrahendi.cap.59. eod.nec ſcurriles eſſe,aut ioculares verbis turpibus,aliter ab officio amouendi. cap.60.eod.Conc.Agaten.cap.70. nec per creaturas iurare , aliter perſiſtentes excommunicandi.c. 61. eod. nec inter epulas cantare, aliter idem ſubeant.c.62.eod. nec omittere ieiunium debitum , aliter minores habendi.

c.63.eod.nec ieiunare die Dominica,aliter non credendi catholici,nec turbam facere.& ſeditiones,ex 5. Sin. Conſtantinop.collat.7.c.ſi quis.11.q.3.nec ioculatores, vel buffones, aut hiſtriones eſſe,id eſt facientes ſpectaculum ſui corporis, iuxta.c.1.ne cler.vel mon.c.cum decorem, de vita, & hon. cler.c.1.eod.in 6.qui ſi per annum illam artem exercẽt, ſunt ipſo iure infames,ſi breuiori tempore; & moniti non deſiſtant,carent omni priuilegio clericali. d.c.1. vbi Ioan. And. Io.Monac.& alij;qui annus debet eſſe continuus, vt dictam pœnam incurrant; ſi enim diuerſis mẽſibus diuerſorum annorum,qui ſimul iuncti conſtituerent annum, quis vteretur illa arte,non incurrerẽt dictam pœnam, vt dicit ibi Gemin. & prædictam pœnam incurrunt etiam clerici in ſacris conſtituti,vt ibi dicit Archid.licet executio per iudicem laicum non ſit contra eos facienda, niſi prius à iudice eccleſiaſtico degradentur, & ei puniendi tradantur, cum proteſtatione tamen, vt ibi dicit Io.Monach.

XVIII. Non debet clericus fideiubere, aliter eſt abjiciendus,ex can.20. apoſt. ſcilicet pro laico pro quo non poteſt fideiubere.c.te quidem.11.q.1.c.1.de fideiuſſ.niſi in caſu neceſſitatis,quod licet.c.videntes.12.q.1. ſi tamẽ fideiubeat, tenet indiſtinctè fideiuſſio.Abb. in d. c. 1. ſed is ſolum tenetur de patrimonio,vel reditibus beneficij quos facit ſuos:vt ibi dicit Hoſt.pro clerico verò, vel eccleſia poteſt indiſtinctè fideiubere.c.2.eod.& notat glo.in d.cap.te quidem. nec conducere poſſeſſiones laicorum, vel procurationem, niſi iuſſu Epiſcopi eccleſiaſticas poſſeſſiones conducat,aliàs contumax dignitate priuetur,ex Conc.Calcedon.act.6.cap.2.ex Decreto Hormiſdæ Papæ c.2.c.canonum ſtatutis. c.ſi quis. 14.q.4.c.1.ne cle.vel mon.

XIX. Non debent comam nutrire,vel barbam; ex can. 44. Conc. IIII. Cartag. aliàs ab Archidiacono inuiti tondantur, ex Conc.Agaten.c.20.c.ſi quis.c.clericus.de vita, & hon.cle.c.prohibetur.c.clerici.c.ſi quis.33.diſt. & anathema fiunt,id eſt fieri debent,vt not.glo.in d.c.ſi quis. quòd intelligitur, quòd debent ferre tonſuram in modum ſpheræ in capite,aliter ſunt excommunicandi, & peccant mortaliter, vt dicit Abb.in d.c.ſi quis.de vita,& hon.cler.

XX. Non debent in veſtibus, & calceamentis decorem quærere, ſed profeſſionem ſuam,& in habitu, & in inceſſu probare,ex c. 45.Concil. IIII. Cartag.c. clericus. 42. diſt. Agathen.

Digitized by Google

Agathen.c.20.c.pen.de vita,& hon. cleric. Trid. Conc. ſeſſ. 14.c.6.clem.vt ij qui.de ætate, & qual. de quo latius dicetur infra,caſu 73.

X X I. Non debent propriam relinquere eccleſiam, ſed excommunicandi, vel redire cogendi,ex Conc.I I. Arelat.c. 13.& can.14.Apoſt.ſi contumax quis ſit in redeundo, vel ad aliam inſcio Epiſcopo tranſierint, nec alius Epiſcopus eos recipere debet. cap. 15. ibid. ſub pœna priuationis communionis, vt ſupra eſt dictum, caſu 12. ſed vbi ordinati ſunt ibi manere debent,ex ep.84. Leonis Papæ I. ex Conc. Calcedon.act.6.cap.3. Concil.Venetico.cap.5.aliàs ad communionem ibi non admittantur.ibid. & ſi obtinent beneficium cum cura animarum,reſidere tenentur, aliàs non faciūt fructus ſuos, & contumaces poſſunt beneficiis priuari, & idem de canonicis,& aliis,qui iure, vel conſuetudine reſidere tenentur, vt dixi ſupra, tract. de ſtatu Epiſc.c.5. qui & fructibus præbendæ priuari poſſunt.cap. cum dignitates. ſeſſ. 24. in Trid.Conc.

X X I I. Non debent vſuram exercere, vel alienæ rei ſecularis conductores eſſe, aut turpi lucro negotiationis cauſa operam dare,aliter depoſiti à clero à communione habeantur alieni, ex Conc. I I. Arelaten. c. 14. & c. 17.Conc. VI. Cartag.c.quoniam multi.diſt.47.& cap.quoniam multi.14. q.4.Conc.Laodiceno,cap.5.Cartag.I.can.13.c.1.& 2. c. ſecundum. ne cler. vel mon. & clerici ſuo alienòve nomine vſuras exercere non poſſunt. c.ſicut non ſuo.47.diſt. & clerici vſurarij ſunt ipſo iure infames. Abb. in c. inter dilectos. de exceſſ.præl.etiam poſt reſtitutionem,& peractam pœnitentiam.Bal.in l.improbum.C.ex quibus cau.irrog.vnde repelluntur à beneficio obtinendo, cum quibus tamen diſpenſat Epiſcopus poſt actam pœnitentiam. gl. in c. præterea.de vſur.Abb. in d.c.inter dilectos.& etiam ſuſpenduntur ab officio,& beneficio.d.c.præterea.arbitrio iudicis.c.1.eod. tit.& etiam debent deponi à beneficio, ſi non deſiſtunt, aliàs ſecus. not. Hoſtien.in ſumma de vſur.§. fin. verſ. alia. & ſic primo ſuſpenduntur,& ſi non corriguntur, deponuntur à beneficio.

X X I I I. De ignobili loco ad nobilem per ambitionem tranſire non debent,ſed ex cauſa vtilitatis id Epiſcopus de illis facere poteſt in præſentia Synodi,ex c.27.Conc.IIII. Cartag.cap.Epiſcopus.7.q.1.c.1.cum ſeq. de poſtul. prælat.

Digitized by Google

quia ſic ſe non mutant,ſed mutantur,quod licet.d.c.Epiſcopus.& c.mutationes.7.q.1.cum aliis ſupra alleg.

XXIIII. Sub poteſtate Epiſcopi ciuitatis manere debent,ex Conc.Calcedon. act.15.c.8. & 5.Sin.Conſtantinop. collat. 7. nec ſine eius voluntate diſcedere debent, ſed ad propria reuerti,ex Conc.Agaten.cap.38. nec alibi miniſtrare debent ſine literis commendatitiis proprij Epiſcopi, ex Conc.Calced.act 15.cap.13.Conc.Turonico I. c.11.& 12. nec ibi promoueri ſine licentia proprij Epiſcopi, ex Conc.Aurel. III. c.15. nec celebrare in aliena diœceſi ſine voluntate vtriuſque,ex Conc.Aurel.IIII. c.7. & clerici vagabundi ſine licentia proprij Epiſcopi, in omni loco à communione arcendi, ex Conc.Venetico.cap.5. & à propria communione priuati,à nullo recipiendi,ex Conc.V.Sardicen. c. 16. Aquiſgranenſi cap.53.& habetur in Conc.Trid. ſeſſ.22. decret. de obſ. & euit. vbi habetur clericum peregrinum non admittendum ad celebrandum ſine literis teſtimonialibus proprij Epiſcopi;& quòd non debeant ordinari ab alieno, niſi teſtimonio,& conſenſu proprij,habetur in conſtitut. Pij II. incip.Ex ſacrorum;& Conc.Trid.ſeſſ.13.c.8.aliter ordinans à collatione ordinũ per annum, & ſic promotus ab executione ordinum arbitrio proprij Epiſcopi ſupenſus eſt. d. c. quæ ſuſpenſiones,ex Bulla Sixti V. contra clericos malè promotos,hodie Papæ reſeruantur, quò ad earum relaxationem,& Capitulum ſede vacante non poteſt concedere dimiſſorias ad ordines, niſi poſt annum à die vacationis eccleſiæ. ſeſſ. 7.cap.10.aliter in minoribus conſtituti, ſic ordinati careant priuilegio clericali, ſi in ſacris ordinis executione ad beneplacitum futuri Prælati, & Capitulum ſubiacet interdicto eccleſiaſtico, niſi is arctatus ſit ratione beneficij eccleſiaſtici, recepti, vel recipiendi, & ſi ante illius beneplacitum celebrat,eſt irregularis,Abb.in c.ſi celebrat.de cler. excom. & ſi quis ante pubertatem ordinatur ad ordines maiores, ſi inuitus, poteſt fortè contrahere matrimonium, & idem ſi ante pubertatem, & perſeuerat in contradictione vſque ad pubertatem, vel ſi poſt pubertatem intra triduum contradicit, aliàs non. Doct.in cap.non eſt.de temp. ord. in cap. vnico. de cler. per ſaltum, vbi Hoſt. Innoc. & Ioan.And.

XXV. Non debent conſcribi in duabus eccleſiis, ſed manere in ea in qua ſunt ordinati, nõ ad quas confugerunt,

ex

Digitized by Google

ex Conc.Calcedon.act.15.c.10. cap. clericum in duabus.21. quæſt.1. & iam tranſlatus nil communicet ex bonis prioris. d.c.& c.ſi quis iam.21.quæſt.2. & ſi quis ſuſcipit duo beneficia incompatibilia, ſcilicet duo curata, vel duas præbendas in Cathedrali, aut dignitatem ibi, vel alibi cum onere reſidendi, vt in collegiatis, & alterum curatum, tenetur alterum dimittere,aliàs poſt adeptionem poſſeſſionis pacificę ſecundi,eo ipſo vacat primum, & ſi vtrumq; nititur retinere abſque ſedis apoſtolicæ diſpenſatione, priuatur vtroque. c.de multa.de præben.c.quia nõnulli.c.præterea.eod.c. quia nonnulli.de cler.non reſid. c. execrabilis de præben. in extrauag.Ioannis XXII. Trid.Conc.ſeſſ.7.c.2. ſeſſ. 24.c.17. quod procedit etiam in regularibus dignitatibus.c cùm ſingula.de præb.in 6.& prioratibus.clem.1.de ſuppl.negl.& vicariis perpetuis.clem. vnica. de offic.vic.& vlterius ſic contendentes vtrumque retinere fiunt inhabiles ad ordines, & ad alia beneficia obtinenda.d.cap.execrabilis.idq; ipſo iure, vt ibi not.glo.zenzer.pœnę tamen prædictæ non procedunt in Epiſcopatu,quia ſecundum non vacat,niſi poſt conſecrationem Epiſcopi, ſicut nec in aliis per acceptationem verbalem, ſed requiritur corporalis acceptatio, id eſt apprehenſio poſſeſſionis ſecundi, vt not.gloſſ.d.cap. de multa.de præben. & poteſt diſpenſari circa ſublimes, & literatas perſonas. d.cap. de multa. in fin. & ſi parochialis non ſufficit ad victum, poteſt adjici vnicuique ſimplex beneficium, quod ad victum ſimul cum illo ſufficiat. ex d. cap.17. Conc. Trident.

XXVI. Ebrietatem fugere debent, aliter triginta diebus communione priuandi,vel corporali ſupplicio ſubdédi; ex Conc.Venetico cap.13.cap.fi.35.diſt. & ſi non abſtinent à crapula,& ebrietate,ab officio, & beneficio ſunt ſuſpendendi.c.à crapula.de vita,& hon.cler.& Hoſt.in ſumm.de temp. ordin.§.& cui.verſ.pœna autem,dicit,quòd Epiſcopus preſbyter vel diaconus deſeruiens ebrietati, ſi non deſinat, deponitur,inferior clericus, vel laicus communione priuatur. c.ſi Epiſcopus.35.diſt.ſi verò ſemel tantum id egit,punitur, vt in d.cap.fin.

XXVII. Non debent deeſſe à matutinis officiis in eccleſia ſua intra ciuitatem,excepta infirmitate, aliter per ſeptem dies ſunt à communione arcendi; ex Conc. Venetico cap.14. & ſi non reſident poſſunt priuari primò fructuum

portione,

portione, tum omnibus, & demum etiam beneficio. cap. cum dignitates.ſeſſ.24. Trid.Conc.& ſic non exhibens præſentiam diuinis officiis,excepta infirmitate, vel abſentia ob eccleſiæ vtilitatem, non poteſt participare de diſtributionibus quotidianis, quæ præſentibus tantum dandæ ſunt diuinis officiis. cap. vnico.de cler. non reſid.in 6. non obſtante quacunque colluſione.d.c.cùm dignitates.

XXVIII. In feſtiuitatibus ſolemnibus eccleſiæ deſſe non debent,ſed illi inſeruire,ex Conc Agaren.c.64.c.ſi quis. 7.q.1.& ſi eccleſia ſit parochialis, non poſſunt inde abeſſe, niſi ex graui cauſa, & de licentia Epiſcopi, nec vltra duos menſes in anno.c.1.ſeſſ.23. in Trid. Conc. aliàs fructus non faciunt ſuos,& mortaliter peccant,nec beneficiati in Cathedrali,vel collegiata vltra tres menſes; iuxta dicta ſuprà de ſtatu Epiſc.c.5.

Nec poſſunt adire ſtudia ſi ſint beneficiati reſidentes, habentes parochiales dignitates,vel perſonatus ſine licētia proprij Epiſcopi;ex Bulla Pij IIII.24.Nouēb.1564.qui ſi id neget,eius ſuperior poteſt eum cogere, vt id concedat:qui tamen debet eos examinare, & probare an ſint apti ad ſtudia. Abb.in c.relatum.1.de cler.non reſid.& requiritur; vt eſſent minores triginta annis cùm ſtudium cœperint deciſ.congr. 341.& quòd in ſtudiis generalibus morentur per quinque, vel ſeptem annos in Theologia,vel iure canonico, & interim frui poſſunt fructibus beneficiorum, quibus tamen vetitum eſt ſtudere iuri ciuili, vel medicinæ. c. ſuper c.non. ne cler. vel mon.aliàs incurrunt excommunicationem, ſi publicè audiant, non tamen ſi minus principaliter eas audiant.Zerola.Studium.nu.5.

XXIX. Non poſſunt accedere ad dominos pro petendis beneficiis ſine literis commendatitiis proprij Epiſcopi, aliàs honore, & communione vſque ad plenam & dignam pœnitentiam priuentur;ex Conc. Aurelian. I.cap.9. nec ad Imperatorem ire ſine Metropolitani, vel prouincialium Epiſcoporum conſilio; ex Conc.Antioch.c.11. & 12. Aquiſgranen.c.73.& 74. c.ſi quis Epiſcopus.13.q.8. ſi quis à proprio.11.q.5.c.per laicos.16.q.7. vbi nemo per laicos obtinere debet eccleſiam, & tales excommunicationem incurrunt.c.quoniam.c.ſi quis clericus.16.q.7. & ſi ij talia beneficia non reſignant, ab officio, & beneficio reddendi ſunt alieni.cap. relatum. de iure patr. & collationes huiuſmodi

factæ

Digitized by Google

factæ à dominis ſine diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ nullæ ſunt, & ſic recipientes inhabiles fiunt ad alia beneficia obtinenda, ſine Apoſtolica diſpenſatione; ex Conc. Lateran. ſub Leo. X. ſeſſ. 10. in Bulla cõtra emptos edita. §. & quia ſæpius. & intruſi ſunt, cùm id obtineant ſine authoritate eius ad quem ſpectat collatio. Abb. in c. quia diuerſitatem. de cõceſſ. præb & idem ſi eas obtinent ab Epiſcopo excommunicato, interdicto, vel publicè ſuſpenſo. Felin. in c. in noſtra. de reſcript. tex. in c. eum qui. de præb. in 6.

XXX. Canes & accipitres ad venandum habere non debent; ex Concil. Agaten. c. 55. c. Epiſcopum. 34. diſt. aliter Epiſcopus tribus menſibus ſe ſuſpẽdat à communione, preſbyter duobus, diaconus ab omni officio, & communione ceſſet. ibid. c. 1. de cler. venat. & c. 2. eod. & presbyter etiam ab officio nedum communione eſt ob id ſuſpenſus, ſi venationi, vel accipitribus operam dat. Abb. & Io. And. in d. c. 1. vel melius, quòd non eſt ſuſpenſus ipſo facto, ſed & in optione iudicis ipſum, & alios clericos ſuſpendere, vt dicit Cucch. de vita, & hon. cler. num. 46. & ita vſus etiam interpretatur, & cauſa animi relaxandi perrarò id licet exercere, vel cauſa arcendi feram, quæ vineis, vel ſegetibus clericorum noceat. Præpoſ. in d. cap. Epiſcopum. Abb. & Anan. in d. cap. 1.

XXXI. Non debent accipere munera pro impenſis patrociniis, niſi ſpontè datum, aliter deponendi, ex Decretis Hormiſdæ Papæ, cap. 10. cap. obſeruandum quoque. 15. quæſt. 2. quod intelligitur, quòd non debent pretium petere pro ſeruitio præſtito in exercendo iudicio eccleſiaſtico, de quo ſuprà tr. de Vicario cap. 3. vel melius, quòd non debent recipere pretium de patrociniis, quæ impenduntur in electionibus, ordinationibus, vel promotionibus clericorum, quia id eſt furtum, rapina, & ſimonia, exigit depoſitionem, non autem ſi pretium petatur patrocinio præſtito aduocando coram iudice eccleſiaſtico, vt ibi dicit Archid.

XXXII. Non debent falſum teſtimonium proferre, aliter rei capitalis criminis ſint, ex Conc. Epaunenſi. cap. 13. & debent ab officio depoſiti in monaſterium detrudi. cap. ſi Epiſcopus. 50. diſt. Turr. Cr. in cap. presbyter. diaconi. 5. q. 6. c. qui iuxta ibid, non ſunt tamen beneficiis ipſo iure priuati, ſed veniunt priuandi per ſententiam. Clar. in pract. §. periu

§.periurium.ver.item clericus. cum communi;ſi de illo crimine conſtat via directa, id eſt directè de hoc accuſati, & conuicti,vel in iure confeſſi,ſecus ſi de eo conſtet incidẽter, vt dicit Præpoſ.in d.c.ſi Epiſcopus; & multum debet conſiderari à iudice damnum,quod intulit ſi eſt graue, vel non, quia ſic pœna eſt augenda,vel minuenda, nullo tamen caſu poſſunt puniri à iudice laico, licet coram eo peccarint id agendo.Innoc.Butr. Io.And.in cap. verum. de foro compet. Diaz.verbo,Falſi

XXXIII. Si crimen capitale committunt, ab officio depoſiti in monaſterium ſunt retrudendi, ibi communionem ſumendo, ex d. Concil. Epaunenſi. cap. 22. & ſi is eſt parricida, debet deponi, & puniri. Diaz. in pract. crim. can. cap. 109. qui nec admittuntur contra laicum in cauſa ſanguinis criminaliter.Doct.in c.de cætero.de teſtibus; niſi in caſibus de quibus Lancil. tract. de Prætore. tit. de teſtib. cap.circa.num.77. Campeg.de teſtib. concl.91.92.& 97. & reg. 297. Port. lib. 2. ſuarum concl. reg. 28. & tunc etiam requiritur licentia Epiſcopi, vt poſſint teſtificari. Campeg. locis cit.

XXXIIII. Non debent ad mulieres indebitis horis accedere, meridianis, & veſpertinis, niſi ex cauſa, & cum præſentia presbyterorum, & clericorum, ex Concil. Epaunenſi. cap.20. circa quod videnda ſunt dicta ſuprà de hoc.

XXXV. In obſidione occidentes, duobus annis ab officio ſuſpendantur,& communione priuentur, ex Coc. Ilerdenſi.c.1 cap.de his.50 diſtin. ſi verò ibi præſentes ſint, & non occidant,eſt ſecus dicendum,& idem ſi occidant ſe non valentes aliter defendere, nec tunc fiunt irregulares.clem.1. de homic. aliàs non poſſunt bellare etiam contra Turcas, niſi lachrymis,& orationibus.cap.1.23. q.8.Capra.reg.96.nu. 29.teſtans de communi.

XXXVI. In carnis peccata corruentes, ſi dignè eos pœniteat ſit in poteſtate Epiſcopi, eos non diu ſuſpendere, ſic tamen vt vlterius non promoueantur; quòd ſi iterato in id ruant; dignitate priuandi, & communionem tantum in exitu vitæ ſuſcipiant,ex Conc.Ilerden.c.5.Aurelian. III.c.4.

Hodie verò clerici fornicarij non ſunt deponendi. gl. in c.Maximian.81.diſt.in c.lator. 2. q.7. ſed in optione iudicis

eſt

Digitized by Google

eſt pœna pro modo culpæ, & actus iteratione. Abb. Fel. & Dec. in c. at ſi clerici de iudic. ſi verò concubinarij ſint detinentes aliquam domi, etiam ſi ibi adſit mater, & ſit eius pediſſequa, modo id ſit notorium, vel etiam ſi alibi eam detinent, & id eſt notorium per euidentiam facti, vel quia de hoc ſint conuincti, vel in iudicio confeſſi, ſuſpenſi ſunt ab officio, & ſi interim celebrant, fiunt irregulares. Abb. in c. veſtra. de cohab. cler. etiam ſi in minoribus ordinibus ſint conſtituti, & iudex iuxta facti qualitatem, poteſt talem ſuſpendere, vel priuare beneficio, monitione tamen præmiſſa, vt eam dimittat, vt dicit Præpoſ. in c. nullus. 32. diſt. & ſufficit monitio facta in conſtitutionibus ſinodalibus. Abb. in c. vt clericorum. de vita, & hon. cler. in c. at ſi clerici. col. 12. de iudic. & idem ſtatuitur in Conc. Baſil. ſeſſ. 20. vbi priuātur fructibus beneficij, & ſi contumaces ſint ſunt etiam beneficiis priuandi, quas tamen pœnas non incurrunt, ſi id poſſit tergiuerſatione celari, qui tamen ſi ad mandatum iudicis, ſic ſuſpectas non dimittunt, vt ſupra eſt dictum, poſſunt vlterius arbitrio iudicis puniri. Silu. Clericus. 2. §. 8. pro adulterio verò deponuntur ab officio, & beneficio. Abb. & alij in cap. vt clericorum. de vita, & hon. cler. vbi Ioan. And. Imola, & eſt communis; & damnati de tali crimine efficiuntur infames. Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. col. 5. de iud. etiam ſi illa eſſet meretrix, niſi clericus id ignoraret; Sodomitæ verò deponuntur, & in monaſterium detruduntur, ſi in cōſuetudine ea extent. cap. clerici. de exceſſ. cler. dicit tamen Zerola in praxi. priuatio, hodie prædictas pœnas eſſe arbitrarias, & concordat Couar. var. reſ. lib. 2. c. 9. num. 8. etiam ſi pœna ſit à iure taxata, & licet iudex in eo crimine diſpenſare non poſſit, vt ibi dicit, qui & ibi remiſſiuè, tradit quibus cauſis id fieri debeat, pœnam augendo, vel minuendo, hodie verò concubinarij puniendi, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. ſcilicet vt moniti primò, tertia parte fructuum priuentur, ſecundò, omnibus fructibus, tertiò, ſuſpendantur, & priuentur beneficiis, & probabiliter etiam ſuſpenſionem incurrunt, modo, vt ſuprà. *Clericorum concubinariorū pœna.*

XXXVII. Conuicti de falſo, furto, & periurio ab ordine ſunt deponendi, & pro periurio biennio excommunicandi, ex Conc. Aurelian. III. cap. 8. Hodie verò clerici fures de furto conuicti per ſententiam, confeſſionem in iudicio, vel facti euidentiam, deponuntur, & in mona-

ſterium

ſterium detruduntur.cap.presbyter.81.diſtinct. vbi glo.cap. tuæ.de pœnis.Ioan.Andr.in d. cap. tuæ. Hoſtien.in ſumma. de condict. furt. §. fin. pœna tamen intruſionis in monaſterio non procedit in quolibet fure, ſed latrone, & magnis furtis.Aret.in cap. cum non ab homine. de iudic. & vlterius fiunt infames clerici furti damnati. Felin.in cap qualiter. 2. §.ad corrigendos.2.col. de accuſat. etiam ſi contra eos agatur tantum de condictione furtiua, & non actione furti, vt dicit Silu. verbo, Fures. dicens, fures eſſe quoque qui non reddunt hæredibus ſibi à morientibus conſignata,vt iis redderent. Periuri verò ſi ſint deponuntur ab ordine, & beneficio.cap.presbyter.81.diſtinct.Abb.in cap.querelam. de iureiur.in cap.cum non ab homine. de iudic. & ideò qui iurarunt ire ad concilium ſecundùm formam.cap.ego enim. de iureiur. poſſunt deponi à dignitate ſi non veniunt. Iacobat. de Concil.lib.2.& idem de eo qui fregit promiſſionem vallatam fidei interpoſitione.Abb.Felin.Hoſt.in cap.querelam. de iureiur. non tamen eſt priuatus ipſo iure beneficio, ſed venit priuandus periurus. Ioan.de Selua tract. de Benef.3.p. princ.quæſt.3. qui & dicit, collationem factam periuro eſſe nullam,ſcilicet per ſententiam, id eſt, quia Papa non priuat periurum beneficio,niſi periurium ſit iudiciale. Rebuf.tract. de pacif.poſſ.pag.37.col.2.

XXXVIII. Clerici duo in vno ſtrato recumbere non debent ad ſuſpitionem vitandam,ex Sin.Turonica 2.c.15.& ſi vlterius peccarent, incurrerent pœnam, de qua ſupra,& in tomo IIII. tract. de Pœnit. in Canonibus Pœnitentialibus, pœnitendo, vt ibi.

XXXIX. Sacrilegi poſt pœnitentiam arbitrio Epiſcopi gradum ſuum recipere poſſunt & dignitatem, ex Capitulis Græc. Sin.tomo II. Concil.cap.17. cap. ſi quis presbyter.50.diſtinct.

Hodie verò is eſt deponendus.Hoſt. in ſum.de accuſat.§. quis ſit effectus.Et quia ſacrilegium poteſt ſumi,vel factum in perſonam ſacram., vel violando ſacrum, vel auferendo rem ſacram, ideò pro qualitate delicti, pœna in huiuſmodi varianda venit,vbi iure non eſt diffinita, iudicis arbitrio, vt dicit Diaz. verbo,Sacrilegi.

XL. Clerici excommunicati, ſi ad Imperatorem recurrunt, ſpe reconciliationis carere debent, ex Capitulis Græc. Sin. tomo II. Concil.cap.35.cap.ſi quis Epiſcopus, presbyter &

Digitized by Google

ter & cap.21. q. 5. quod intelligitur ſi ſunt excommunicati de mandato Papæ, vel quando iam eſt lata ſententia, & diſputatur apud ſuperiores eccleſiaſticos, an ſit iuſta, vel iniuſta: vt ibi dicit Archid. Et Clericus excommunicatus ipſo iure priuatus eſt fructibus beneficij,& nil ei licet egeno datur, ſi iuſta eſt excommunicatio. Couar.var.reſ.lib.3.cap.3. num.8.& cap.13. Clar.lib.5.ſent.§.fin. quæſt.73. qui & ſi per annum ſtet in excommunicatione, & miles efficitur, beneficiis priuatur,non tamen ſi tunc excommunicatur pro cauſa ciuili. Arno. ſoliloq. vltim. & ſi clericus ſcienter,& ſpontè participat in diuinis cum excommunicato nomine proprio à Papa, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam. Clarus d. §. fin. quæſt. 77. ver. Clerici qui. Couar. in cap.alma.

XLI. Ante horam tertiam comedere non debent, idque cum gratiarum actione, ex Cap. Græc. Sin. tomo II. Concil. cap.58. facit. cap.1. de celebratione Miſſæ, vt ieiuni prompti ſint ad miniſtranda ſacramenta infirmis, vt ibi habetur. *Clerici ante horam.3.1.9. apud nos comedere non debent.*

XLII. Non debent incedere cum armis, vel habitu ſeculari, & indecenti, aliter triginta diebus incarcerentur, & aqua tantum, & modico pane ſingulis diebus ſuſtententur, ex Concil. Matiſconenſi capit. 5. hodie arma ferentes ſunt excommunicandi.cap.2. de vita, & hon. cler. niſi id agant itineris cauſa per loca periculoſa,vt ibi dicit glo.& ſi relicto habitu clericali arma portent: ſi tertiò moniti illa non deponunt,priuilegium clericale amittunt. cap.in audientia. de ſentent.excom. & etiam ſi non moniti miſcent ſe enormitatibus,amittunt ipſo facto priuilegium. cap. ſi quis ſuadente,vt habetur in c.perpendimus.de ſent. excom.& cap. cum non ab homine.de iud. Priuilegium verò fori non amittũt, niſi poſt monitionem.arg. c. ſi iudex laicus. de ſent.excom. in 6. Et clericus ſi efficitur miles,amittit beneficium. Imol. in c.fin.num.6.de cler. non reſid. teſtans de communi. Gig. verò de Penſ.q.55.num.2.dicit, eum non amittere penſionem ſi eſt aſſignata pro ſeruitio impenſo, vel impendendo: ſecus ſi eſt aſſignata in titulum ei qui beneficium dimiſit,vt & amittitur ſi monitus in militia enormibus ſe immiſcet, vt ibi dicit. Sed hodie ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura, amittitur penſio excedens ſexaginta ducatos ex non delatione habitus clericalis,& tonſuræ, ob quod & clericus non

 ſuccedit

Digitized by Google

ſuccedit in feudo, ſi requirit ſeruitium perſonale militare. Bart. in l. hæredib. §. filius ad Trebel. niſi in caſibus de quibus dixi tract. de feudis, modo, vt ibi.

XLIII. Non debent permittere ſe rebaptizari ab hæreticis abſque violentia, timore, vel periculo, aliter tribus annis ſint inter audientes, ſeptem inter pœnitẽtes, duobus non admittendi ad oblationes, ſic tamen, vt iis in extremo articulo ſubueniatur, ex Decret. Concil. Rom. ſub Fœlice Papa. cap. 5. rebaptizati enim ſcienter dicuntur iterum crucifigere Chriſtum. cap. qui bis. de conſecr. diſt. 4. nec ſunt ordinandi. cap. confirmandum. 50. diſt. Conc. Carthag. V. cap. 11. etiam ſi ex ignorantia iuris ſint rebaptizati, & ſunt perpetuo irregulares. Archid. in cap. fin. 51. diſt.

XLIIII. Neci reorum intereſſe non debent, nec criminale forum adire, ex Concil. Matiſconen. II. cap. 19. Conc. Mediol. IIII. titu. de vita, & hon. cler. nec debent iurare in manu laici ſine licentia Epiſcopi. cap. nullus. 22. quæſt. fin. nec in cauſa criminali teſtificari coram iudice laico ſine licentia Epiſcopi, vel etiam ciuili, vel vbi pœna ſanguinis venit ingerenda.

XLV. Clerici clericos ad ſecularia iudicia trahere non debent, aliter ſunt excommunicandi, & cauſam perdant, ex Concil. Tolet. III. cap. 13.

XLVI. Non debent exercere artes magicas, incantationes, auguria, ea docere, vel conſulere, aliter ab eccleſia ejiciantur, ex Concil. Venetico. cap. 16. & honore priuandi, ex Concil. IIII. Tolet. cap. 28. cap. ſi quis Epiſcopus. 26. q. 5. & hodie ſubduntur officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis, ex Bulla Sixti V. contra Aſtrologos; vt explicaui de Caſibus Reſeru. caſu 8.

XLVII. Non debent negotiationes inhoneſtas ſequi, & turpia lucra, dicit tamen Zerola in praxi epi. eos poſſe per alios exercere mercaturam, ſi non habent, vnde aliundè viuant, vel adiuuando conſanguineos inopes, modo id eis à prælatis non vetetur, in verbo, Clericus. num. 15. Nau. c. 25. nu. 110. notab. 34. non alias, à quo tamen eſt abſtinendum, ob ſcandalum, & auiditatem, aliter ab officio clericali ceſſare debent, ex Decret. Gelaſ. Papæ cap. 17. cap. conſequens. diſtinct. 88. Conc. Nic. cap. 17. Laodic. cap. 15. Forojul. cap. 5. Conc. Carthag. VI. cap. 17. Calcedon. cap. 3. Carthag. III. c. 15. Arelaten. cap. 14. & ex Concil. Taracon. c. 2. c. canonum. 14. quæſt. 4.

quæſt.4.& cap.pen.de vita,& hon.cler.c.1. ne cler.vel mon. & Card.in clem.1.in fin.de vita, & hon.cler.dicit, quòd clericus acquiſita ex negotiatione debet dare pauperibus,quod intelligitur ex conſilio. Notandum etiam, quòd quædam negotia ſunt permiſſa laicis, vt emere, & vendere, & hoc prohibetur clericis, qui nil commune cum laicis habere debent,non enim debent emere rem, vt carius vendant. d.c.1. vbi gl.poſſunt tamen emere materiam, vt ſtagnum, vt inde conficiant inſtrumentum aliquod ſi egent, vt ex illo artificiolo viuant:vt ibi dicit glo. Similiter,nec poſſunt eſſe conductores rerum ſecularium.d.cap. ſi tamen ſuccedant alicui, poſſunt perſeuerare in conductione vſque ad præfinitum tempus,vt & poſſunt vendere vinũ quod eis ſupereſt,etiam ſi inde lucrentur,vt not.glo. & alij in d.cap.1. Similiter non poſſunt eſſe procuratores ſecularium coram iudice ſeculari, niſi pro cauſa eccleſiaſtica, vel miſerabilibus perſonis, vel coniunctis,aut propriam,vel eorum iniuriam proſequendo, modo licito,vel ob aliam honeſtã cauſam, ſi neceſſitas immineat.cap 1.vbi Abb.ne cler. vel mon. cap.omnibus.4.q.6. c.1.cap.cum ſacerdotis. de poſtul.artificium verò honeſtum exercere poſſunt ſi egent. 91. diſtinct. per tot. vt emendo chartam pro libro ſcribendo,dũmodo ob id non deſint diuino officio.cap.nunquam. de conſecr. diſt.5. poſſunt etiam poſſeſſiones cõducere,vt ſe ſuſtentent,vt dicit Hoſt.& Abb. in cap.cum ſecundum. ne cler.vel mon. ſcilicet ſi ſint eccleſiaſticæ, vel de licentia Epiſcopi, & etiam locare oues, vel boues,ſi ex decimis, vel ſucceſſione, vel aliàs ipſis ſint debitæ, & emere rem, vt melioratam vendant, vt pullum equi nutriendum,quia id eſt artificium,non negotiatio.d.c.nunquam. & cap.canonum.14. quæſt.4. & clericus negotiator peccat mortaliter ſi ſit in ſacris, non autem ſi in minoribus, & etiam deponi poteſt ſi non deſiſtat, ita vt amittat priuilegium fori, quod eſt vt non vexetur in bonis, vel perſona, non autem per priuationem canonis, cap. ſi quis ſuadente; quæ monitio debet trina vice fieri per iudicem eccleſiaſticum.Silu.Clericus.3.num.3.

Quò liceat clericis emere & vendere.

Artem aliquam exercere non eſt negotiari.

XLVIII. Non debent docere vllas mulieres, etiam illuſtres nobilitate, & illas inſtituere vt legere, ſcribere, vel canere diſcant, ex Concil. II. Mediol. titu.quæ ad Miſſam. Decret.32. niſi ætate, & moribus graues ſint, & Epiſcopi permiſſu.ibid.

Digitized by Google

XLIX. Non debent cauponariam artem exercere, aliter deponantur. can. 54. Apoſt. 6. Sin. Conſtantinopol. can. 9. capit. nulli. diſtinct. 44. & idem de macellaria, ſi publicè & perſonaliter id exerceant. clem. 1. de vita & hon. cler. Hi enim tertio moniti ſi non deſiſtant, ſi ſint clerici coniugati, amittunt etiam priuilegium. cap. ſi quis ſuadente. ſi verò non coniugati, nec incedunt in habitu idem, ſi verò incedunt in habitu, amittunt priuilegium rerum, & ſi reaſſumunt recuperant. Capra. reg. 94. & vt prædicta incurrant oportet, vt per ſe, & publicè eam exerceant, ſi enim per alium, ſecus eſt, vel ſi occultè. Gem. in cap. 1. eod. in 6. vel ſi alij locent, vel ſi ibi agant artificium quod clericis eſt permiſſum: aliàs ſecus, & ſi poſt aſſumptum dictum officium ante ſententiam latam, id dimittunt ceſſat illa pœna, eo modo quo conuenit coniugato, vel non, vt in cap. 1. de cler. coniug. in 6. vt dicit Silu. Clericus. 3. num. 4. & de hoc circa coniugatum dictum eſt, vbi de priuilegiis clericorum eſt actum.

L. Non debet præter iuſſionem Epiſcopi proficiſci. Conc. Laodicen. cap. 42. Aquiſgran. cap. 81. & de hoc dictum eſt ſupra, & habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 22. decret. de obſ. & euit. & ſi locum deſerant, diuinorum exercitium eis interdici debet. ſeſſ. 23. cap. 16. in Trid. Concil.

LI. Si conſpirent aduerſus Principem, ab Epiſcopo dignitate priuari debent & honore, niſi Princeps ipſe alterum eis reſtitui petat, ex Concil. Tolet. X. cap. 2. Abſolutè tamen degradandi ſunt verbali depoſitione, & priuandi beneficiis per Epiſcopum ſuum. Barbat. in cap. at ſi clerici. de iudic. vbi tenet contra Abbatem, quòd ob id non ſunt actualiter, ſed verbaliter deponendi, & ſequitur Diaz. in pract. crim. can. verbo, læſæ maieſtatis rei, ex eo quia non ſunt ſubditi poteſtati Principi ſecularis.

LII. Damnati à ſinodo, miniſtrare non debent, aliter ſpe reſtitutionis careant, ex Concil. Antioch. cap. 4. Aquiſgran. capit. 47. & 48. capit. ſi quis Epiſcopus damnatus. 11. quæſt. 4.

LIII. Non debent intereſſe conuiuiis hæreticorum, aliter ſuperiores vno anno pace eccleſiæ priuandi, iuniores verberandi, ex Concil. Meldenſi cap. 73. & ſi fauent hæreticis incurrunt excommunicationem Bullæ, & ſi fautores hæreticorum admittunt eos ad ſacramenta, vel ſepulturam eccle

eccleſiaſticam, vel recipiunt ab eis eleemoſynas, ſunt ſuo officio priuandi, ad quod non reſtituuntur ſine indulto ſedis apoſtolicæ. cap. excommunicamus. §. credentes. ad fin. de hæret. etiam intra annum poſtquam huiuſmodi credentes fuerint denunciati. Hoſt. in ſumma. de hæretic. §. quæ pœna. in fin.

L I I I I. Non debent aleis ludere, aliter debent deponi, & laici excommunicandi, ex 6. Sin. Conſtantinop. cap. 50. niſi cauſa exercitij, vel recreationis domi. Capra. reg. 86. nec mimi fieri, aut ſcenica ſpectacula exercere, vel venationum, ſub pœna, vt ſupra. c. 51. ibid. nec laſciuis, & ſecularibus cantibus, vel ſcenis, operam dare, ex Conc. Foroiul. c. 6. ſpiritualibus tamen conceditur ibi vti, facit circa aleas. c. clerici. de vita, & hon. cler.

L V. Non debent ſic fugere eſum carnium, vt nec olera cum eis cocta, comedere velint, aliter quia regulæ nõ conſentiũt, ab ordine ceſſent, ex Conc. Anciran. c. 13. Aquiſgran. c. 63. quod ego intelligerem ſi id agant ex ſuperſtitione, & diebus non vetitis.

L V I. Non debent vti vnguentis, & veſtibus ſumptuoſis, ex Sin. Nic. 2. vniuer. c. 16.

L V I I. Non debent ſine licentia, matre excepta, cum quibuſque mulieribus habitare, etiam ſi affinis ſit, vel propinqua, de matre enim teſtimonium, vel licentia non requiritur, ex Conc. Bracar. I I I. c. 4. permittitur tamen habitatio cum iis quæ naturali fœdere omnem ſuſpitionem excludunt, vt mater, amita, ſoror, & huiuſmodi. c. 39. Aquiſgran. Conc. c. interdixit. 32. diſt. de quo dictum eſt ſupra, caſu 15. modo ceſſet ſuſpitio pediſſequarum, vel ipſarum etiam.

L V I I I. Non debent negotia ſecularia exercere, niſi eccleſiarum, orphanorum, & viduarum, Epiſcopo mandante, ex Conc. Vernenſi. c. 16. Cartag. I. c. 6. qui & præter dicta ſupra, caſu 47. non poſſunt exercere officia ſordida, licet non turpia, vt aptare pelles, & huiuſmodi, cum ſic dehoneſtetur dignitas clericalis; qui tamen non incurrunt pœnam dictæ clem. 1. de vita, & honeſt. cler. licet peccent mortaliter, ſi id agũt publicè, non autem ſi occultè ad victum, vt artificium; neceſſitas tamen magna à peccato excuſaret hoc caſu. Silu. Clericus. 3. num. 4. in fin. Similiter non debent eſſe proxenetæ, vel mediatores in contractibus illicitis, aliàs grauiter

arbitrio iudicis pro modo delicti ſunt puniendi, & ſi id agũt in crimine ſimoniæ deponi à proprio gradu debent. cap. ſi quis Epiſcopus. 1.q.1. Rom.ſing.722. Diaz.verbo, Proxenetę. *Similiter non debent eſſe miniſtri laicorum, vel procuratores in cauſis eorum, aliter ſi fraudem ibi committunt, non ſubuenitur eis ab eccleſia, ſi in ſacris ſint, vel beneficiati.* c. ſacerdotibus. vbi Abb. ne cler. vel mon. ad vnum tamen negotium particulare poſſunt eſſe procuratores, vt dicit Abb. in cap. ſed nec. vbi Ioan. And. ne cler. vel mon. niſi ſit ita arduum, vt habeat multum diſtrahere clericum, ſicut multa negotia, vt dicit Philip. in c. 2. col. 2. de iudic. nec id ſuſcipiãt ex cupiditate. Abb. in c. 2. ne cler. vel mon. Similiter nec procurationes villarum, aut adminiſtrationes ſuſcipere debent, aliter ab officio eccleſiaſtico fiant alieni. cap. ſed nec. ne cler. vel monach. non tamen licet iis caſibus iudici laico eos capere, ſed eccleſia dicitur eis non ſubuenire, quia non dat eis pecunias ad ſe defendendum, vel ſoluendum. Abb. in d. cap. ſacerdotibus. Similiter ij non poſſunt aleis operam dare, aleis enim iiſdem vetitum eſt, & taxillis ludere. cap. clerici. de vita, & hon cler. ob mala quæ ibi committuntur, de quibus Hoſt. in ſum. de exc. cler. §. clericus. pœna verò talium eſt, vt ſint inhabiles ad obtinenda beneficia, vt perſonæ indignæ. gloſſ. in d. cap. Abb. in cap. inter dilectos. ſi id ſit publicum, non verò ob id ſunt priuandi beneficio obtento, ſed mitiori pœna contra eos agitur, qui tamen ſi poſt monitionem non deſiſtant, grauanda erit pœna iudicis arbitrio, vt dicit Diaz verbo, Aleatores. & iiſdem etiam prohibentur ludi fortunæ à lege damnati, & etiam à globis ligneis, & follibus, qui vento inflantur, & etiam huiuſmodi ſpectatione, ex Conc. I. Mediol. tit. de clericorum armis, arcentur.

L I X. Non debent demoliri ſepulchra, aliter ab ordine deponi debent, & triennio pœnitere, ex Conc. Tolet. I I I I. cap. 45.

L X. Poſt mortem Epiſcopi bona eius diripere non debent, aliter officio priuentur, ex Conc. Aquiſgran. cap. 88. Calced. c. 22. cap. non liceat clericis. 12. q. 2. & ſimiliter bona eccleſiæ dilapidantes dignitate priuandi veniunt. cap. ſi quis presbyter. 50. diſt. cap. 2. de ſtatu mon. poteſt tamen Epiſcopus cum tali diſpẽſare, qui res eccleſiæ ſurripuit, & ſi clericus patronus eas ſurripuit, ſi requiſitus non reſtituit, ſuſpen

Digitized by Google

ſpenditur ab officio,& beneficio,donec emendet, qui ſi recuſet, eſt deponendus, & in hoc crimine tria ſunt ſpecialia: primò, vt dicit Butr. in cap. licet heli. de ſim. quòd abſens, & contumax condemnatur etiam lite non conteſtata: ſecundò, quòd ob ſolam ſuſpitionem,ſuſpenditur ab adminiſtratione is contra quem ſit inquiſitio. Tertiò, quòd quilibet auditur accuſans, vt dicit etiam ibi Anan. admiſſis tamen prius iis quorum intereſt, in arbitrio tamen iudicis eſt iuxta grauitatem ſuſpitionis, talem ſuſpendere, ab adminiſtratione, vel non. Dicitur verò dilapidator, qui bona immobilia, vel mobilia pretioſa eccleſiæ dilapidat, non autem qui ſuos reditus. Diaz verbo, Bona eccleſiæ dilapidantes.

LXI. Non debent cum monialibus mœchari, aliter ab oſtiario vſque ad Epiſcopum deponendi, laici excommunicandi, ex 6. Sin. Conſtantinop.cap.4.can.25. Apoſt.c. ſi quis.27. q. 1. & in arctum monaſterium tradi,ab officio, & beneficio depoſiti, etiam ſi id non ſit notorium, nec diu continuatum.Abb. Butr. in cap. at ſi clerici. de iudic. Anan. conſ.1.col.2.verſ.ſecundo.Hippol.in repet.l.vnicæ.nu.41.C. de raptu virg.

LXII. Si impuberes ſint,non debent vagari,ſed in vno conclaui manere,& fideliſſimo ſeniori deputari,ex Sin. Tolet. IIII.c.23.c.omnis ætas.12.q. 1.Conc.Trid.ſeſſ.23.c.18. cui loco, ſeminarium vocato, prouideri debet, modo ibi explicato.

LXIII. Spectaculis intereſſe non debent, & inuitati ad nuptias, cum ludicra aduenerint, ſurgant, & diſcedant, aliter deponantur, ex 6.Sin. Conſtantinop. cap.24. Conc. Laodicen.c.54. Aquiſgran.c.83.c. non oportet miniſtros. de conſ.diſt.5.cap.his igitur.23.diſt. Conc. Agaten. can.39. cap. presbyteri.24.diſt. auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. interdicimus. collat.9. Card.clem.ne in agro.§.porrò.col.2. de ſtatu mon. Vnde abſtinere debēt ab aſpectu ſaltationum,tripudiorum, comediarum, haſtiludiorum, duellorum, oſtentationum, damnatorum ad mortem executionibus,tauricidiis, & huiuſmodi actibus ſecularibus, vt ibi dicit Card. cum horum ſpectacula mores corrumpere ſoleant: vt inquit Lactan. lib.6.diuin.inſtit.c.20.in fi.cum par non ſit,vt oculi,& aures hominum ſacris,& diuino ſeruitio addictorũ,his mundanis actionibus contaminentur, qui & ideò non debent incede-

re perſonati, nec ad talium ſpectacula accedere, nec artem medendi exercere, nec eſſe aſſeclæ fœminarum, vel eis diſcumbentibus adſiſtere, ex Conc. I. Mediol. tit. de armis. & tit. de negotiis.

LXIIII. Non debent miniſtrare, vel baptizare in oratoriis, quę intra domos ſunt ſine licentia Epiſcopi, aliter deponendi, ex 6. Sinod. Conſtantinop. can. 31. cap. clericos. de conſecr. diſt. 1. Conc. Trid. ſeſſ. 22. decret. de euit. & obſer. vbi tamen prædicta pœna non ſtatuitur, & de hoc ſupra eſt actum.

LXV. A mundi voluptatibus debent abſtinere, fugere ſpectacula, & pompas vanas, ac turpia conuiuia, vſuris operam non dare, nec turpi lucro, vel fraudi, & abjicere amorem pecuniæ, quaſi cunctorum criminum materiam: ſecularia negotia vitare, gradus per ambitionem non ſubire, pro ſacramentis munera non accipere, dolos, & coniurationes cauere, odium, æmulationem, obtrectationem, & inuidiam, nō vagis oculis eſſe, infreni lingua, inceſſu tumido: ſed mētis pudorem, ſimplici habitu, & inceſſu oſtendere, obſcenitatem verborum, vt & operum omnino execrando, mulierum familiaritatem vitando, caſtitatem corporis perpetuò colendo, ſuperioribus obediendo, & in doctrina, pſalmis, & orationibus iugi exercitio incumbendo, ex Conc. Moguntiaco. c. 10. nec ſuperiores temerè iudicando, ex Conc. Aquiſgranen. c. 102.

LXVI. Non poſſunt ſine authoritate Epiſcopi eccleſiam conſtituere cenſualem, ſub tit. de pactionibus licitis, &c. part. 28. c. 8. aliter ea ſunt priuandi. ibid.

LXVII. Si duellum ſuſcipiunt, vel offerunt ſunt depoponendi, niſi Epiſcopus cum eis miſericorditer diſpenſet, ſi inde homicidium non eſt ſequutum. tit. de depoſ. cler. p. 26. tomo III. Conc. cap. 5. cap. 1. de cler. pugn. Hodie verò ex Conc. Trid. incurrerent excommunicationem, & pœnas contentas in cap. 19. ſeſſ. 25. d. Conc. & ex Bulla ſanctiſſ. Clementis VIII. circa hoc. Si verò clericus ex aliquo facto neceſſitatis duellum ſuſcipit, licet neceſſitas fuerit euitabilis, non debet deponi, ſed mitius puniri, vt ibi dicit Abbas; quod tamē hodie non crederem attendendum, ſed diſpoſitionem Conc. Trid. ſi neceſſitas fuit euitabilis, & non iuſta & maximè ex d. Bulla.

LXVIII. Non debent homicidium committere: aliàs

Digitized by Google

ab ordine ſunt deponendi,ex Conc.Triburien.cap.11. ſi tamen quis præſens ſit vbi eſt homicidium commiſſum, & in nullo homicidio conſenſu,conſilio, vel alio modo operam dedit, nil ei obeſt, vt ibi dicitur; & quòd homicidæ ſint deponendi,probatur in c.presbyter.81.diſt.in cap.cum non ab homine.de iudic.in cap.inquiſitionis.de accuſat. ſiue cōmittatur à clericis facto, vel lingua, ſcilicet adhortatione, vel præcepto,aut conſilio:vt dicit gl.in cap. ſicut dignum.§. clericos. de homic. & poſt depoſitionem ſunt in monaſterium detrudendi.d.c.cum ab homine.c.tuæ.de pœnis.Anan. in c. 1. de patrib. qui fil. quæ tamen detruſio non debet eſſe perpetua,ſed minori tempore debent ibi manere, & prætereà priuantur beneficiis per ſententiam, quibus ipſo iure ob id non ſunt priuati.Abb.& Feli. in d. c. inquiſitionis. qui teſtantur de communi.Dec.conſ.166.in princ.1.vol.poteſt tamen Epiſcopus iure communi cum homicida diſpenſare. c.2. de cler. pugn. in duell. ſi tamen quis impetraret beneficium talis in euentum priuationis non poſſet cum eo Epiſcopus amplius diſpenſare, cùm ius ei ſit quæſitum. Dec. conſ.105.in fi.crederem tamen hodie Epiſcopum non poſſe cum homicida diſpenſare,quò ad ordinem, ex c.liceat. ſeſſ. 21.in Trid.Conc.ſi ſit voluntarium, quo verò ad beneficium poteſt tantum fortè diſpenſare in retentione ſimplicis. Vbi tamen homicida non venit puniendus pœna ordinaria, etiam clericus non incurreret pœnas prædictas, & prædicta etiam intelliguntur ſi homicidium ſit iniuſtum:ſi enim iuſtum,ſecus eſt. Diaz.verbo, Homicidæ. qui & ibi allegat Hippol.& Iacob. Boul. enumerantes multos caſus, quibus homicidæ non imponitur pœnaordinaria.Quòd ſi clericus mandet Chriſtianum occidi per aſſaſſinos,vel mandans, vel eos receptans,vel occultans, incurrit ipſo facto excommunicationem,& ipſo facto deponitur ab ordine,dignitate, officio,& beneficio,& beneficia poſſunt alij liberè cōferri. c.1. de homic. in 6. & ſufficiunt ad id probandum argumenta probabilia, vt ibi dicit Philipp. & habetur pro degradato actualiter, adeò quòd iudex ſecularis abſque reali degradatione,poteſt eum punire.Lup.& Gemin.ibi. Boërius. q. 69. num.10. ſi tamen mors inde non ſit ſequuta pœna extraordinaria venit puniendus. Diaz.verbo,per aſſaſſinos.Quòd ſi parētes occiderit,aut Epiſcopum,vel presbyterum, debet,vt ſupra deponi,& ſi in minoribus ſit degradari, & tradi curiæ

 ſeculari,

Digitized by Google

ſeculari, in ſacris verò exiſtens non eſt tradendus curiæ ſeculari, niſi ſit incorrigibilis. Aret. in c. cùm non ab homine. Diaz verbo, Parricidæ. Si verò veneno occidit eſt deponendus, & longius detrudendus, cùm ſic proditoriè occidat. Anan. in c. 1. de homic. in c. 1. de ſortil. Dec. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. quæ pœna depoſitionis procedit, etiam ſi mors inde non ſit ſequuta, vt dicit Diaz verbo, Venefici. Anan. in rubr. de patribus. quòd ſi truncationem membri fecit, vel mandauit, priuandus eſt officio, & beneficio c. clericis. vbi Io. And. ne cler. vel mon. quæ tamen pœna non procedit ſi membrum tantum debilitetur, vt ibi dicit Abb. cùm non ſit irregularis.

LXIX. Si excommunicati, vel ab officio ſuſpenſi, diuina celebrare præſumunt, ab officio, & beneficio ſine ſpe reſtitutionis deponuntur, & infames, ac inteſtabiles ſunt, ex Conc. Alemaniæ. c. 6. & ſunt irregulares. c. 2. de cler. excom. & ſi coram nominatim excommunicatis, vel interdictis celebrant, ſuſpenſionem incurrunt, & ſi ea durante, miniſtrāt, fiunt irregulares. c. is qui. de ſent. excomm. in 6. d. c. 1. & 2. de cler. excomm. cap. Epiſcoporum. de priuileg. in 6. Et ſi in eccleſia interdicta, fiunt irregulares. d. c. is qui. §. fi. qui excommunicati debent ab Epiſcopis publicari. ex eod. Concil. Alemaniæ. c. 8. & ſimiliter recipiens ordines in excommunicatione exiſtens, eſt deponendus ab illo ordine. Abb. in c. cùm illorum. de ſent. excom. & cum eo ſolus Papa diſpēſat, cùm ſit irregularis, & idem ſi ſuſpenſus, vel interdictus ordines ſuſcepit, quia fit irregularis. Ang. verbo. Irregularitas. §. 22. Silu. de verbo. verſ. ſecundò quæritur: & proinde ſunt etiam beneficiis priuandi ſi in irregularitate recipiunt beneficium: ſic enim collatio non tenet, & ſi in irregularitate celebrant, ſunt deponendi. Nau. c. 16. nu. 249. cap. fraternitati. de cler. excom.

LXX. Miniſtri, vel procuratores laicorum eſſe non debent. tit. de cler. depoſ. p. 26. c. 17. vel cauſa lucri negotiati. tit. ne cler. vel. mon. p. 26. c. 2. cum ſeq. de quo caſu dictum eſt ſupra; ſi tamen is ſit conſtitutus procurator ab aliqua vniuerſitate non poteſt recuſari. Capel. Toloſ. deciſ. 131. qui & licèt non poſſit eſſe procurator laici generaliter coram iudice ſeculari, ſecus tamen eſt ad aliquam cauſam ſpecialem, ex cauſa. Doct. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit.

LXXI. Con

Digitized by Google

LXXI. Concubinis nil in teſtamento relinquere poſſunt, ex Conſtit.oxion. §. & ſi fortè. nec impignorare, aut vendere eccleſiam ſuam conſanguineis propriis, ibi. §. eccleſiarum. & hodie ſic facientes, etiam extraneis, alienando bona eccleſiæ,vel permutando, aut locando vltra triennium citra conſenſum ſedis apoſtolicæ, niſi in caſibus ibi expreſſis,incurrunt excommunicationem, & priuationem beneficij ipſo facto, & inhabilitatem ad alia obtinenda, & contractus eſt ipſo iure nullus. c. ambitioſæ.de rebus eccleſ. non alienand. in extrauag.com.niſi conſuetudine receptum ſit, vt permutatio fiat coram ordinario, quæ valet. Et ſi is vendit ipſam eccleſiam committit ſimoniam, iuxta cap. 1. cum ſequent. de ſimon. de quo infrà. caſu 76. & quod dicitur eos non poſſe donare concubinis, idem ſentit Capyc. deciſione 102. niſi in caſibus, de quibus Anch. conſ.247. Crau. conſil.229. Alciat. de præſumpt. præſumpt. 26.num.3.

LXXII. Non debent concubinas tenere publicè, ex dicta Conſtit.oxion. §.addẽtes.aliter fornicarij publici ſunt ſuſpenſi ipſo facto ab officio, & ſi ante actam pœnitentiam miniſtrant, fiunt irregulares à ſolo Papa abſoluendi. Conar.in clem.1.2.p.§.1.nu.5.de homic. & ſunt ſpoliandi officio, & beneficio, ex Conc. Alemaniæ. c.1.2. & de hoc dictum eſt ſupra,& dixi de Caſibus Reſeru.caſu 1.tract.de Suſpenſione. num.19.verſ.ſecundo. & hæc intelligenda, vt ſuprà,caſu 26.

LXXIII. Clerici alieni non debent alibi dignitates habere, ſed qui ſunt in propria eccleſia, ex Sin.8 generali. cap. 13. niſi de licentia proprij Epiſcopi, vt ſuprà eſt dictum, vel ſi ſint ei ſubiecti, vel ſi in propria eccleſia idonei non adſint, & extra eam extantes digniores ſint, cùm beneficia dignioribus ſint conferenda, vt dicit Lamb. de Iure Patron.libro 2.p.2 quæſt.10. art.3. & dixi tract. de ſtatu Epiſc. cap 4. num.5. vbi explicaui, quando extranei ſint præferendi iis qui ſunt de gremio eccleſiæ,cum teſtimonio tamen proprij.

LXXIIII. Iura laicorum ſibi vendicare non debent, nec è conuerſo, ex Concil. Lateran. ſub Innocentio III. c.42.

LXXV. Non debent perſonis ſecularibus ſine cauſa fidelitatis iuramentum præſtare. eod. Concil.cap.43. & ſine licentia

Digitized by Google

licentia Epiſcopi, nec in cauſa criminali coram laico teſtificari. c. teſtimonium. 11. q. 3. Abb. in c. de cætero. de teſtib. cog. In ciuili verò ſic de Epiſcopi maximè licentia, vt tutius agatur. Abb. & Felin. in c. 1. de iuram. calum.

LXXVI. Simoniacè à patronis ad eccleſias præſentati, officio & beneficio ſunt priuandi, nec reſtituendi ſine apoſtolica diſpenſatione, ex Conc. Alemaniæ. c. 10. & Tolet. VIII. can. 3.

Pœna Simoniacorum.

Hodie verò ſimoniaci præter depoſitionem ab ordine, & beneficio, ſi ſimonia ſit commiſſa in ordine, & beneficio, iuxta c. de hoc. de ſimon. c. cùm ſuper. de confeſſis, ſi ſit commiſſa in ordine non ſolum non permittit executioně illius ordinis ſuſcepti ſimoniacè, ſed etiam impedit executionem omnium aliorum. Innoc. in c. per tuas. & in c. tãta. de ſimon. Præpoſ. in c. ſtatuimus. 1. q. 1. & incurrunt hodie ſimoniaci in ordide, vel beneficio, excommunicationem Papæ reſeruatam, priuationem beneficij ipſo facto. c. cum deteſtabile. de ſim. in extrau. com. & in hoc crimine proceditur per ſola ſigna, & admittuntur præſumptiones. Abb. in c. ſicut. de ſim. & admittuntur ad accuſandum ſimoniacum, ſerui, meretrices, & criminoſi, ac ſocij criminis. c. tãta. c. per tuas. 1. vbi Doct. de ſimo. & accuſatus tantummodo ſuſpẽditur ab executione ordinis. c. accuſatum. de ſim. ſi verò ſit commiſſa in collatione ſacramentorum inducit peccatum mortale: ſed non excommunicationem, & de his latius agitur, ſuprà tract. de Simon.

LXXVII. Non debent quid agere ſine licentia proprij Epiſcopi, nec presbyteri in ſua parochia ſine ea Miſſas celebrent, ex Concil. Tribur. cap. 32. quod intelligitur de presbyteris non intitulatis, quia Parochi, & alij beneficiati, eo ipſo admiſſi intelliguntur ad executionem ordinis quem requirit beneficium. arg. cap. fin. de reſcript. in 6.

LXXVIII. Clerici inferioris ordinis non debent accuſare conſtitutum in ſuperiore, ex Concil. Moguntiaco. c. 12. quod ex reuerentia intelligitur, & conſilio, vel quod id intelligitur, quod Epiſcopum non poſſunt accuſare, vt ſuprà eſt dictum: de aliis enim id non inuenitur nunc eſſe prohibitum.

LXXIX. Non poſſunt venire ad militiam, vel aliam mundanam dignitatem, ſub pœna anathematis, ex Sin. Tribu

Digitized by Google

Triburienſi cap. 27. cap. 1. ne cler. vel mon. de quo ſuprà eſt dictum, vbi de negotiis ſeculi à clericis cauendis eſt actum.

LXXX. Non poſſunt de his quæ intuitu eccleſiæ acquiſierunt, condere teſtamentum. tit. de alienat. rerum eccleſiæ. p. 30. c. 5. quod intelligitur niſi impetrato à Papa priuilegio. Dec. conſ. 157. Clar. tract. de teſt. q. 27. §. teſtamentum. vel ſi id præſtet conſuetudo, ſaltem ad vſus pios. Couar. in c. cùm in officiis. de teſtam. vel ſaltem eo caſu ſtante tali conſuetudine ſuccedent ei venientes ab inteſtato, qui & teſtari poteſt de quæſitis ſuis laboribus. Clar. d. q. acquiſita tamen per curatum præſumuntur quæſita ex bonis eccleſiæ, niſi contrarium ex coniecturis eliciatur. c. 1. vbi Abb. de pec. cler. Soc. conſ. 216. lib. 2. & ſi hæres curati ſit in poſſeſſione, incumbet ſucceſſori eccleſiæ onus probandi, intuitu eccleſiæ eſſe quæſita; & de his dixi in tract. de Teſtam. vbi egi quis poſſit teſtari, ſub c. 58. ver. quis poſſit teſtari.

LXXXI. Non debent apud ſe libros habere res leues, vel iocoſas continentes. Conc. IIII. Mediol. tit. de vita, & hon. cler. & minus hæreticos, vel aliàs vetitos, aliàs ſcienter id agentes incurrunt excommunicationem Bullæ, ex Bulla Cœnæ. caſ. 1. & Indice Rom. lib. prohib.

LXXXII. Non debent incedere perſonati, vel laruati, nec comediis, vel haſtiludiis interſint, ludíſve alearum, aut ſaltationibus vacent, vel interſint, nec pila maiori ludant, aut globis, qui malleis ligneis impelluntur, conceſſo tamen ludo paruæ pilæ gratia valetudinis, ſi ſecreto, & ſine pretij appoſitione fiat. Conc. I. Mediol. tit. de armis, ludis, &c.

LXXXIII. Pannis viridibus, vel rubeis vti non debent, vt habitus decentia morum intrinſecam honeſtatem oſtendant, habentes habitum non expectoratum, ſed à collo deſuper vndique clauſum, à manicis lateribus, & retro, nec veſtes ſericeas deferre debent exteriores domi, vel foris, niſi ex ſanguine regio, vel ducali ſint orti, veſtes verò thalares ſint, non fronciatæ, vel partitæ, nec nimia amplitudine ſuperfluæ, vel nimis breues, vel plus æquo ſtrictæ, ſic tamen, vt in eis honeſtas non faſtus cernatur, nec camiſiæ fronciatæ ſint, nec veſtes pariter laceræ ſint, nec caligas partitas, vel ſcacatas deferãt, nec circa genu diſſutas, nec calceis lunatis, vel feneſtratis vtantur, nec annulos geſtent, niſi ex digni

Veſtes clericorum quales eſſe debent.

dignitatis gradu eis conueniant, ex Conc. Senonenſi. c. 23. & 24. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. nigro tantum colore vtantur niſi ex dignitate alius conueniat, veſtes talares ſint, nec à ceruicibus in tergum reflectãtur, nec caligæ turgidæ ſint, mantelletto non vtantur niſi Prælati ſint, tonſura eis appareat, labrum ſuperius eis ſit raſum, comam & barbam non ſtudioſè nutrientes. Conc. I. Mediol tit. de clericorum veſtitu; iidem in obitu cognatorum, veſtes lugubres induere nõ debent; ex Conc. V. Mediol. tit. quę ad clericorum honeſtatem pertin. Zerola in praxi. ep. Clericus. num. 14. Ij præterea in habitu congruo, & tonſura incedere debent. clem. vt ij qui de ætate, & qualit. cauendo ne veſtes virides, rubeas, vel varij coloris, nimis molles, prolixas, vel nimium breues induant; aliàs per ſex menſes ſuſpenditur beneficiatus à perceptione fructuum beneficij, in aliis ordinibus verò citra ſacerdotium conſtituti per id tempus inhabilitanter ad beneficium obtinendum, ſacerdotes verò per annum; habentes verò curam, vel beneficium cum dignitate per annũ priuantur fructibus beneficij. d. clem. vbi gl. & idem ſtatuitur in Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & in Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura, qui vlterius beneficiatis addit priuationem beneficij, ipſo facto: habitus verò clericorum debet eſſe nigri coloris, ſi per dignitatem alio vti non liceat, cum veſte talari, & birreto cum cruce, vel ad formam crucis cõfecto, & cum tonſura decenti, vt dixi de Caſibus Reſer. caſu 4. qui etiam vti non debent fulgidis veſtibus, & vnguentis. cap. 1. 21. q. 4. Abb. in cap. clerici. de vita, & hon. cler. quæ intelliguntur, niſi rationabilis cauſa adſit, vt quia opus ſit eos mutare habitum ad vitam tuendam, vel in aliqua ſolemnitate nuptiali, iuxta morem regionis. Imol. in clem. 2. de vita, & hon. cler. vel niſi ita pauperes ſint, vt alium habitum non habeant, niſi qui ſibi donatus ſit, vt dicit Cucch. tract. de vita, & hon. cler. nu. 14. & 15. qui & abſtinere debent à frenis, ſellis, & pectoralibus deauratis, fibulis, vel zonis auro, vel argento ornatis, & clerici clauſas in ſummo manicas habere debent: Epiſcopi verò in publico, & in eccleſia ſuperiores veſtes lineas habere debent. cap. clerici. cap. pen. de vita, & hon. cler. & clerici in equitando contractiori habitu vti poſſunt, ſic tamen vt clerici eſſe dignoſcantur. Concil. IIII. Mediol. tit. de vita, & honeſt. cler. & huiuſmodi, vt ibi habetur, & per Cucch. loco cit. & in Bulla Sixti V. ſtatuitur obtinẽtes penſio

penſiones ſupra ſexaginta aureos habitum clericalem deferre teneri.

LXXXIIII. Non debent facere ſe promoueri ad ordines ſacros extra tempora, vel ante ætatem legitimam, vel ab alieno Epiſcopo, ſine diſpenſatione, aliter ab executione ordinum ſuorum ſint ſuſpenſi, & ſi interim miniſtrant, incurrunt irregularitatem, ex Conſtit. Pij II. incip. Cum ex ſacrorum. Conc. III. Mediol. tit. de his quæ partim ad ordinis ſacramentum, &c. vel ſine patrimonio ſufficienti, vel aliàs inhabiles, aliter ſuſpenſi ſunt ab executione ordinum, & egent apoſtolica diſpenſatione, & etiam eos ordinâtes, ex dicta Bulla Sixti V. contra clericos malè promotos, nec ſine patrimonio ſufficienti, vel beneficio, quod ſit perpetuum, non enim ſat eſt titulus Vicariæ temporalis, vel beneficium amouibile. Abb. in c. Michaël. de fil. presb. poteſt tamen quis ordinari ad titulum ſeminarij, vt ſeruiat beneficio ei vnito, vel patrimonij ſibi donati à patre, vel alio, modo ibi non ſit colluſio, quod debet eſſe ſufficiens ad victum arbitrio iudicis. Nauar. conſ. 18. de temp. ord. & poteſt etiam quis ordinari vbi eſt penuria clericorum ſine patrimonio, & beneficio, ſi diues ſpondeat fideiuſſore dato ſe miniſtrare neceſſaria ordinato, ex deciſ. congreg. ordinatus tamen ſine patrimonio, vel beneficio, non eſt ſuſpenſus, ſi nil finxerit, ſed Epiſcopus tenebitur. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 6. & de hoc agitur latè in tract. de Sacram. Ordinis, & dixi tract. de Caſibus Reſer. cap. de Suſpenſione. verſ. quarto. Clericus. vbi prædictam Bullam Sixti V. expoſui.

Aduertendum autem circa dimiſſorias ad ordines; quòd dari poſſunt ab Epiſcopo originis, & domicilij. cap. nullus. de temp. ordin. in 6. intelligitur verò quando quis aliquò à teneris tranſtulit domicilium, & ibi moratus eſt vſque ad tempus promotionis, quia ſic poteſt ſcire mores, & vitam eius, vt pluribus probat Zerola in praxi ep. verbo, Dimiſſoriæ dicens etiam Epiſcopum beneficij non poſſe eas dare, niſi à teneris ibi habitarit: & quòd nec Epiſcopus familiarem triẽnalem promouere debet, niſi eum optimè norit, & niſi ſeruatis contentis in cap. 5. & 9. ſeſſ. 23. in Tr. Cõc. ſubdens tamen ſeruari, vt dentur ab Epiſcopo domicilij ei qui per decenniũ ibi habitarit, & illuc tranſtulerit bona ſua cauſa habitandi, tertiò, vt pro natalibus informationes ſumantur à teſtibus originis, & prædicta procedunt etiam

quò

Digitized by Google

quò ad ordines minores. ex d. cap.5.8. & 10. ead. ſeſſ. qui tamen non eſſet ſuſpenſus, etiam quòd ante ætatem legitimam eſſet promotus, cùm iura de ſacris tantùm diſponant, niſi ordinatus ſit contra ordinantis prohibitionem ſub pœna illa latæ ſententiæ, ex Nau.cap.25.num.70. notab.5. crederem tamen etiam in minoribus ſic ordinatum ſine dimiſſoriis proprij Epiſcopi, eſſe ſuſpenſum, ex Bulla Sixti V. contra clericos malè promotos, & ſi is miniſtrat, ſolus Papa diſpenſat in irregularitate, ex d. Bulla, ſi tamen id ſit occultum, probabile eſt, quòd Epiſcopus diſpenſare poſſit, ex Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.6. de reform. Silua.4. p. quæſt.7. num.8. ver.3.

Quòd ſi ſciens prohibitionem, tamen ſuſcepit ordines ante ætatem, vel ſine literis dimiſſoriis, vel ſine titulo patrimonij, ſi non exercuit ordinem, dicit Zerola ibi num.3. quòd ab Epiſcopo poteſt abſolui, & quòd ſimiliter ſi exercuit ordinem, & eſt occultum, Epiſcopus poteſt abſoluere, & diſpenſare, & idem dicit, ſi ignorabat id eſſe prohibitum, & ante miniſtrationem eum pœnituit, & eo magis ſi non exercuit ante ætatem, ſed eam expectauit, his enim duobus caſibus dicit, eum non egere diſpenſatione, niſi excommunicatio feratur ab Epiſcopo latæ ſententiæ, dum ordinat, contra ſic ordinatos. Et licet prædicta iure communi ſuſtineri poſſint, tamen ſic ordinatus ante ætatem, vel ſine literis dimiſſoriis, vel aliàs illegitimè, ſuſpenſus eſt ab executione ordinum, & ſi in iis miniſtrarit etiam minoribus tantum ſit irregularis, & omnibus officiis, & beneficiis eccleſiaſticis, eo ipſo priuatur, & in pręmiſſis tam abſolutio, quàm diſpenſatio etiam in foro conſcientiæ Papæ reſeruatur, ex Bulla Sixti V. contra clericos malè promotos, etiam ſi non miniſtrarit, niſi iuſtus error, & probabilis facti ignorantia eum excuſet, vt habetur in d. Bulla, & concordat Zerola loco cit. & dixi lib. de Caſib. Reſeru. ſub cap. de Suſpenſione, vbi & dixi, dici patrimonium ſufficiens ex quo neceſſaria vitæ percipiantur. cap. cum ſecundum. c. Epiſcopus. de præb. iuxta loci, perſonæ, & eccleſiæ qualitatem, quod ſi chaſmate, vel alluuione perierit, Epiſcopus ei prouidere debet. cap. tuis. de præben. vbi & declaraui, quomodo interſtitia ſint obſeruanda, & Zerola loco cit. num.5. dub.1. dicit, aliquem poſſe ordinari ad eccleſiam receptiuam, quæ intelligitur, vt in Concil. Trident. ſeſſ.21. cap.2. qui & dub.2. dicit, ſatis eſſe,

quòd

quòd penſio, vel beneficium ſimul cum patrimonio ſufficiat ad vitam, licet per ſe ſatis non ſint, qui & dub.3. dicit, ſatis eſſe ſi prouideatur à populo de tali ſtipendio, quod ei ſatis ſit, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.

In litteris porrò teſtimonialibus debet exprimi, vt is poſſit ordinari à quolibet Epiſcopo gratiam, & communionem ſanctæ ſedis apoſtolicæ obtinente, ſi enim exprimeretur à quo Epiſcopo, & is alium ſubſtitueret, qui loco ius ordinaret, is poſſet promouere tantum ſubditos Epiſcopo, de cuius licentia ordines confert, ex declar. 2. ſac. congr.

II. Debet exprimi cauſa cur non poſſit à proprio ordinari. cap. 11. ſeſſ. 7. in Trid. Conc. vt ægritudinis. cap. 3. ſeſſ. 23. ſub cuius ægritudinis nomine veniunt omnia alia iuſta impedimenta. Franc. in c. vnico. de cler. non reſid. in 6.

III. Vt exprimatur ordinandum præuio examine idoneum repertum, aliàs literæ non valerent, ex d. cap. 3.

IIII. Vt exprimatur titulus ad quem promouetur. cap. 2. ſeſſ. 21. de reform. in Trid. Concil. Quòd ſi literæ dicantur amiſſæ, ſi non expirat tempus promotionis, alias expectare is debet, aliàs probabiliter admitti poterit, ſi per aliqua argumenta, teſtes, & inditia probet de earum tenore, licet tutius ſit etiam tunc alias expectare, cum, vbi amiſſæ ſunt ſine dolo, ei non currat tempus. Zerola loco cit. num. 6. quæ literæ teſtimoniales non debent eſſe vetuſtiores duobus, vel tribus menſibus à die vltimæ ſacræ ordinationis computandis, niſi concedens ſit abſens, vel legitimè impeditus, quæ & non expirant morte eas concedentis. Zerola loco citat. num. 8. & 9. qui & num. 10. dicit, Epiſcopum cenſuris publicè innodatum eas non poſſe cõcedere, vel eius Vicarium, & tunc poſſe clericos eius ſubditos ordinari à vicinioribus Epiſcopis, ſine dictis literis dimiſſoriis, quod non ſentio, qui & num. 7. & fin. dicit, Epiſcopum, vel eius miniſtros nil pro eis accipere debere, notarium verò non vltra decimam aurei, vbi non viget conſuetudo minus, vel nil accipiendi, niſi pro pluribus ſimul ſcribatur, & quòd iſta decima intelligitur, iuxta regionem, vbi plus, vel minus aureus æſtimatur, & quòd etiam pro literis commiſſorialibus Parocho directis de ſumenda informatione, poteſt hæc decima etiam accipi vltra dimiſſoriales, & quòd nil poteſt accipi pro præſentatione literarum, & quòd plus dans non recipit ordinis executionem. cap. 1. de ſim. & ordinans excommunicatio-

nem Papalem ſic accipiens,incurrit.Nau cap.25.nu.3.notab. 4.5.& 6. cap. 15.num.69. notab. 2. ſi quid tamen liberaliter poſt eas habitas donetur, non cenſerem incurri dictas cenſuras,ſecus ſi ante,vel pactum deſuper fiat,aut exactio.

LXXXV. Non debent ſacerdoti in Miſſæ ſacro inſeruire prius quàm eo in munere ante inſtructi ſint.Conc.IIII. Mediol.tit.quæ pertinet ad ſanctiſſimum Miſſæ ſacrificium.

LXXXVI. Non debent occupare iura, vel iuriſdictiones eccleſiarum, vel operum piorum, aliàs excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt. ſeſſ.22. cap.11. in Trid. Concil.

LXXXVII. Si blaſphemant Deum, B. Virginem, vel Sanctos,fructuum,vel bonorum priuatione, vel aliis pœnis puniri debent,ex reform.Cleri Germaniæ.cap.29.

Hodie verò ex Concil. Lateran. ſub Leone X. Clericus blaſphemus prima vice priuatur fructibus beneficij vno anno,ſecundo beneficio ſimplici eſt priuandus,tertia vice omnibus beneficijs eo ipſo priuatur, & in exilium mittitur, ſi verò beneficio caret, prima vice pœna pecuniaria, vel corporali puniatur,ſecũda,carceribus mancipetur,tertia, ad triremes mittatur,quæ procedũt ſi blaſphemet Deum,vel Dominum Ieſum Chriſtũ, vel Beatam Virginem, qui reliquos ſanctos arbitrio iudicis pro qualitate blaſphemiæ,& modo, loco,&c.ex Bulla 6.Pij V.incip. Cum primum.

LXXXVIII. Non debent ſi Archidiaconi,vel alij habentes perſonatus ſint.exire ad leges, vel Phyſicam audiendam.cap.ſuper ſpecula. ne cler.vel mon.niſi Parochi ſint ſub ſe capellas non habentes, ij enim in dicta prohibitione non comprehenduntur.cap.1.eod.in 6. illi verò non poſſunt ſine Papæ diſpenſatione,niſi gymnaſio publico tale priuilegium conceſſum ſit, vt clerici ibi exiſtentes, eas audire poſſint, & ex Concil.Lateran.ſub Leone X.ſeſſ.8.ſtatuitur ne quis clericus in ſacris conſtitutus, in gymnaſiis publicis, audiendæ Philoſophiæ,vel Poëſi,poſt Grammaticam, & Dialecticam vltra quinquennium, ſine aliquo ſtudio Theologiæ, vel ſacrorum canonum incumbere debeat.

LXXXIX. Cauere debet in ordinibus ſuſcipiendis ea quæ latè traduntur Tomo IIII. tract. de Sacram.Ordinis.

XC. In Miſſa celebranda,& ſacramentis adminiſtrandis cauere debent ab iis quæ dicto Tomo tract.de Miſſa, & Sacram.habentur.

X C I. In beneficiis adipiſcendis cauere debent ne agant contra ea quæ dicta ſunt tract.de Elect.cum ſeq.

X C I I. Cauere debent ne cenſuras incurrant, de quibus latè traditur in d. Tomo I I I I. ſub tract. de Cenſuris.cum ſeq. & dixi lib. de Caſib.Reſer.aliquid circa idem, qui ſi ſuſpenſionem incurrant circa ea quæ per actum ordinis non exercentur, vt ſi ſuſpenſi ſunt ab eligendo, contraueniens non incurrit irregularitatem, ſecus ſi ſuſpenſi ſunt ab actu ordinis,& contraueniant. Capra.reg.83. num.2. & 20.& ſi is committit delictum ob quod venit beneficio priuandus, tenetur reſtituere fructus à die commiſſi criminis, etiam ſi non extent,nec factus ſit locupletior, & ad eos quos percipere potuit, licet habeat ius in re, donec ſit priuatus. Clarus d.§.fin.quæſt.37. Suarez Clericus.num. 106. quod intelligitur poſt ſententiam, & in foro exteriori, quod tamen fortè non ſeruatur, in foro verò conſcientiæ etiam ipſo iure priuatus beneficio, non tenetur illud dimittere, niſi initium ſit vitioſum,vt quia ſimoniacè illud obtinuerit.arg.cap.1.de reg.iur.in 6.

X C I I I. Cauere debent ne ſint ſchiſmatici, ſi enim à capite Epiſcopo diſcedũt, niſi coram Epiſcopis vicinis conquærantur,vt eorum cauſa audiatur, debent loco priuari,ex Concil.II. Carthag. cap.2. ſi verò contra Romanam Eccleſiam,debent degradari,& curiæ ſeculari tradi.cap.de liguribus.23.quæſt.5. Io.And.Abb.& alij in cap. cum non ab homine. de iudic. aduertendo, quòd aut quis credit eccleſiam eſſe apud vnum tantum qui ex pluribus ſe gerunt pro Papa, & tunc,ſi erret,erit ſchiſma ſine hæreſi, aut credit quòd eccleſia penes duos conſiſtere poſſit, & eſt ſchiſma cum hæreſi, vt ibi dicit Abb. & ſic degradantur, non tamen ſic in priori, & etiam degradantur ſic faciunt nouam ſectam,vel noua ſtatuta contra Romanam eccleſiam.Abb.& Aret.in d. cap.cum non ab homine.

X C I I I I. Non debent eſſe apoſtatæ,aduertendo,quòd triplex eſt ſpecies apoſtaſiæ, *à fide,obedientia,& ab ordine:* vt dicit glo. in cap. 1. de apoſtat. & quò ad primum is reducitur ad hæreſim, & punitur pœna hæreticorum, qui verò recedit ab ordine, dimiſſo habitu redeundo ad ſeculum,vel exeundo à religione,vbi profeſſionem emiſit,vel abjiciendo veſtem religionis, vel clericalem, vel ducendo vxorem ſi ſit in ſacris; repellitur ab accuſatione, & teſti- *Triplex eſt Apoſtaſia.*

monio,& eſt infamis ipſo iure.c.alieni.2. quæſt. c.beatus. 3.quæſt.4. Hoſt. in ſum. de apoſtat.§. quot ſpecies. nec poteſt eligi ad dignitatem.c.legi.16.q.1. & clericus monitus,ſi ſe non correxerit, eſt deponendus.c. præcipimus.21.q.4. & priuatur priuilegio clericali.cap.1. eod.tit. & hæc ſi de apoſtaſia conſtat, & ſi de hoc ſit grauis infamia, tenetur ſe purgare.cap.tuæ.eod.tit.& ſi clericus non corrigitur, carceribus eſt mancipandus,niſi reſipiſcat.cap. à nobis. eod. tit. ſi verò eſt apoſtata ex inobedientia infamis efficitur, durante apoſtaſia,& repellitur à teſtimonio,& excommunicatur. Hoſt. loco cit. §.qualiter. ſi verò non vult obedire Papæ, vel eius conſtitutionibus credendo eum nõ habere poteſtatem, punitur,vt hæreticus, ſi verò ex contemptu, & ſit incorrigibilis traditur curiæ ſeculari,& excommunicatur.Abb.in d.c.1. & aliter punitur, vt dixi ſupra, etiam tract.de Apoſtaſia, & de Regularibus.

XCV. Sic etiam cauere debent ne verbis,vel ſigno pandant peccata eorum,qui ſibi confeſſi ſunt,aliter peregrinari debent toto tempore vitæ. cap.ſacerdos. de pœnit. diſt.6.& deponi,de quo dixi latè tract.de Pœnit.cap.de Sigillo Conf. aduertendo, quòd ſi aliundè id quis ſciuit, & reuelat, debet id probare quòd aliundè ſciuit. Abb.in d. cap.omnis. etiam ſi dicat,quòd pœnitens ſibi dederit licentiam reuelandi, niſi etiam id probet.

XCVI. Similiter cauere debent ne ſortilegia committant,aliter deponi debet,& in monaſterium detrudi ad pœnitentiam agendam. Abb.in cap, at ſi clerici. de iudic. & ibi Dec.col.2. Aret,in cap. cum non ab homine. de iudic.attendendo ad qualitatem delicti, & ad intentionem id agentis, iuxta quod ſuperior habet minuere pœnam, vel augere. Aret.in cap.2.de ſortileg.& quòd debeant deponi,& in monſterium trudi ſtatuitur in Concil.Lateran.ſub Leone X.ſeſſ. 9.& idem de conſulente aruſpices,ariolos,incantatores,ſortilegos,& magicam artem exercentes.cap.ſi quis Epiſcopus. 26.quæſt.5. & ſi celebrarunt ſuper rebus aptis ad faciendum ſortilegia, & adhibitis nefariis precibus, & verbis ſuperſtitioſis, deponi debent. d.cap.ſi quis Epiſcopus. & ſimiliter ſi celebrant, vt Deus perdat aliquem, dicendo Requiem pro viuis ad hoc. Abb. in cap. quidam. de celebr. Miſſ.& huiuſmodi ſortilegi, ex Bulla Sixti V. ſubduntur officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis.

XCVII.

Digitized by Google

XCVII. Pariter cauere debent ne omittant baptizare infantem ſibi commendatum, aliter ſi ſine baptiſmo moritur, deponi debent.cap.quicunque.de conſec.diſt. 4. vel ne omittant bene cuſtodire Euchariſtiam, aliter ab officio tribus menſibus ſuſpendi debent.c.1.de cuſtod.Euchar.& grauius pro modo culpæ.arg.c.de cauſis.de offic. deleg. cum & ob negligentiam tantum quis poſſit priuari beneficiis, poſt monitionem tamen & in grauibus.Card.conſ.55. Phil. in c. ad apoſtolicæ. §.fi.in fi.de re iud.in 6.

XCVIII. Cauere etiam debent ne beneficia obtineãt, quæ eorum patres obtinuere nulla perſona mediante, aliter non valet collatio.c.apoſtolica.8.q.1 c.ad præſentiam. cum duobus ſeq.cap.ad extirpandas.c.quoniam.de fil.presbyt. & etiam ſi ſint legitimi, quia adhuc non poſſunt habere beneficium paternum, nulla mediante perſona. Archid. Gemin. Præpoſ.in d.c.apoſtolica.Butr.in d.c. ad extirpandas hac tamen differentia, quòd illegitimus patre viuente non poteſt habere aliud beneficium in eccleſia, in qua pater præeſt de præſenti, licet poſſit habere eo mortuo, modo paternum non ſit, legitimus verò id poteſt obtinere. Doct. in cap. ex tranſmiſſa.de fil.presb. Sic etiam cauere debent ne in beneficiis intrudantur,quod fit cum obtinentur abſque facultate eius ad quem pertinet collatio.Abb.in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. vel à ſuperiore publicè excommunicato, interdicto,vel ſuſpenſo.Fel.in cap. in noſtra. de reſcript. vel aliis modis qui notantur per Gemin.in c.propter.col. fin.19. diſt.& dixi in tract.de Elect.& impetratione, & qui ſcienter ſic ingreditur curatum, eo ipſo iure priuatur. c. eum quem. de præb.in 6.& idem ſi id recognoſcunt à laico, qui etiam ab officio deponuntur.c.per laicos.16.q.7.c.relatum. de iure patr.& collationes huiuſmodi ſunt irritæ, ex Conc. Later. ſub Leone X.ſeſſ.10.§.& quia ſæpius. Sic etiam cauere debent ne occupent beneficium viuentis, aliter eo ipſo facto ſunt priuati, nec poſtea id obtinere poſſunt ſine apoſtolica conceſſione.Abb.in cap.1.de conceſſ.præb.& etiam ſi obtinent aliud beneficium à Papa, tenentur de prima inuaſione mentionem facere,aliter impetratio non valet, vt ibi dicit Abb.& Fel.in c.in noſtra.nu.26.de reſcript.& ſi ſit Epiſcopatus,debent etiam deponi.Abb.ibi.qui & ſi habent parochiales,tenentur infra annum à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, vel ſi per eos ſtetit quominus obtinerent, facere ſe promo-

ueri ad ſacerdotium,aliàs iis eo ipſo priuantur.cap. licet canon.cap.commiſſa.de elect. in 6. niſi iuſtum adfuit impedimentum;vt dicit Ioan.Monach.in d.c. licet. vt ſi Epiſcopus non adfuit,vel non potuit,aut noluit eum ordinare, ſi modo ei non dedit licentiam,vt ab altero promoueretur, vel ſi incurrit irregularitatem ſine culpa,vt ob amiſſionem oculi, vel infirmitatem, vt ibi dicit Io.Mon. Si tamen quis habet capellaniam requirentem ordinem ſacerdotalem, non priuatur ipſo facto ea niſi requiratur,& moneatur. Rota deciſ. 700.in antiq.& vbi impedimentum ſubeſt ex parte Epiſcopi,tutum eſt, vt beneficiatus proteſtetur per eum non ſtare quominus promoueatur Feli.in c.ex trāſmiſſa. de præſcript. de his etiam latius dixi in materiis beneficialibus.

XCIX. Sic cauere debent ne ſint calumniatores falſa crimina alicui proponentes.c.ſi quem.§. notandum. 2. q. 3. Butr.in rubr.de calum.aliàs priuantur officio, & verberati publicè in exilium mitti debent.cap.quia iuxta.5. q.6. cap.1. de calum. quæ tamen non eſt pœna ordinaria calumniatoris, ordinariè enim punitur ea pœna qua erat puniendus accuſatus,ſi crimen eſſet probatum,& ſi illa pœna ei non congruit,puniri debet pœna prædicta, vel alia corporali. Butr. & Abb.in d.cap. 1. & præterea clericus calumniator ſuſpenditur ab officio, & beneficio, donec innocentiam ſuā purget.cap.fi.eod.tit.etiam ſi intendere pœnitentiam tantum,& non pœnam eſſe imponendam, ſi verò objicit crimen electo,vel poſtulato,& deficit in probatione, triennio ſuſpenditur à beneficiis,& ſi interim ſe illis immiſceat, eo ipſo illis priuatur,niſi à calumnia ſe purget.c.1.de elect.in 6. Si verò non de electo agitur pœna erit arbitraria c.1.de except. euitat tamen eas pœnas ſi de crimine eſſet publica fama, vel ſi adducit vnum teſtem,non ſolitus calumniari.gloſſ.in d. c. 1. de elect.in 6. Anan.in c.2. de calumniat. & etiam poteſt puniri poſt abſolutionem rei etiam poſt aliquod tempus.Butr. & Abb.in d.c.1.& præſumitur calumniator, qui nullas probationes adducit,niſi in caſibus ibi not. per Abb. & pœnam calumniatoris incurrit etiam qui deficit in cauſa ciuili. Abb. ibi,licet mitiorem. Sic etiam cauere debent ne ſint maledici,maximè in ſacerdotes,aliter tenentur veniam petere, aliter deponuntur.c clericus.46. diſt. ſi verò aliquid dicunt in detrimentum Papæ,vel ſedis apoſtolicæ debent puniri pœna hæreticorum,ſi derogent debitæ eius poteſtati, aliàs aliter

ter pro modo criminis.c.1.de maledicis. & ibi Anan. Felin. in c. 1. de conſtit. & ſi religioſi contra prælatos eccleſiarum aliquid dicunt,debent per duos menſes ſubjici pœnis, quæ per eorum regulas imponuntur grauibus criminibus. clem. 1.§.quibus de priuil. & clericus murmurans à fratrum vnitate ſeparatur, & ſacerdotis arbitrio pœnitere debet.c.alienus. 90. diſt. & ſi aliquem iniuriosè infamauit poterit agi contra eum actione iniuriarum, qui ſi cōdemnetur efficitur infamis.Abb.in c.cum te.de re iud.ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur.Abb. in c.1.de iudic. & etiam tenetur actione iniuriarum,licet verum dixerit,quādo facit animo iniuriandi.Abb.in d c.cum te. & etiam poterit iudex eum obligare, vt dicat ſe eſſe mentitum,ſi id habet conſuetudo loci, quod iuri naturali conſonum eſt, & in foro conſcientiæ ſeruandum, quando quod dixit eſt falſum, vt dicit Diaz verbo, Maledici. Sic etiam cauere debent ne violentiam alicui inferant, quæ inferri poteſt in perſonis,vel rebus, ſi in perſonis citra homicidium, puniri debent arbitrio iudicis, iuxta facti qualitatem,vt ſupra eſt dictum, & ſi eripuere aliquem de manu familiæ, qui ſententia iudicis ducatur ad ſupplicium,ſi quidem iniuſtè erat damnatus, nullam vid&etur pœnam incurrere.,Alber.in l.addictos. C. de epiſc. audien. Archid.in c.cum homo.23.q.5. ſi tamen ibi ſcandalum irrogarūt,à ſuo iudice pro modo ſcandali ſunt puniendi, vt ſi cum armis, fractis carceribus, & huiuſmodi. Si verò erat iuſtè damnatus,grauiter ſunt puniendi,& etiam ſi id eſt dubium, cum præſumatur pro iudice, & ſi pro ære alieno detinebantur, tenentur ad id quod fiſco, & priuato debebatur pro illis debitis pro quibus erat carceratus.Bart. in l. quoties. C. de exactoribus.lib. 10. Faber in §. pœnalis. Inſtit. de act. ſi verò in rem vim intulere,ſi erat res temporalis propria, vel aliena, cuius poſſeſſio erat apud alium conſtituta, incurrunt pœnam.l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. gloſſ.& Abb. in c.1.de dolo,& contumac.ſi verò in beneficiis vim inferunt, eo ipſo amittūt ius quòd in illis habebant,& ſi eſt curatum, priuantur etiam primo ſimili,quod obtinebant. c. eum qui. in fin. de præben. in 6. qui etiam non debent accipere naues ad pugnandum, nec conflictum perſonaliter exercere, vel alios ad pugnam inuitare, aliter deponuntur. cap quod in dubiis. de pœnis. niſi id agant ad ſuam defenſionem, etiam ſi caſus non eſſet ineuitabilis, licet eo caſu incurrant

Pœna calūniatoris & ſuſurronis clerici.

irregularitatem,ſi inde mors eſt ſequuta ab ipſis,non autem ab aliis.Innoc.& Abb.ibi.

C. Iidem etiam cauere debent ne ſtuprum committant, virgines deflorando,iuxta.c.lex illa.36.q.1. aliter depoñũtur. Abb. in cap. at ſi clerici. col. 12. de iudic. & tenentur etiam eam dotare.Abb.in cap.2.de adult. & vlterius debent pecuniariter puniri, vel in corpore. Abb. in d. cap. 2. & ſi vim adhibuere,debent etiam in monaſterium, vel carcerem trudi, & ſi puella ſponte conſenſit, vel etiam clericum prouocauit, non ob hoc euadit pœnam depoſitionis, cum actus ipſe in eo reprobetur,non tamen tenetur eam dotare, ſi nil promiſit,nec ſeduxit,nec coegit, idque in vtroque foro. D. Anton.2.p.tit.5.c.6.§.1. niſi ſit in poteſtate patris, vt dixi de Caſib.Reſeru.in caſu inceſtus;& probat D.Ant. ibi, cum ſic egeat maiori pecunia,vt maritum inueniat; quòd ſi de pretio ſtupri conuentum eſt cum virgine,vel parentibus, liberatur clericus à dote,dando pretium conuentum, ſic tamen, vt conuentio facta cum virgine non noceat parentibus, vel è conuerſo,& ſi poſt ſtuprum mulier inuenit virum ſibi paris conditionis liberaretur clericus à præſtatione dotis, ſi deterioris ſecus, quia ſit pauperior, vnde patiatur,vel ignobilior, vel eam ob id malè tractat,arbitrio boni viri.Et quò ad dotis quantitatem,ſi pauper eſt pater, cõdemnabitur clericus ad integram dotem,iuxta loci conſuetudinem, videlicet, quantum dari ſolet pro dote huiuſmodi mulieribus talis conditionis, & defloratæ, conſiderando etiam facultates clerici,vt not.glo.in c.1.de adult. ſi verò eſt diues, condemnari debebit in id quo plus egèt puella, vt inueniat virum ſuæ conditionis ob deflorationem, & etiam iudex habebit eum condemnare pecuniariter ratione iniuriæ patri illatæ ſi eam petet;quòd ſi puella eſt orbata parentibus, & diues, vel ipſis viuis habet aliundè dotem ſufficientem, tenetur ad id plus quo eget ob deflorationẽ, & ſi clericus probet pœnam dotis ſibi à puella liberè remiſſam, ab ea præſtanda liberabitur,ſi ſui ſit iuris,quia ſi pater viuat, ad quẽ pertineat eam dotare, ſecus eſt, & idem ſi metu, vel dolo coacta id dicat, vel ſi id agit vt liberius luxurietur cum clerico, quia iudex debebit cogere clericum,vt eam dotet, vt nubat, & ſi eam reddidit prægnantem abſque corruptione virginitatis,quod euenire poſſe abſque miraculo,dicere videtur D.Th.quodlib.6.art.18.& in partu oporteat eam amittere virginitatem,

tenebi

Digitized by Google

tenebitur ad pœnam ſtupri,& dotem, mitiori tamen pœna impoſita,vt dicit Diaz verbo,Stupri.*Iidem etiam cauere debent ne inceſtum committant*,qui eſt conſanguineorum,vel affinium abuſus.cap.lex illa. 36.q. 1.& ob id clericus deponitur.Abb.in c.at ſi clerici.col.12.de iudic.ſi tamen prius eſt fornicatus cum muliere, & cum eius conſanguinea poſtea fornicetur.Ancha.conſ.391.incip. Videtur prima facie. verſ. itē aduerte.dicit,ꝙ ſi gradus ſit proximus, vt ſi peccarit cum matre, & filia, vel duabus ſororibus, quòd ſic eſt deponendus,& carceri trudendus ad tempus arbitrarium, iuxta delicti qualitatem,vt dicit Dec.conſ.158.vol.1. teſtans de communi. *Iidem quoque cauere debent ne peccent cum filiabus ſpiritualibus*:Sic enim ab officio deponuntur, & coguntur peregrinari per duodecim annos, & poſt trudi in monaſterium per totum vitæ tēpus.cap.ſi quis ſacerdos.30.q.1. quod intelligitur nedum de baptizatis, vel ſuſceptis in Baptiſmo, vel Confirmatione,ſed etiam de auditis in confeſſione. cap. omnes.c.fi.ead.30. q.1. ſi tamen id in populi notitiam deuenit,id eſt teſtibus ſit probatum,vt dicitDiaz verbo,Spiritualibus filiabus.qui & ibi allegat Matth. Giber. Veronæ Epiſcopum,tit.9.c.3.ſuarum conſtitutionum,idem tenentem;& quòd etiam à beneficio eſt deponendus, ſubdens ſi cognouit eam quam de Confirmatione ſuſcepit, eſſe deponēdum, non tamen aliis ſubdendum; & quòd cognoſcens filiam ſpiritualem ſit deponendus,probat Anan.in c. cum dilectus. de accuſ. Abb. in c. fi. de purg. can. Fel. in cap.at ſi clerici.in princ.col.vlt.& bi Dec.col.21.de iudic.quæ tamē pœna non procedit in cognoſcente illam quæ ſolum ſit de eius parochia,vt dicunt prædicti.Gib.tamen tit.9.prædicto. c.2. idem ſtatuit,& de eo,quod & videtur ſentire Abb.in c.fi. de purg. can.Dec.in c.at ſi clerici.nu.233. de iudic. & etiam iudex eccleſiaſticus poteſt punire clerici concubinam, niſi laicus iudicium in ea præuenerit.Anch.conſ.196. & idem de cognoſcente commatrem dicit Fel.d.col.fin.& etiam Foller. idem ſentit de cognoſcente parochianam ſuam. Diaz tamen contrarium ſentit,& videtur hæc opinio,vt mitior amplectēda, niſi grauitas facti aliud,expoſcat.

CI. Iidem etiam cauere debent ne clandeſtinis nuptiis interſint, quod euenit quando fiunt omiſſis publicationibus in eccleſia cap. fin. de cland. deſponſ. & hodie intelliguntur vlterius clandeſtinæ, quando non fiūt ab Epiſcopo,

vel Parocho, ſed ab alio ſacerdote ſine eorum licentia, vel ſine duobus, vel tribus teſtibus in eorum præſentia, & ſic etiam factæ non valent; & ſacerdos ſic clandeſtinè eas celebrans, ſuſpenditur iure communi per triennium ab officio, & beneficio. d.cap.ſi.vbi Card.gl.in clem. cupientes.de pœnis quod tempus triennij poteſt augeri, vel minui ex cauſa Hoſt.in d.c.ſi. nec etiam Epiſcopus poteſt abſoluere à dicta pœna,cùm ſit limitata ad triennium, & ob delictũ, quo caſu inferior Papa non poteſt abſoluere, ſecus ſi ob contumaciam.glo.in c.cupientes §. cæterum. de elect. in clem. 1. §.verum.de hæret. Paulus in clem. de rebus eccl. non alien. Ex Concil. Trid. verò ſacerdos celebrans matrimonium ſine duobus, vel tribus teſtibus grauiter arbitrio Epiſcopi puniri debet, & ſi quis ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi id agit, ipſo iure ſuſpenſus manet, donec ab ordinario Parochi,qui matrimonio intereſſe debeat, abſoluatur.ſeſſ.24. de matr.cap.1. Qui etiam non debent ſecundas nuptias benedicere, ſiue vir, ſiue mulier, aliàs benedictionem acceperit.c.vir autem.de ſecun.nupt.Hoſt.in ſumm. eod. § an licitum ſit. verſ. in aliquibus, ſubdens,quòd ſi duo ad ſecundas nuptias tranſeunt,qui nunquam fuere benedicti,poſſunt benedici, de quo alibi latius, contrarium verò agens ab officio, & beneficio ſuſpenſus, cum teſtimonio proprij Epiſcopi, mittendus eſt ad ſedem apoſtolicam. cap. 1. eod.tit. non tamen eſt ſuſpenſus ipſo facto, vt ibi dicit Butr.Hoſt.& Abb. ac alij, & ideò arbitrio iudicis eſt puniendus:qui tamen non poterit ab Epiſcopo diſpenſari, vt dicit Hoſt. in ſumma loco cit.

CII. Iidem etiam cauere debent, ne inſtitui hæredes, de hæreditate incapaci reſtituenda, tacitam fidem dent, aliter auferrur ab eis vt indignis, & applicatur eccleſiæ. Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſc. & cler. Felin. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. col.23. ver. ſequitur etiam, vbi dicit,quòd in caſibus,quibus, vt indignus quis priuatur hæreditate,priuabitur & clericus, & ſi non implet voluntatem defuncti. auth. hoc amplius. C.de fideicom. vel ſi non petit tutorem pupillo. l. ſciant.C de legit.hæred.Anch in c.1.de conſtit. in 6. Et vlterius clerico,qui talem fidem dedit, auferuntur fructus ante litem motam percepti. l. eum qui.ff. de his quib. vt indig.vel id promiſerit chirographo dato, vel nuda pollicitatione. l. in fraudem. in princ. cod. vel fiat inſtrumen-

tum

tum coram notario, & teſtibus, in quorum fide ponitur, vt id habeant in ſecreto, vt ibi dicit Bart. ſubdens teneri talem reſpondere poſitionibus an fuerit rogatus de reſtituendo incapaci. Bart. in l. fin. eod. & tenetur in conſcientia id reſtituere eccleſiæ, ſicut laicus fiſco, nec poteſt ſic rogatus retinere ſibi, vel dare incapaci, vt ibi dicit Bart. col. 3. Roſella, Filius. 4. colum. verſ. quæro. nec valet iuramentum datum notario, & teſtibus de non reuelando id. Cardin. cõſ. 38. Felin in cap. intimauit. nu. 5. de teſtibus.

CIII. Iidem etiam non debent literas aperire, & oſtendere aduerſario mittentis, aliàs incidunt in pœnam falſi. Abb. in c. cùm olim. 2. vbi Feli. de offic. deleg. & is eſt puniendus arbitrio iudicis, ſi eas tamen non oſtendit aduerſario mittentis non incidit pœnam falſi, ſed extraordinariè punietur. Abb. & Feli. ibid. Bart. & Iaſ. in l. qui teſtamentum. ff. ad leg. Corn. de falſ. vt nec debent inobedire apoſtolicis mandatis, aliàs deponuntur. cap. nulli fas. 19. diſt. vt & ſi ſint generales procuratores vniuerſitatis, vel iuſtitiarij Principis. c. ſed nec. ne cler. vel mon. cap. ſæpè. 23. q. 8. vt & ſi corpus Chriſti infirmo per laicos mittunt. c. peruenit. de cõſec. diſt. 2. Qui & ſuſpenduntur ſi non prohibuerint coniunctiones in gradibus prohibitis. c. fi. §. fi. de cland. deſpon. modo vt in c. 1. ſeſſ. 24. de reform. in Trid. Conc. vel ſi glorientur de crimine à ſe commiſſo. cap. quam ſit. de exceſſ. prælat. vel ſi eccleſiam ſibi commiſſam grauent debitis alienis. c. de ſolut. vt & ſi inuenirentur oppreſſi morbo dęmoniaco. c. communiter. 33. diſt. vel ſi ſint infamati de crimine publico, donec ſe purgauerint. c. inter. de purg. can cap. accuſatum. de ſim. & aliis caſibus de quibus dixi lib. de Caſib. Reſeru. c. de Suſpenſione. & tract. de Suſpenſione. & generaliter Epiſcopus poteſt ſuſpendere pro peccato mortali. Aret. in c. cùm non ab homine. col. 6. de iudi.

Vltimò, cauere debent, ne committant alia notata, ſuprà de ſtatu Epiſc cap. 6. ad fi. nec incurrant alia crimina præter prædicta, cũ Conc. Tr. ſeſſ. 22 de reform. c. 1. mandet omnes canones, vbi agitur de moribus clericorũ, obſeruandos, ſub pœnis in eis cõtentis, & maioribus arbitrio ordinarij imponẽdis, & hoc addito, quòd appellatio non ſuſpendat executionem eorum, quæ ad mores ſpectant, mandans ſi quæ in deſuetudinem abiere ex his, reuocari in vſum debere, non obſtantibus conſuetudinibus quibuſcunque, vt ibi cauetur.

Quando

Digitized by Google

Quandoque etiam tam grauia crimina clericorum extant, vt veniãt actualiter degradandi, ſcilicet propter falſum crimen in literis Papalibus ſi is ſit incorrigibilis tunc, & conſpirationem in proprium Epiſcopum, & hæreſim. Gul. Bened. in c. Raynutius. 3. p. de teſtam. nu. 3. teſtatus de cõmuni; quod intelligitur de conſpirante in proprium Epiſcopum, ſi ſit incorrigibilis. Clar. lib. 5. ſent. q 36. verſ. hinc infertur: & actualiter degradatus poteſt puniri à iudice ſeculari abſq; alia traditione iudicis eccleſiaſtici. Clarus d. q. ver. ſcias autem. Alciat. in c. cùm non ab homine. n. 108. de iudic. in quo tamen manet caracter ſacer ordininis, vt conficiat Eucharistiam, nec ſit excommunicatus. Soc. Sen. in c. ſi quis. de cler. excommun. amittit tamen beneficia, pro aliis verò criminibus non degradatur actualiter, ſed tãtum verbaliter, quod efficit vt is per ſententiam deponatur ab ordinibus, iudex tamen ſecularis non poteſt talem punire, niſi ſibi tradatur. Clar. loco cit. Vnde pro homicidio etiam Prælati non traditur curiæ ſeculari, ſed in perpetuos carceres truditur. Curt. Iun. conſ. 159. nu. 1. Nec etiam degradatur actualiter ob crimen læſæ maieſtatis à proprio iudice declaratum Clarus d. lib. 5. §. fi. q. 36. verſ. quæro. nec propter aſſaſſinium. Lamb. in c. 1. q. 11. num. 8. de hæret. in 6. Diaz in pract. crim. cap. 91. Couar. lib. 2. var. reſol. licèt in his in practica fortè contrarium ſeruetur. Clarus d. q. 36. verſ. ſcias autem: degradatio verò debet, & poteſt fieri à ſolo Epiſcopo conſecrato, actualiter, præſentibus Abbatibus, & Prælatis, vt in Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 4. non conſecratus verò, ſed tamen confirmatus poteſt ferre ſententiam degradationis, licèt eam non poſſit exequi, actualiter degradando, niſi ſit conſecratus, vt ibi dicit Clarus.

Et generaliter clericus pro nullo crimine deponi poteſt, niſi ſit iure expreſſum. Dec. in cap. at ſi clerici. de iudic.

Vbi verò in iure, & caſibus proximis, dicitur clericum deponi, intelligitur de depoſitione perpetua à miniſterio altaris, niſi ſecum fuerit diſpenſatum, quæ tamen pœna per antiquos Canones Conciliorum Prouincialium impoſita, hodie in vſum non inducitur, niſi generalis Canon eam renouet, vel Doctores illam ſentiant procedere, vt ſuis locis habetur, cùm & *pœna Canonum Pœnitentialium arbitrio ſuperioris committantur*, & iudex etiam iudicando, vt ſuprà, poſſit minuere pœnas à iure taxatas ex cauſa. Abb. in c. 2. de

Pœna canonũ pœnitentialium arbitrio ſuperioris relinquuntur.

Digitized by Google

2.de empt. ideò ij modo relegantur, vel in pecunia damnantur, vel in carcerem ad tempus, vel quandoq; pœna ſtatuta à canone imponitur, depoſito verò à beneficio fit niſi in caſibus expreſſis, ſuſpenſio verò fit ad tempus. Fuſch. in ſing. Clericus. num. 130. Corn. Scut. de diſcipl. eccl. in princ. Fuſch. verò in eius ſing. verbo, Clericus. enumerat multos caſus, in quibus clerici actualiter deponuntur, vel degradantur, & alios in quibus deponuntur ſimpliciter, ſeu ſuſpēduntur, ego tamen non recederem à dictis ſupra latè in quolibet caſu ſpeciali, vbi iuxta præcipuos Doctores quælibet quæſtio eſt examinata; qui etiam poteſt in exilium mitti. cap. cùm non ab homine. de iudic. & aliter puniri, vt ſuprà, quo verò ad pœnam pecuniariam, ſi ſtatutum eam imponit pro crimine, cùm ſic non valeat, *cum delicta pecunia redimi non debeant*. c. pauper. 11. q. 3. Hoſt. in c. ſi de conſtit. non poteſt imponi, ſed ſi ſtatutum dicit, quòd vltra pœnam iuris imponi poſſit pecuniaria, id licet. clem. ne Romani. de elect. ſi verò non adeſt ſtatutum, vel conſuetudo exigendi talem pœnam, ſi vult exigere pœnam procedendo extraiudicialiter, & non poteſt; ſi verò iudicialiter procedit, ſi iure certa pœna nō eſt ſtatuta, poteſt pecuniariam imponere. c. licet. de pœnis. Sed ſi eſt certa pœna ſtatuta, poteſt ex cauſa pronunciando eam temperare, vt poteſt quilibet iudex. Viu. in com. op. verbo, Iudex. nu. 165. modo cauſa exprimatur. Menoch. de arbit. q. 84. & 96. vt verò pronunciauit, non poteſt inſcio Principe pœnam remittere, infamiam, vel exilium, niſi in ſententia id ſibi reſeruarit. Bart. in l. relegandi. de pœnis. & ſic pronunciando poteſt fortè pœnam pecuniariam imponere. cap. licet. de pœn. etiam ſi fortè non poſſit in crimine diſpenſare, vt per Doct. in c. at ſi. de iudic. cui verò pœna ſit applicanda, dixi tr. de Prælat. Imol. in rubr. de publ. iud.

Delicta non debent pecunia redimi.

Secundum dictum. Cùm non ſolum cauendum ſit à malo, ſed & bonum agendum ſit, ideò clerici multa agere debent, ex ſacrorum canonum diſpoſitione. 8

Clerici quæ præſtare debeant.

Primò enim, cum Dei ſeruitio ſint mancipati, certæ eccleſiæ adſcribi debent in qua diuinis inſeruiant. ex Cōc. Calcedon. can. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 16. quem locum Epiſcopo inconſulto non deſiderant, aliàs ſacrorum exercitium eis interdicatur, & in illa eccleſia functiones ordinum à diaconatu ad oſtiariatum exerceant. d. ſeſſ. cap. 16. nec eccleſiæ

deſſe

Digitized by Google

deeſſe debent maximè in maioribus ſolemnitatibus, aliter à communione ſuſpendantur. ex Conc. Agatenſi c. 64. nec omittant explere officium ſuum, aliter loci ſui dignitate priuandi. ex Conc. Aurelian. II. c. 14. & ideò in choro ſemper tabella habeatur, in qua, quid per ſingulum canonicum, vel beneficiatum, cantandum, legendúmve ſit per hebdomadam ſcribatur. ex Conc. Baſilienſi ſeſſ. 21. ad fin. & ſi clerici certæ eccleſiæ non ſint addicti feſtis diebus ad parochiales ad diuina accedere debent in Miſſæ ſacro, & veſperis, niſi aliud Epiſcopus mandet, etiã ſi ſacerdotes ſint. ex Conc. III. Mediol. tit. de his quæ partim ad ordinis ſacramentum; & vbi ad aliam eccleſiam in eius ſolemnitate ſunt accerſiti, id non agatur niſi de licentia Epiſcopi, vel alterius de eius mandato, qui non patiatur pluſquam quatuor, vel ſex è ſuis eccleſiis euocari, niſi ex legati inſtitutione plures requirantur, & alij quàm Parochi eò conuenire poſſunt, Parochi non euocentur, vel ij, illis deficientibus, qui populum habent minus numeroſum, & eccleſiæ illi ſunt propiores, ſic tamen vt prius celebrent in propria eccleſia, vel alium ſufficiant qui id exequatur diebus feſtiuis, ex præcepto eccleſiæ, conſuetudine, vel voto, & ordine euocentur, nec præter euocatos alij venientes recipiantur, nec de eleemoſyna participent, & puniantur arbitrio Epiſcopi. ex Concil. IIII. Mediol. tit. de clericorum ad feſtorum dierum celebritates conuentu.

Quando cõmunicare vel celebrare debent clerici.

II. Cum ſpiritu Deo debeant eſſe coniuncti; & bonum laicis exemplum præſtare, frequenter debẽt peccata propria confiteri, & ſacram Euchariſtiam ſumere, videlicet in minoribus conſtituti ſemel in menſe, in ſacris diebus Dominicis, & ſolemnibus: ſacerdotes verò diebus Dominicis, & feſtiuis celebrando, niſi ex officij neceſſitate id eis ſæpius peragere opus ſit, qui & ſemel in hebdomada debent peccata propria confiteri, vt magis purgati ad ſacra peragenda accedant. ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 13. & 14. Mediol. I. tit de frequenti diuini ſacrificij oblatione, niſi ex ſcrupulo mortalis peccati ſæpius eis id agendum ſit.

III. Penſum ſeruituris ſuæ, ſcilicet horarias preces, & laudes Deo perſoluere debent, idq; expeditè, modeſtè, & deuotè, non inter dentes, vel guttur, vel ſincopando, aut deglutiendo dictiones, non colloquia, vel riſus miſcendo, ſed ſiue ſoli, vel aſſociati, in choro, vel extra diuinum officium

tam

tam diurnum, quàm nocturnum, reuerẽter, & verbis diſtinctis, ac debita adhibita attentione, recitent, & in tali loco, vt à deuotione non retrahantur. ex Conc Baſilienſi ſeſſ. 21. ad fin. c. dolentes de celebr. Miſſ. Conc. Colon. tit. de horariis precibus. cap. 8. ita vt beneficium quodlibet obtinentes eccleſiaſticum, ſi Dominicum officium recitare quotidie omiſerint, fructus beneficij ſuos non faciant, ſed in fabricam eccleſiæ, vel pauperum erogare debeant ; pro rata omiſſionis. ex Conc. Lateran ſub Leone X. & Bulla Pij V. 131. ſi verò in ſacris ſint conſtituti, idem ſub pœna peccati mortalis præſtare tenentur, & vlterius ab Epiſcopo puniri poſſunt arbitrio eiuſdem, penſiones verò obtinentes quotidie officium Beatæ Virginis recitare tenentur. ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura ; qui verò in minoribus exiſtunt idem officium Beatæ Virginis par eſt vt quotidie recitent.

IIII. Cum literarum ſcientia clericis ſit neceſſaria, cum lucem ſapientiæ aliis effundere debeant, & populos in via Domini erudire, ne contra illos id proferatur, *quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi.* *Oſea 4.*

Iccirco omni aſſiduitate clerici omnes ſacris ſtudiis incumbere debent, eligendo bonos, & doctos præceptores à quibus inſtituantur, aſſiduò ſe exercendo, ad congregationes accedendo, & libros debitos, ac neceſſarios apud ſe habendo, videlicet Bibliam ſacram, Catechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum, Conſtitutiones prouinciales, & ſinodales, Calendarium feſtorum dierum ab Epiſcopo editum, libros ſpirituales, ſi verò Parochi Homiliarium, Summas probatas, vt Nauarri, ſancti Antonini, Paſtorale ſancti Gregorij, Bracatenſem, & huiuſmodi. ex Conc. Mediol. I. tit. qui libri potiſſimum & III. tit. de his quæ partim ad ordinis ſacramentum. de quibus etiam dixi ſuprà de ſtatu Epiſc. c. 7. ſub nu. 26. & 27. *Libri clericis neceſſarij.*

V. Si ad ordines ſunt promouendi, ea obſeruare debent, quæ habentur in tract. de Sacram. Ordinis, & iis præditi eſſe, quæ ibi dicuntur, & ſuprà cap. de Parocho.

VI. Si ad beneficium eccleſiaſticum ſunt aſſumendi, iis præditi eſſe debent, quæ ſuprà tract. de elect. cum ſeq. & tract. de ſtatu Prælatorum, & de Canonicis, & Parochis habentur, & ea ſeruare, quæ habentur infrà tract. de Beneficiatis, & vlterius iurent, quòd in adeptione beneficij ſimoniam

non

non commiſerint. ex Concil. Alemaniæ cap. 11. qui & ordinario titulum ſui beneficij oſtendere debent intra menſem, pro etiam non moniti ſub pœna priuationis dimidiæ partis prouentuum beneficij vnius anni, & ſic cogendi quandoque oſtendere titulum. ex Concil. Mediol. II. tit. quæ ad bona, & iura; & aliquid de iis dixi ſupra tract. de ſtatu Epiſc. cap. 6. num. 28. Quòd ſi aliquis ſit ex iis in numero Cardinalium aſſumptus, ea poterit obſeruare, quæ ſupra de Cardinalibus ſunt dicta, ſi Legatus de latere, ea quæ de Legato, ſi Patriarcha, vel Archiepiſcopus, ea quæ de Patriarchis, & Archiepiſcopis ſunt expoſita, ſi Epiſcopus, ea quæ de ſtatu Epiſc. ſi Prælatus in genere, ea quæ de ſtatu Prælatorum in princip. ſunt explicata. Si Prælatus curiæ Romanæ, illa quæ de Prælatis curiæ habentur, ſi Abbas, ea quæ de Abbate dicuntur, ſi Præpoſitus Collegiatæ, ea quæ de Præpoſito ſupra habentur, ſi Plebanus, illa quæ de Plebano, ſi Parochus, ea quæ de Parocho habentur, ſi Canonicus Cathedralis, vel in ipſa obtinens dignitatem ea quæ de Canonicis, ſi demum Vicarius Epiſcopi, vel Capituli, illa quæ de ſtatu Vicarij habentur; non enim hic mentionem de ſummo Pontifice par eſt facere, cum ſit omnium caput, & Princeps, à quo & cæteri poteſtatem obtinent beneficiati, & ſupra iis, licet de eo tractatum particularem conſcripſerim ſupra tract. de Beatiſſ. & Sanctiſſimo Rom. Pont.

VII. Cum in ſortem Domini vocati ſint, vt animas Chriſto lucrifaciant, & non vt propriis incumbant commodis, in eo oculos conjicere debent, vt populum ſibi commiſſum Domino lucrifaciant, & ſacrificiis, & piis precibus, monitis, exemplis, correctione, & doctrina id peragendo. ex Concil. Colon. tit. de officio priuato, ac publico. cap. 4. & ſtudiis ſacris ob id nauando, vt ibi habetur.

In ſacramentorum verò cuſtodia, adminiſtratione, & vi cognoſcenda, ſeruare poterunt ea quæ habentur in To. IIII. per tot. vbi & docetur quicquid ad ſanctiſſimum Altaris ſacrificium pertinet: & quas cenſuras incurrere poſſunt, vt iis cognitis, ac eorum malo, illas omni ſtudio euitent.

Ij præterea in habitu, & tonſura decenti, vt ſupra, incedant, malas ſuſpectáſve, vel periculoſas vitent conuerſationes, ita vt ſacerdotibus inferiores, alicui probo ſacerdoti & ſeni commendentur, qui decem ipſorum ſibi commendatis,

inuigi

Digitized by Google

inuigilet, vt ij in habitu debito incedāt, eccleſiis inſeruiant, ſacramenta, vt ſupra, frequentent, literis operam ſedulam dent, malas ſocietates euitent, pietatem, & deuotionem, humilitatem, ac alias virtutes amplectantur, vt ſacerdotes effecti populo, doctrinæ, & vitæ ſanctitate lucem afferant maximam, ſacerdotes verò ipſi ſub quolibet Vicario foraneo vel Curione conſtituantur, qui curam ſedulam eorum habeat, vt ſeruent prædicta, celebrent, vt tenentur, iuxta prædicta, literis operam dent, congregationibus, concionibus, & aliis piis actionibus interſint, ſacramenta debito cultu adminiſtrent, zelo pio erga animas iuuandas accendantur, charitate, humilitate, modeſtia, deuotione, & omnibus virtutibus preluceant, & ſcientia alios ad tutum ſalutis iter perducere valeant, & alia præſtent, ac vitent, de quibus ſupra, & omnibus his tract. eſt dictum.

Qui & diſciplinam amplecti debent, quæ eſt ordinata morum correctio ſecundùm Canones Pœnitentiales, cum diſciplina ſit cuſtos ſpei, retinaculum fidei, dux itineris ſalutis, ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis, faciens in Deo viuere, & ei iugiter adhærere, & ad cœleſtia præmia peruenire; vnde Cypr. Pamelius. lib. 1. epiſt. 5. dicit: *Fungamini partibus veſtris, & meis, vt nihil, vel ad diſciplinam, vel ad diligentiam deſit*, quia vt dicit Hieronym. epi. 127. manſ. 28. & in caput 26. Iſa. *Sollicitudo, & timor diſciplinæ impedit peccata, & timore pœnarum, & diſciplinæ deſtruuntur laquei diaboli*, vt idem dicit, & de timore diſciplinæ proficimus ad charitatem, vt idem dicit in cap. 14. & 16. Hierem. ſic timor diuinæ iuſtitiæ, & diſciplinæ ad pœnitentiam Achab compulit, vt idem dicit d. epi. 127. manſ. 24. Dei enim punitio, vel diſciplina non corrigit, vt interficiat, atque diſperdat, ſed vt corrigat, atque emendet, vt idem dicit in cap. 63. Iſa. Deus enim, vt clementiſſimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & carioſa vulnera adurere cauterio, non parcit vt parcat, non miſeretur, vt magis miſereatur, ne quid putridum viuáſque carnes ſui vicinia corrupturum, remaneat in corpore, vt idem dicit in cap. 14. Ezech. & vt pædagogus nos vt filios emendat, & ſuos quaſi in conflatorio punit, vt purum aurum, & argentum appareat, vt idem dicit in Pſal. 2. vt ſic dignoſcatur quantopere diſciplina ſit amplectenda, & Dei exemplo ab eccleſia ad correctionem, iuncta etiam manſuetudine, exercenda, &

Digitized by Google

contra ex neglectu diſciplinæ omnia mala conſurgant, vt dicit Cypr.ſer.5.de lapſis. Et Chriſ.in Matth. cap.19. Baſ.ep. 63. & 69.Bern. ſerm.33. in Cant. cauendo ſcilicet à dictis ſuperius, tum vt pœnas ibi expreſſas euitent, tum & prius, vt Dei intuitu, & vitæ clericalis abſtineant, qui & ſi Epiſcopi ſint gubernationem viduarum, pupillorum, & peregrinorum non per ſeipſos, ſed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum agant. ex Conc. Carthag.IIII. c.17. & ſi Epiſcopus, vel presbyter cauſa viſitandæ alterius eccleſiæ, ad eam diuertit in gradu ſuo ſuſcipiatur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem faciendam inuitentur. can.33. eiuſdem Concil.qui tamen, & tunc iure communi prædicare poteſt, vt aliàs dixi; & Epiſcopus in eccleſia in conceſſu presbyterorum ſublimior ſedeat, intra verò domum collegam ſe presbyterorum eſſe cognoſcat, ex eodem Conc.can. 35. & 36. Sic impuberes clerici in vno conclaui atrij commorari debent,ſub probatiſſimo ſeniore, quẽ & magiſtrum diſciplinæ,& teſtem vitæ habeant.ex Conc. Tolet.IIII.can. 23. vbi in moribus,& literis,ac muſica,& computo eccleſiaſtico, & eccleſiaſticis miniſteriis erudiantur. ex Concil. Aquiſgr. I.c.35. & in frequentia ſacramentorũ exerceantur, ea obſeruando alij quoque clerici reſpectiuè,quæ dixi tract. de Ciuili Inſtit. ſub cap. de Puerorum Inſtit. & circa eccleſiaſticam diſciplinam videre quiſque poterit librum inſignem Cornelij Scutelingij nuper editum, qui exactè hanc rem pertractat,tametſi mihi videatur noſtras haſce obſeruationes magis praxim, noſtrorum maximè temporum,contingere.

9 *Clerici etiã quid agere debeant.*

Tertium dictum. Cum clerici omnes in Dei militia adſcripti,non ad commoditates, & voluptates, ſed ad labores, & ſollicitudines vocati ſint in conſummationem corporis Chriſti,& opus miniſterij,idcirco diligentiſſimè caueant ne à recta via deflectant,cum duo profiteantur, ſanctitatem, & clericatum, primum propter ſe, ſecũdum propter populum, cui inſeruiunt.ex Aug.vt habetur in Conc.Aquiſgr.cap.112. col.3.& ſicut familiares Domini Saluatoris dicuntur,ita moribus, & ſanctitate à laicis debent eſſe diſtinct. ex Decreto Teleſphori Papæ. epi. decret.ad omnes vniuerſaliter. col.1. & ita mores ſuos omnes, & vitam componant, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, & aliis rebus omnibus,nil niſi graue, moderatum, & religione plenum præ ſe ferant, leuia

etiam

Digitized by Google

etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiendo, & virtutibus omnibus, quæ animæ ſunt ornamenta præſtantia, ſe exornando, & pro officij ſui ratione, curando, vt animæ fidelium pretioſiſſimo Chriſti Noſtri Sanguine redemptæ, tum monitis, tum doctrinis, & vitæ integræ exemplo, Domino acquirantur; ea quoque ſeruando, quæ tract. de Regularium exercitio ſunt dicta, & clericali profeſſioni non aduerſantur, vt eſt ſolitudo, ſilentium, & huiuſmodi, quæ clericis non ſemper, vt regularibus, qui propriam tantum ex ſe perfectionem curant, cùm clerici maximè, & alienam procurare debeant, conueniunt, ea maximè, exercendo, & illa cauendo, quæ in Conciliis prouincialibus Mediolanenſibus, in quibus perfecta norma eccleſiaſticorum hominum continetur, decernuntur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium eccleſiaſticum quid ſit, & vnde introductum.*
2 *Beneficium quotuplex ſit.*
3 *Beneficium obtinere quis poſſit, vel non.*
4 *Beneficiorum pluralitas vetita, & quomodo.*
5 *Beneficium deſiderare an liceat.*
6 *Benefitiatus tenetur reſidere, & quomodo.*
7 *Beneficiatus an ſit dominus fructuum beneficij.*
8 *Beneficiorum reſignatio, vt fienda.*
9 *Beneficiarius à quibus abſtinere debeat.*
10 *Beneficiarius an teſtari poſſit, & quomodo.*
11 *Beneficiario quis ſuccedat.*
12 *Succeſſor in beneficio an teneatur ad debita defuncti.*
13 *Sacra congregatio quid reſponderit circa perſonas & beneficia eccleſiaſtica.*

De Beneficiatis.

SIT *primum dictum.* Beneficium eſt iùs licitè percipiẽdi reditus eccleſiaſticos in perpetuum deputatos, ad aliquas ſpirituales functiones exercendas.

Notandum I. Beneficij nomen deductum 1
eſſe, vel à beneficiariis militibus, vel ex eo quòd natura ſua *Beneficium*

quid ſit, & vnde introductum.

gratis conferendum eſt, quod autem gratis datur communi vocabulo vocatur beneficium; vel poſtremò, quia ex benefactis populi collectum eſt: Maſſa enim beneficiorum eſt collecta ex eleemoſynis populi: ſumitur aliquando beneficij nomen pro ipſo iure ad redditus eccleſiaſticos, & ſic obtinere beneficium eſt obtinere ius iſtud ad redditus percipiendos; aliquando verò accipitur materialiter pro ipſis bonis ſtabilibus, quæ ad beneficium pertinent, & in quorum fructus ius acquiritur, quomodo ſolemus dicere vnum beneficium eſſe pinguius altero.

Ab initio mundi fuerunt beneficiarij ſeu homines ad diuinũ cultum deputati. Num. 26.

Notandum II. Ab ipſa fermè mundi origine homines deputatos ad diuinum cultum, ſeu ſacerdotes accepiſſe ſemper ſuſtentationem à populo, & hoc videmus apud omnes gentes fuiſſe in vſu: qua ratione Deus in diuiſione terræ promiſſionis ſacerdotibus non aſſignauit vllam partem, ſed ſolum eis conceſſit decimas, vel primitias populi: in lege Christiana primus omnium Chriſtus redemptor noſter ex eleemoſynis vixit: eandem vitam ſecuti ſunt Apoſtoli omnes; poſt Apoſtolos vbique ferè ſacerdotes, & omnes eccleſiaſticæ perſonæ per multos annos vixerunt in communi, & ſuſtentabantur ex eleemoſynis populi, quas innumeras cumularunt, propterea quòd erant liberales in pauperes; & in viduas, pro quibus ſæpè ſuſcipiebant longa itinera, & magnos labores: poſteaquam ex fidelibus populis collecta fuit magna copia eleemoſynæ nõ ſolum pecuniæ, ſed etiam bonorum ſtabilium, cœpit fortè amor proprius intrare in animos ſacerdotum, propter quod nec volebant viuere in communi, nec habebant curam tantam pauperum, quantam debebant, *hinc traxerunt originem beneficia eccleſiaſtica*, facta eſt enim diuiſio iſtorum bonorum, & pars vna applicata eſt Epiſcopis, altera clericis, & hoc vbique. Duæ aliæ partes de his bonis faciendæ erant, altera pro fabrica, & reparatione eccleſiæ, altera pro pauperibus. Pro fabrica eccleſiæ apparet in multis locis pars aliqua conſtituta, ſed neſcitur vtrum ab ipſa diuiſione rerum conſtituta ſit, an fuerit de nouo acquiſita, neque eſt improbabile eſſe de nouo acquiſitam, quia in pauciſſimis eccleſiis reperitur, de quarta parte, quæ debebatur pauperibus, vtrum alicubi pars hæc ſit illis aſſignata, ex diuiſione prima eccleſiæ fortè certo vbique non conſtat; & hinc naſcitur grauiſſima inter Theologos, & Canoniſtas controuerſia, *vtrum Prælati eccleſiæ, &*

Origo beneficiorum.

omnes

omnes beneficiati teneantur dare pauperibus quartã partem bonorum eccleſiæ ; pars illa quæ clericis aſſignata eſt, fuit diuerſimodè diſtributa in diuerſis locis, in quibuſdam tam eccleſiis, & beneficiis curatis, quàm Canonicatibus; & aliis omnibus beneficiis aſſignata eſt quædam certa pars bonorum, & ſic ſunt facta diſtincta beneficia in diuerſis locis: in quibuſdam locis videtur remanſiſſe maſſa communis quæ in communi collecta ſingulis pro rata parte diſtribuitur, in aliquibus eccleſiis omnia poſita ſunt in diſtributionibus quotidianis.

Secundum dictum. Beneficia eccleſiaſtica alia ſunt regularia, alia ſecularia: regularia ſunt, Abbatiæ; Prioratus, & in nonnullis locis Archimandritatus: ſecularia ſunt primò, Papatus, ſecundò, Epiſcopatus, ſub quo Archiepiſcopatus, & Patriarchatus, prætereа Archidiaconatus: Archipreſbyteratus, beneficia item curata, Canonicatus, Præſtimonia, Capellaniæ: beneficia ſimplicia, & ſi quæ ſunt, quæ aliis nominibus nuncupentur: & aduertendum, quòd licet inueniantur aliqui Abbates, & Prioratus ſeculares, probabiliſſimum eſt iſtas Abbatias, & Prioratus fuiſſe ex ſui inſtitutione regulares, quæ poſtea ad ſeculares tranſlatæ ſunt. 2 *Beneficium quotuplex ſit.*

Notandum primò, alia beneficia habere iuriſdictionem; alia verò non habere iuriſdictionem, ſed ſolum quoddam officium, quæ autem habent iuriſdictionem, ſunt duplicis generis: alia enim habent iuriſdictionem in vtroque foro, vt ſunt ferè omnes dignitates: alia verò habent iuriſdictionem ſolum in foro interiori, cuiuſmodi ſunt beneficia curata, ſeu parochialia; quæ nullam habent iuriſdictionem, ſunt Canonicatus, Perſonatus, Capellania, Præſtimonium, & alia omnia, quæ vocantur beneficia ſimplicia: hæc habent diuerſa officia in eccleſia, vt patet ex praxi.

Notandum ſecundò, beneficia quæcunque duobus modis ſolere concedi, vno modo in titulum, & hæc conceſſio natura ſua eſt perpetua.

Alia modo ſolent concedi in commendam, & hæc conceſſio ex natura ſua non eſt perpetua: vocatur enim commenda à commendando, quia commendatur alicui eccleſia, commendare enim alicui aliquid non eſt tradere illi illud in perpetuum.

Initium duxerunt commendæ ex neceſſitate, propterea

quod plerunque mortuo beneficiato non poterat ſtatim inueniri perſona idonea, cui illud beneficium daretur in titulum:& ideò quouſque aliquis aptus inueniretur, commendabatur beneficium alicui tertio,ne interim aliquid eccleſia pateretur, dum idoneus quæreretur, & communiter iſtæ commendæ concedebantur ad ſex menſes. Hinc patet euidenter initium commendarum fuiſſe ad vtilitatem eccleſię, poſtea cœperũt commendæ,ſiue per vſum, ſiue alia de cauſa,concedi in perpetuum.

3 *Beneficium obtinere quis poſſit, vel non.*

Tertium dictum. Ad recipiendum beneficiũ aliquæ conditiones ſunt neceſſariæ, ex quibus maxima pars neceſſaria eſt,vt validè recipiatur,quædam aliæ ſunt neceſſariæ, vt licitè recipiatur,& ſine peccato.

Hermaphroditi quando poſſint promoueri ad beneficia.

I. Neceſſarius eſt ſexus maſculinus, fœminæ enim incapaces ſunt de iure naturæ ordinis cuiuſcunque, & conſequenter ſunt etiam incapaces beneficij: de Hermaphroditis, ſi in eis ſit principaliter ſexus virilis, certum eſt eos pro maſculis haberi, & conſequenter capaces eſſe beneficiorum ſtando in iure naturæ: ſi par ſit potentia vtriuſque ſexus, cum dubium remaneat vtrum pro mare, an pro fœmina haberi debeat, non videtur eſſe capax beneficij: communiter tamen iſtiuſmodi non eſſent admittendi, neque ad ordines, neque ad beneficia, quia ſunt monſtra quædam.

II. Requiritur Fides,& Baptiſmus: habetur expreſsè in c.vnico.de presbytero non baptizato.

III. Requiritur ordo aliquis, latè accipiendo nomẽ ordinis prout comprehendit ordinem clericalem, ſeu primam tonſuram:ratio eſt, quia vt aliquis poſſit gaudere beneficio eccleſiaſtico,& fructibus illius debet eſſe dedicatus miniſterio eccleſiaſtico.

Ætas ad beneficia obtinenda neceſſaria.

IIII. Requiritur ætas debita, nullus enim eſt capax beneficij cuiuſque quantumcunque ſimplicis ante annum quartumdecimum, vt habetur in Conc.Trid.ſeſſ.23. c.6. de refor. Beneficij verò curati nullus eſt capax ante annum vigeſimumquintum,vt habetur in c.cum in cunctis. de elect. vnde capax quis eſt beneficij curati poſt annũ vigeſimumquartum completum,d.c.& ex Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.12.ita vt vigeſimumquintum attigerit,eandem ætatem etiam ſtatuit pro dignitatibus habentibus curam annexam; Dignitates autem quæ non habent annexam curam requirunt ætatem

Digitized by Google

tem annorum vigintiduorum.

Canonicatus ex Concilij decreto, in eodem loco, debent coniungi cum aliquo ordine ſacro, & requirunt diuerſam ætatem pro diuerſitate ordinis connexi, vt minimum illi Canonicatus, qui ſunt annexi ordini ſubdiaconatus, requirant ætatem vigintiduorum annorum.

V. Requiritur, vt ſit legitimus: illegitimi enim irregulares ſunt, & inhabiles, & ad ordines minores, & ad beneficia. Cum his ad ordines minores, & ad beneficia ſimplicia diſpenſat Epiſcopus. cap. 1. de fil. presb. in 6. ad ordines ſacros, beneficia curata, & dignitates diſpenſat ſolum ſummus Pontifex. Colligitur ex cap. 1. & 2. de fil. presb. extra. eod. & in ſexto.

VI. Requiritur, vt non ſit innodatus aliqua cenſura eccleſiaſtica, quæ ſit valida, nam ſi cenſura eſſet omnino inualida, & nulla, nõ inhabilitaret ad beneficium, de excommunicatione maiori habetur expreſsè in cap. poſtulaſti. de cler. excom. & cap. cum inter. de elect. & aduertendum eſt etiam ſi excommunicatio ſit fortè ignota adhuc impedire receptionem beneficij, vt not. glo. in cap. pen. de cler. excom. De aliis cenſuris idem tenet Nau. in ſumma. cap. 25. num. 133. colligitur ex can. citatis, & ex c. ſi celebrat. de cler. excomm. modo, vt alibi.

VII. Requiritur, vt non ſit filius hæretici, vel vxoris hæreticæ mortuorum abſque hoc quod eccleſiæ ante mortem reconciliarentur, & hoc ex parte ipſius patris hæretici, extenditur non ſolum ad filios, ſed etiam ad nepotes, vt habetur in cap. quicunque. & cap. ſtatutum. 2. de hæret. in 6.

VIII. Requiritur, vt beneficium non obtineatur ad inſtantiam alicuius hæretici, habetur in d. cap. quicunque. in §. ad hæc. & ſi quis ſcienter recipit beneficium ad inſtantiam hæretici eſt perpetuò inhabilis, etiam ad alia beneficia.

Hæ omnes conditiones requiruntur ad hoc quòd receptio beneficij ſit valida.

IX. Conditio, etiam requiſita ad valorem collationis eſt, vt beneficium iuſtè recipiatur, nẽpè ſine vi, & ſine fraude, ſimonia. habetur in cap. 1. de reſtit. ſpoliat. in cap. 1. de reg. iur. in 6.

X. Conditio, eſt peculiaris pro beneficio curato, vt ille

qui habet vnum beneficium curatum non poſſit aliud recipere, niſi ſuum reſignet, ꝙ ſi aliud recipiat priuatur vtroque, ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. c. 4. & ſeſſ. 24. c. 17. c. de multa. de præben. c. fi. eod. c. execrabilis. eod. in extrau. cõmuni. modo, vt infra.

XI. Conditio eſt, vt recipiens beneficium ſit dignus: ad dignitatem autem multa requiruntur, de quibus dixi ſupra de Accept. Perſon. vbi etiam oſtendi num ſit valida, vel inualida collatio beneficij facta indigno.

XII. Conditio eſt, vt beneficia ſecularia dentur clericis ſecularibus: regularia verò, regularibus, habetur expreſsè ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. de reform. c. 10. vbi prohibet beneficia regularia dari in titulum ſeculari, imò nec regulari, niſi ſit illius ordinis, vel ſaltem ex hoc quòd beneficium regulare recipit tenetur habitum illius ordinis ſuſcipere, & profeſſionem emittere.

Vltima conditio, quæ eſt neceſſaria, vt beneficium licitè recipiatur, & ſine peccato, & vt beneficiatus faciat ſuos fructus, eſt intentio ſeruiendi illi eccleſiæ, cuius eſt beneficium, & faciendi ea, quæ ſunt neceſſaria pro illo beneficio, & conſequenter intentio vitæ clericalis; patet, quia alioqui nõ apparet quomodo poſſit licitè accipere beneficium eccleſiæ, & gaudere eius fructibus, ille qui non intendit ſeruire eccleſiæ, ac clericaliter viuere. Cum beneficia, vt aliàs diximus, non ſint inſtituta tanquam præmia virtutis, aut ſuperiorum ſeruitiorum, ſed tanquam mercedes laboris præſentis, & futuri, *Vt qui altari ſeruit de altari viuat*; hinc qui non ſuſcipiunt ordines ſacros intra annos annexos alicui beneficio, ceſſante legitimo impedimento, in perſonatibus quidem, præbendis, & aliis ſimilibus, priuantur voce in Capitulo, & medietate diſtributionum quotidianarum. habetur in clem. vt ij qui. de elect. In beneficiis verò curatis priuantur ipſiſmet beneficiis. cap. licet. de præb. in 6. & ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4.

1. Cor. c. 9.

De hac re videantur, quæ latius dixi tract. de Electione, & tract. de Collatione. cum ſeq.

4 *Beneficiorũ pluralitas vetita, & quomodo.*

Quartum dictum. Habere ſimul plura beneficia etiam curata, etiam Cathedralia, non eſt ita per ſe intrinſecè malum, vt propter aliquam cauſam non poſſit fieri licitum, præſertim accedente diſpenſatione ſedis apoſtolicæ, eſt tamen parum conforme iuri naturæ, & omnino prohibitum iure

iure humano, in beneficiis curatis, & Cathedralibus, & in quibuſdam aliis, & eſt res quæ rarò eſt ſine peccato mortali, remota diſpenſatione iuſta.

Notandum primò, hanc pluralitatem beneficiorum prohibitam eſſe humano iure, habetur expreſsè in plurib. conſtitutionibus in toto ferè tit. de præbend. tum in decretalibus, tum in 6. ſupra relatis, & in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 17. qui locus diligentiſſimè notandus eſt, in hoc cap. vna tantum cauſa affertur propter quam conceduntur alicui plura beneficia, nempè tenuitas prioris beneficij: tenuitatem autem vocat eam in qua fructus beneficij non ſufficiunt beneficiato, ad vitam honeſtam ſuſtentãdam. Et vult habere locum non ſolum in Cathedralibus eccleſiis, ſed etiam in omnibus aliis beneficiis tam ſecularibus, quàm regularibus, & commendatis cuiuſcunque tituli, & qualitatis exiſtant. Ratio autem cur prohibeatur ne quis plura ſimul beneficia teneat, duplex affertur ab eod. Conc. *Prior eſt*, quia beneficiorum ordo peruertitur, quando vnus clericus occupat officia plurium. *Poſterior ratio*, quia poſt acquiſitum vnum beneficium ſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem, non quæritur alterum, niſi ex affectu improbæ cupiditatis, & auaritiæ; aduertendum eſt autem diligenter ne quis decipiat ſemetipſum occaſione illorum verborum Concilij, quibus propter honeſtam ſuſtentationem vitæ concedit accipere ſecundum beneficium: nam non dicit Concilium propter honeſtam ſuſtentationem ſtatus perſonę, qualitatis, aut familiæ, ſed dicit propter honeſtam ſuſtentationem vitæ, propter quam pauci certè reditus ſufficiunt, modo tamen quo dixi tract. de Primitiis, in Summa Theologiæ Moralis. *Quæ cauſa beneficiorum pluralitatẽ excuſent.*

Notandum ſecundò, quòd pluralitas beneficiorum nõ eſt omnino mala intrinſecè, ideò ex cauſa poteſt diſpenſari, cauſa autem debet eſſe grauis, & valdè rationabilis; primò ſufficiens cauſa eſt ad diſpenſandum tenuitas fructuum, de qua iam diximus: ex qua cauſa in ipſo iure habetur diſpenſatio, ſecunda cauſa poteſt eſſe neceſſitas eccleſiæ, & hæc cauſa eſt potiſſima in hac materia. Neceſſitas eſt ſi nõ poſſet commodè ſtatim de idoneo prouideri, tunc enim ad ſex menſes ſolet concedi alterum in commendam. In noſtra ætate in locis hæreſi infectis ſępè propter penuriã bonorum Catholicorum, & potentium, neceſſariũ eſt eidẽ viro nobili,

& potenti humana authoritate, & ſic ei conferri plures Cathedrales,& plures dignitates: Alia neceſſitas vix nunc inueniri poteſt ad concedendum alicui pluſquam vnum Epiſcopatum. Et ex Conc. Trid d.cap. 17.ſeſſ.25. ſtatuitur, vt vnum tantum beneficium ſingulis concedatur, quicunque is ſit, quod ſi ſat non eſt ad eius vitam honeſtè ſuſtentandam, licèt ei conferre ſimplex beneficium, dũmodo vtrumque corporalem reſidentiam non requirat. ſequitur Nau. c.25.num.125.quod conceditur ob tenuitatem, vnde ſi quis tria habet tenuia non dicitur ſufficienter beneficiatus. Rota deciſ.455. in nou.Gom.de expect.nu. 62. vnde poteſt quis in eadem eccleſia habere canonicatum,& dignitatẽ, & ſimplex beneficium. Staphil. de lit grat.fol.13.num.5. quando ſcilicet vnum per ſe non ſufficit, nec vtrumq; requirit reſidentiam de iure, conſuetudine, vel ſtatuto. Staph.loco cit. fol.73.Gom.de expect.nu.44. & ſac. congr. decl. 25. habet, quòd ſi habens ſimplex beneficiũ ſufficiens, adipiſcitur poſſeſſionem pacificam parochialis, poſſe aliis priuari, & Nau. conſ.26.de præb. dicit, cogi poſſe id renunciare, quod eſt ſuperfluum; *videtur tamen quòd Papæ tolerantia in foro exteriori, qui id ſcit, & tolerat, excuſet.* arg c.1. de conſtit. in 6.cùm non poſſit tradi certa regula quantum cuique,ob eorum diuerſitatem ſufficiat ad honeſtè degendum, vt dixi d. tract.de Primitiis, de qua re videndus eſt & Nau. conſil.34. de præbend.

Papæ tolerãtia an excuſet?

Notandum tertiò, pro pluribus beneficiis ſimplicibus ſimul obtinendis,& retinendis quantum ex vſu, & conſuetudine colligi poteſt,quòd non eſt neceſſaria diſpenſatio,paſſim enim ſiue diſpenſatione acquiruntur, & retinentur, ràrò tamen fortè tuta conſcientia, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare,vt quis habeat duo ſimplicia,quorum vtrumq; ſit ſufficiens, & minus ſi vtrumque requirat perſonalem reſidentiam,cùm non poſſit diſpenſare ſupra Concilium.Doct.in c. 1.de bigam.in 6.

Simplicium beneficiorũ pluralitas vix tuta cõſciẽtia toleratur.

Curata beneficia, Canonicatus, & dignitates communiter requirunt diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ, vt ſimul plura retineantur, ex cap. execrabilis. de præben.in extrau. communi. & d.Concil.Trid.ſeſſ.7.c.4. & cap. de multa. de præben.

Vel in hac beneficiorum pluralitate clarius procedendo, dicendum eſt, quòd quædam beneficia ſunt incompatibilia

primi

Digitized by Google

primi generis,ita vt ſi vnum habens, poſteà aliud ſimile pacificè obtinet, primum vacet ipſo iure. Quædam ſecundo ſunt incompatibilia, ita vt ſi poſt ſecundum quis ſimile obtineat,cogi poſſit alterum dimittere, data ei electione,quod mauult retinēdi,iuxta c.præterea.c.referente.de præb.Quędam tertio loco ſunt incompatibilia,quia non poſſunt ſimul ſine peccato detineri, iuxta c.17.ſeſſ.25.de reform. in Trid. Conc.ſed non inducunt vacationem.

In primo capite conſtituitur Epiſcopatus, per cuius adeptionem vacant priora beneficia, modo percipiat fructus Epiſcopatus, ſecus ſi ſit titularis tantum, vt nec vetitum eſt tali beneficium ſimplex conferre, vt dicit Nau. conſ. 21.de præben.Sic per obtentionem ſecundę abbatiæ vacāt priores abbatiæ, vt & ſi is poſt obtinet dignitatem,vel curatū:clem. fin.de præb.ſic obtinens parochialem, vel curatam, ſi poſt obtinet poſſeſſionem pacificam ſecundi curati, amittit primum ipſo iure.c.de multa.de præben.c.execrabilis. de præben.in extrau.communi.etiam ſi ſit datum in commendam perpetuam, non tamen id amittit qui habens curatum,obtinet poſt ſimplex cui curatum ſit vnitum in alia eccleſia.c.ſuper eo. de præb.in 6. Nau.de præb.conſ.28.num.1. vt & fallit, ſi ſecundi non obtinuerit poſſeſſionem pacificam, cum deturbatione de facto, vel litigio de iure,vt & fallit ſi ſuperior primi non vult ratam habere collationem ſecundi, ſed repetit ſuum clericum;quod & fallit ſi ſecundùm calore iracundiæ accipiat, modo incontinenti pœniteat, vel ſi adeptus curatum,in primo expenſas fecit de patrimonio, quia non dimittere tenetur primum,niſi expenſis ſibi refuſis.arg. c.quicunque.12.q.4.ita Abb.in d.c.de multa.nu.13. 14. & 15. ſic ſi habens dignitatem, aliam conſequitur, vel beneficium cum cura, prima vacat ipſo iure.d.clem.fin. de præb. ſic habens perſonatum,qui eſt idem cum dignitate, vel beneficio curato, vt ſentit Abb.in d.c.de multa. num. 21. ſi poſt ſimile conſequitur, primum vacat ipſo iure, vt & ſi habet officium cum iuriſdictione,ſi poſt ſimile conſequitur, modo ſit perpetuum, vt & dignitas, quia non ſatis eſſet quòd fieret Vicarius Epiſcopi, qui eſt temporalis, primum vacat ipſo iure.d.cap. execrabilis:ſic ſi quis habet vnum beneficium in vna eccleſia, vt vnam capellam, vel vnum canonicatū, aut præbendam, ſi poſt aliud vniforme in eadem eccleſia obtinet,primum vacat ipſo iure.cap.literas.d.conc.præb.d.clem.

ſi.de

Digitized by Google

ſi.de præb.c.de multa.in fin.extra.eo.Nau.conſ.29.num.5.& conſ.32.nu.2.de præb. ſecus ſi ſint difformia,licet obtineantur in eadem eccleſia,vbi conſuetudo,ſtatutum,vel Epiſcopi diſpenſatio id permittit,vt dicunt gl.Franch. & Gem.in cap. vnico.de conſuet.in 6.iis enim remotis,alterum eligi debet, vt dicit Nau.conſ.32.de præb.nu.2.in princ. Dicuntur verò vniformia, quæ habent idem omnino officium,vt duo canonicatus: ſecus ſi habent idem nomen, non autem idem officium,ſi enim quis habeat duas capellas in vna eccleſia, cum onere celebrandi bis in hebdomada pro vna in vno altari,& bis pro alia in alio, non dicuntur vniformia. vnde ſimul retineri poſſunt quando vna non ſufficit ad ſuſtẽtationem,vt dicit Nau.conſ.35.de pręb.vt & canonicatus cum capella ſimplici requirente tantum Miſſę celebrationem certis diebus,vel beneficium ſimplex, & capella in eadem eccleſia retineri poſſunt.Lapus alleg.116.nu. 5. Sic habens vicariam perpetuam in beneficio curato, ſi ſecundum curatum conſequitur,primum vacat ipſo iure,niſi ſint ſimul vnita,vt nec beneficium ſimplex vacat per adoptionem parochialis in quo adeſt.Vbi tamen primum vacat ipſo iure,poſſeſſio eius alteri tradi non poteſt, niſi vocato primi poſſeſſore. c. licet Epiſcopus.de præben.in 6.

In ſecundo capite continetur is qui obtinens canonicatum,vel aliud beneficium requirens reſidentiam,modo non ſit dignitas,poſtea conſequitur curatum,primum enim non vacat ipſo iure,ſed datur optio,vt dicit Abb.in d.c.de multa. num.2.& idem crederem ſi habens curatũ poſt conſequitur canonicatum, qui non ſit dignitas, quòd primum non vacet ipſo iure, ſed detur optio, iuxta d.c. præterea. & d.c. referente. de præb. ſic habens capellam ſimplicem requirentem reſidentiam,ſi in alia eccleſia aliam conſequitur, prima non vacat,ſed datur optio,iuribus prædictis,& idem de pręſtimoniis, & beneficiis ſimplicibus cum reſidentia, & Papa ea tali ex cauſa poteſt concedere, & interim datur optio; ſic qui habet dignitatem, vel perſonatum, ſi poſt obtinet canonicatum in alia eccleſia,datur optio,& è cõuerſo,& idem ſi habens canonicatum conſequitur alium in alia eccleſia,vt ſuprà, datur enim optio, vt latè dicit Pariſ. de reſig. benef. lib.3.quæſt.1.& generaliter,vbi beneficia requirunt reſidentiam tantum, nec ſunt dignitates, aut curata, idem eſt, imò & habens officium ſine iuriſdictione poteſt habere

vnum

Digitized by Google

vnum beneficium ſimplex cum beneficio. Nau. conſi. 36. de præb. & etiam habens dignitatem, non amittit eam per adeptionem ſecundæ, vbi nulla, vel prima ſaltem non requirit exercitium ſeruiendi, in diuerſis ſcilicet eccleſiis, quę & ſic retineri poteſt cum canonicatu. Abb. in d. cap. de multa. nu. 22. Nau. tamen conſ. 29. de præb. cenſet hodie ob Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. eſſe incompatibiles primi generis, quod tamen in eccleſia Bixienſi adhuc vſu non eſt inductum, cùm retineant tantum nomen dignitatis abſque redditibus, vt plurimum.

Circa tertium caput dicendum eſt, quòd vnum tantum beneficium, vni eſt conferendum, quod ſi ad vitam honeſtè ſuſtentandam ſat non eſt, aliud ei adiungere licet, modo vtrumq; reſidentiam non requirat. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 17. aliàs plura retinens peccat mortaliter. glo. in c. dudum. 2. de elect. Nau. c. 25. nu. 127. attenta qualitate perſonæ, plus enim vni opus eſt, quàm alij, vel ſi non adeſt Papæ diſpenſatio. & Nau. conſ. 26. de præben. dicit, cogi poſſe ſuperflua renunciare: Papæ tamen tolerantia in foro exteriori, qui id ſcit, & tolerat, videtur excuſare. arg. cap. 1. de conſtit. in 6. & regulariter in hoc diſpenſatio non petitur, & videtur id relinqui conſcientiæ cuiuſque. *Vnum beneficium vni conferendũ.*

Notandum vltimò, eũ qui ex diſpenſatione ſummi Pontificis, obtinet plura beneficia, aut plures dignitates, Epiſcopatus, &c. primum nõ eſſe ſemper tutum in conſcientia, primò, quia non ſemper ex cauſa rationabili obtinet diſpenſationem: ſecundò, quia etiam ſi cauſam rationabilem exprimat frequentiſſimè non mouetur ipſe ex illa cauſa, ſed affectu fortè cupiditatis, & auaritiæ: tertiò, quia communiter, & vt in pluribus, in eccleſiis ratio iuſtitiæ commutatiuæ requirit ſeruitium debitum.

Ad dignoſcendum verò quod beneficium dicatur ſufficiẽs, poteſt id committi conſcientiæ cuiuſlibet: dicetur enim aliquod ſufficiens ſimplici clerico, quod non nobili, & literato. glo. in cap. cùm adeò de reſcript. Nau. c. 25. nu. 28. & Gom. de expect. cap. 5. num. 25. cum ſeq. dicit, beneficium dici inſufficiens ſi non aſcendit ad ſummam ducatorum ducentum de camera. Quòd ſi quis habet duo, vel tria altaria per ſe inſufficientia, cum onere Miſſas celebrandi, poteſt ea retinere, modo per ſe, vel alios ab Epiſcopo probatos Miſſas celebret, cũ non requirant perſonalẽ reſidentiã. Staphil.

Digitized by Google

phil. de lit. grat.fol.74.nu.1.& 2.Lapus alleg.36.Silua.4.p.q. 2.nu.3.Couar.lib.3.c.13.nu.9.var.reſ.Abb.in c.quia nonnulli.nu.7.de cler.non reſid. etiam ſi ſint in diuerſis diœceſibus. ſacr. congr. decl.143.& 201. niſi fundatio habeat, quòd teneatur per ſeipſum celebrare,& nõ alium;poteſt etiam quis habere canonicatum cum præbenda, & dignitate, quando omnia ſunt inſufficientia & annexa, & ſimul cum his poteſt habere alium canonicatum non requirentem perſonalem reſidentiam, vt in eccleſia diruta, vel parochialem ob carentiam populi, alij ſimplici tamen vnitam, in eccleſia diruta, vel ob tenuitatem reparari non poteſt, iuxta Concil. Trid.ſeſſ.21.cap. 7. modo hæc ſimul non requirant reſidentiam,& per ſe non ſint ſufficientia victui decenti, ſed ſimul vnita Gom.de expect.nu.44 Non poteſt tamen quis habere canonicatum in Cathedrali,& parochialem,quæ non ſit annexa illi canonicatui. ex Concil.Trident. ſeſſ.22.cap.3. cùm aliàs vtrumque requirat per ſe reſidentiam. d. cap.3. & cap. cùm dignitates. ſeſſ.24. in Trident. Concil. & ex Bulla 121. Pij V. Sic & Archidiaconatus, & aliæ dignitates ſunt incompatibiles cum parochiali.Boer.deciſ.296.num.10.& 14. cenſerem tamen per adeptionem ſecundi non vacare primum, ſi vtrumque eſſet canonicale, ſed eſſe in optione prouiſi, retinere alterum, alio dimiſſo. arg. cap. prætereà. de præben.

Quo verò ad ordinem, ſi teſtator leget,aut ſtatutum, vel cõſuetudo habeat,quòd prouiſus de capellania ſit ſacerdos, vel capellanus,oportet vt ſit actu ſacerdos,non autem clericus tantum.c.ei cui.de præb.in 6.probabile tamen eſt,quòd patronus cum Epiſcopo poſſint concedere,vt conferatur ei qui non ſit actu ſacerdos,modo ſit clericus, & in ætate, vt intra annum ad ſacerdotium poſſit promoueri. Rebuff. in praxi.3.p.for.ſign.ſuper clauſula iuris patr. nu.44.45. & 46. Zerola in praxi ep.verbo,Beneficia.nu.7.

De hac re latius dixi tract. de Iuſtitia,ſub c. de Acceptat. Perſonarum.

5 *Beneficium deſiderare an liceat.*

Quintum dictum. Deſiderare beneficium ſimplex,aut curatum,aut dignitatẽ,aut etiam Epiſcopatum, vel ſummum Pontificatum non eſt per ſe intrinſecè malum, eſt tamen periculoſum, ordinariè quidem minimum periculum eſt in deſiderio ſimpliciũ beneficiorum,& fortaſſe æquale, vel non multo magis deſiderare beneficium curatũ, quod non

eſt

eſt valdè pingue. Maius periculum eſt in deſiderio dignitatum,& Epiſcopatuũ, maximum in deſiderio ſummus Pontificatus,& deſiderium Epiſcopatus valdè freque͂ter eſſe poteſt peccatũ mortale,deſiderium ſummi Pontificatus,etiam ſæpè eſſe poteſt cum pecato mortali:

Natandum primò,ad hoc q̀ licitè aliquis deſideret quodcunque beneficium, q̀ duo neceſſaria requiruntur; primum eſt, vt probabiliter putet ſe eſſe dignum illo beneficio : *ſecundum*,vt inte͂tionem ſuam, & deſiderium dirigat ſemper in gloriam Dei,& vtilitatem eccleſiæ, vt verò licitè deſideretur beneficium curatum,dignitas,Epſcopatus , *præter hac requiritur, vel neceſſitas eccleſia*, quæ præſertim poteſt contingere quando aliquis videt alterum id iniuſtè requirere,& ſe ingerere,vel ſecundum,deſiderium laborandi in eccleſia pro mercede, quàm ex illa recipit ad gloriã Dei, quomodo pauper aliquis clericus licitè poteſt deſiderare beneficium,potius curatum,quàm ſimplex hac intentione,vt cum ſit ſibi neceſſarium quærere beneficium,vt poſſit promoueri ad ordines ſacros, nolit beneficium ſimplex in quo non tenetur laborare, ſed quærit curatum, vt poſſit ſuo labore compenſare vtilitatem, quam ab eccleſia recipit, vel *tertiò*, zelus lucri faciendi animas Deo, & impendendi ſeipſum, & omnes ſuos labores ad vtilitatem animarum ; Deſiderium Epiſcopatus frequentiſſimè eſſe poteſt peccatum mortale.

I. Quia non poteſt quis habere deſiderium, niſi licitè prius exiſtimet ſe eſſe dignum eo probabiliter, at onus Epiſcopale eſt onus angelicis humeris formidandum, & Epiſcopi debent eſſe viri perfecti ; cum ſint magiſtri perfectionis ; magna autem temeritas eſt talem ſeipſum iudicare.

II. Quia ſæpè tale deſiderium naſcitur non ſolum ex cupiditate auaritiæ,ſed ex cupiditate honoris,& gloriæ. Hinc multi ſancti dicunt, quòd ſi eſſet aliquis verè dignus Epiſcopatu, hoc ipſo quod deſiderat illum, & ſe iudicat dignum,indignus efficitur illo ; *ex duplici cauſa poteſt eſſe hoc deſiderium licitum.*

I. Ex magna, & euidenti neceſſitate eccleſiæ,quod tunc præcipuè eſſet quando periculum eſſet vt veniret eccleſia in manus Epiſcopi hæretici,vel alterius hominis valdè malæ vitæ.

Secundò, ex quadam motione Spiritus ſancti, quæ præcipuè

Digitized by Google

præcipuè conſueuit euenire in magnis neceſſitatibus, vel ſi non adſint qui in tyrannorum perſecutione velint Epiſcopatus acceptare, vt ſanctus Gregorius in Paſtorali dicit.

Deſiderium Pontificatus vix poteſt fortè vnquam haberi ſine peccato graui, quia requirit eminentem quandam perfectionem, & eſt onus multo aliis grauius, & expoſitũ maximis periculis,& curis, & eſt onus ſummi honoris, & gloriæ, niſi in caſibus prædictis.

Ex iis quæ de deſiderio diximus, manifeſtè patet, quid ſit dicendum de iis qui affectant, ambiunt, & diuerſis, & exquiſitis modis nituntur peruenire vel ad Epiſcopatum, vel ad alia beneficia, non enim video, qua ratione iſti poſſint excuſari à peccato graui.

De hac re videnda ſunt quæ latius dixi tract. de Epiſcopo. cap. 1. in fin. & tract. de Prælatis in genere, de Simonia, de Acceptatione Perſonarum, de Electione, de Beneficiis, & de Parochis.

6 *Beneficiatus tenetur reſidere, & quomodo.*

Sextum dictum. Omne beneficium ex quadam æquitate, & iuſtitia commutatiua communiter obligat ad reſidentiam, beneficia autem Epiſcopalia, curata, & ſimiles dignitates curatas probabiliſſimum eſt obligare ad reſidentiam de iure diuino, vnde in quocunque beneficio id requirente, ſine vlla rationabili cauſa non reſidere, valdè probabile eſt eſſe peccatum mortale. In beneficiis curatis, Epiſcopatibus, &c. certiſſimum eſt ſemper eſſe peccatum mortale.

Notandum primò, in cap. inter quatuor. de cler. non reſid. expreſsè haberi in generali beneficia obligare beneficiatum ad reſidendum, & æquitas naturalis, & ratio iuſtitiæ commutatiuæ hoc poſtulat, vt cum beneficia ſint inſtituta tanquam mercedes laborum præſentium, & futurorum, quicunque beneficium aliquod habet in aliqua eccleſia in ea laboret. Quoniam autem officia illorum beneficiorũ, quæ non ſunt curata, &c. non ſunt tam neceſſaria populo; ideò ex leuiori cauſa, & facilius iſti poſſunt petere, & obtinere diſpenſationem, & aliquando etiam ex leuiori cauſa ſine diſpenſatione etiam, dummodo cauſa ſit alicuius momenti, poſſunt abeſſe: In beneficiis verò curatis exercitia ſunt magis neceſſaria populo, conſiſtunt enim hæc exercitia in paſcendo grege, & in gerenda eius cura: ex inſtitutione autem paſtoratus naſcitur obligatio perſonalis curæ ipſius gregis, & conſequenter perſonalis reſidentia; hinc probabiliſſimum

Reſidentia iure diuino præcipitur.

Digitized by Google

liſſimum eſt hoc ipſo quòd Chriſtus inſtituit aliquos paſtores obligaſſe illos diuino iure ad reſidendum, & gerendum curam gregis,& certum eſt ex Concil. Trid. ſeſſ.23. de refor. cap. 1. *Paſtores de iure diuino teneri agnoſcere oues.* Eáſque paſcere verbo prædicationis, & doctrinæ,& exemplo vitæ: ex hoc probabiliſſimè infertur etiam reſidētiam in iſtis eſſe de iure diuino, propterea quòd qui non reſident non poſſunt cognoſcere vultum pecorum, nec eas paſcere ſaltem verbo,& exemplo. *Ioan.8.*

Notandum ſecundò, præceptum reſidendi etiam in beneficiis curatis,& Epiſcopatibus non eſſe adeò vniuerſale,& rigoroſum, quin ex cauſa rationabili patiatur diſpenſationem. *Cauſæ* autem propter quas potiſſimum diſpenſari poteſt, quatuor afferuntur à Concil. Trid. loco ſupra cit. *prima*, eſt vrgens neceſſitas, *ſecunda*, debita obedientia, *tertia*, Chriſtiana charitas, *quarta*,& vltima, euidens eccleſiæ vtilitas: Ad has reduci poſſunt omnes aliæ quæ à diuerſis Doctoribus enumerantur, & etiam in Canonibus referuntur, vt cauſa ſtudiorum Theologiæ, de qua in cap. fin. de magiſtris, aut etiam ſtudiorum ſacrorum Canonum, quorum, præcipuè Canoniſtæ, volunt eandem haberi rationem, ac Theologiæ, poteſt referri hæc cauſa ſtudiorum ad euidentem eccleſiæ vtilitatem. *4. ſunt cauſæ quæ à reſidentia excuſant.*

Item cauſa ſeruitij Prælati, aut etiam ſeruitij,& familiaritatis ſedis Apoſtolicæ, de quibus in cap. de cætero. c. cum dilectus.& cap. ad audientiam. de cler. non reſid. referri poſſunt ad debitam obedientiam à Concilio poſitam, & ſic de cæteris.

Notandum vltimò, de obligatione reſidendi, de temporibus quibus præcipuè reſidere tenentur Paſtores,& quanto tempore poſſint abeſſe, & qua pœna puniendi ſint, qui non reſident,& quomodo ſe debeant gerere Prælati,& Epiſcopi ſuffraganei cum Parochis, vel cum aliis Epiſcopis non reſidentibus, præclarè hæc omnia inſtituta ſunt in Conc. Trid. ſeſſ.6. cap. 1.& 2. ſeſſ.23. cap. 1.

Quod autem dicimus de beneficiis curatis, quantum ad reſidentiam, idem ferè prorſus, dicendum eſt, de Canonicatibus, Clericatibus, & ſimilibus beneficiis, quibus annexum eſt onus officiandi in aliqua eccleſia.

De hac re latius dixi tract. de Epiſc. cap. de Reſidentia.

Quod attinet verò ad praxim procedendi contra benefi-

Digitized by Google

ciatos non reſidentes in foro exteriori, dicendum eſt, quòd ſi quis diſceſſit cum licentia temporis præfixi, debet id tempus expectari, quo elapſo, ſi ſcitur vbi degat, debet perſonaliter citari, vt reſideat, ſi verò ignoratur, citetur per edictum ad valuas eccleſiæ, ſed ſi diſceſſit ſine licentia, vel cum ea ſine temporis præfinitione, ſi ſcitur vbi ſit, perſonaliter eſt citandus, ſi ignoratur, per edictum. Silua. 4. p. quæſt. 5. per totum. & hodie Prælati maiores ſi per ſex menſes abſuerint, quartam partem fructuum amittunt locis piis applicandam. ſeſſ. 6. cap. 1. in Trid. Conc. prima vice, & ſic de aliis tribus, imò non faciunt fructus ſuos. ſeſſ. 23. cap. 1. etiam curati, ſed applicandi fabricæ, vel pauperibus, & curati non poſſunt abeſſe etiam, ſine licentia, vltra duos menſes. d. cap. ita, vt primò per cenſuras contra eos procedatur, ſecundò, per ſubtractionem fructuum, tertiò, per priuationem. d. cap. Vnde ſi quis habuit licentiam pro bimeſtri, eo elapſo in curatis, citatur, & ſi ſine licentia abfuit, poteſt ſtatim citari, & ponuntur tria edicta, diſtinguendo, vt ſupra, ſi ſcitur, vel non. deciſ. 20. & 26. de appellat. in nou. & deciſ. 22. de reſcript. in nouis. & tunc expectatur per ſemeſtre, plus minúſve arbitrio iudicis. Silu. loco cit. quòd ſi non venit in peremptorio, & contumax ſit, procedi poteſt ex ordine ſacri Concilij, primò, vt citetur ſub pœna amiſſionis fructuum, & cenſurarum, creſcente verò contumacia, fit ſequeſtratio fructuum, & demum fit priuatio, ponendo interim in cura coadiutorem impenſis beneficiati. Innoc. in cap. ex tuæ. num. 1. 2. & 3. de cler. non reſid.

Praxis procedendi contra non reſidentes.

Quòd ſi curatus abfuit cauſa inimicitiarum, datur ei tempus anni, quo elapſo ſcribendum eſt ab ordinario ad ſacram congregationem, an eius cauſæ ſedatæ non ſint, & ſi ſunt, priuabitur, ſi monitus non venerit, ex deciſ. 32. & 229. ſacr. congr. poſito in eo interim Vicario. Si verò abfuit cauſa peſtis, vt belli, non poteſt contra eum procedi ad priuationem, vel contumaciam, niſi cauſa ceſſante. Gom. de trien. poſſ. quæſt. 57. Si tamen Parochus abſit per duos menſes ſine licentia ſcripta, vel neceſsitate inſtante ſine licentia, non incurrit has pœnas. Nau. cap. 25. num. 121. Silua. 4. p. quæſt. 6. num. 4. caſu 14. vbi & declarat qui excuſentur à reſidentia, & ſi beneficiatus non poteſt habere licentiã ſe abſentandi à ſuo Prælato, ſi ſubeſt cauſa iuſta, poteſt adire ſuperiorem Prælati, & vbi eſt periculum in mora, poteſt ſine licentia

Digitized by Google

licentia ſe abſentare. Abb.in cap.relatum. nu.6. de cler.non reſid.arg.cap 1.ſeſſ.23.

Quòd ſi beneficia ſint dignitates,vel canonicatus nõ poſſunt abeſſe vltra tres menſes, ſaluis conſtitutionibus requirentibus longius ſeruitij tempus, aliter primo anno priuandus eſt quis dimidia parte fructuum præbendæ,ſecundo anno, omnibus, tertio, contra eos procedendum iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitiones, & vbi nõ adſunt fructus præbendæ, poſſunt priuari beneficiis. cap. ex parte. cap. ex tuæ. de cler. non reſid. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. quibus tamen tribus menſibus non lucrantur diſtributiones. ex deciſ.3. ſacr. congr. remoto priuilegio, qui & abeſſe non debent tempore Paſchæ,& maximarum ſolemnitatum.ex declar.453.ſacr.congr. Epiſcopus tamen dare poteſt licentiam ſe abſentandi,vſque ad quatuor menſes.ex declar.145. ſacr. congreg.

Quòd ſi beneficium ſit ſimplex, non eget reſidentia. Silua. 4.p.quæſt.1. ſi tamen vagetur is per mundum,poteſt priuari ob delictum vagationis. Silu.4.p.quæſt.5.col.4.Abb.in cap. ex tuæ. de cler. non reſid. quando ſcilicet ignoratur vt ſit, quaſi id beneficium habeat pro derelicto.Abb.in cap.ex parte. de cler. non reſid. vel ſi citatur ad ſinodum diœceſanam, ad quam omnes beneficiati conuenire debent.cap.ex ore.de priuil.Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.2. Vel in viſitatione vbi Epiſcopus requireret de omnibus beneficiis eccleſiaſticis. cap. ordinarij. de offic.ord.in 6. vel ob longam moram,ignoratur an abſens viuat,vel non, qui rediens tamen id recuperabit, ſi alij non ſit collatum Rebuff. de reprob. viu. impetr. nu.21. Non poſſunt tamen ordinarij tales priuare, niſi perſonaliter citentur. Felin.in cap.quoniam.§.porrò. vt lit. non conteſt.Couar.in cap.alma.1.p.§.9. num.4.& qui per triennium non adiuit poſſeſsionem beneficij præſumitur id habere pro derelicto.Boër.deciſ.24.num.3.

Beneficium ſimplex non eget reſidentia.

Et vbi in prædictis quis ſubterfugit ne citetur perſonaliter, poteſt citari ad habitationem, vel in valuis eccleſiæ, & expectari per ſex menſes, tribus edictis propoſitis. Couar. loco cit.& ſi ſcitur, vbi is ſit, ſufficit vna citatio perſonaliter facta, ſi verò ignoratur, requiruntur tria edicta. Abb.in d.c. ex tuæ. num.13. & ſic priuari poſſunt.

Non poteſt etiam Epiſcopus edicto ſtatuere, vt quis incurrat excõmunicationem ſi abeſt per biduum,ſed bene ſub

Digitized by Google

pœna pecuniaria, ſi non excedit dimidium decimæ. ex decl. 37. ſac.congr. poteſt tamen Parochus abeſſe per duos menſes cum cauſa ſine licentia. Nau.cap.25. num.121. & poteſt quis priuari beneficiis etiam ob ſolam negligentiam. glo.in cap.1.de offic.cuſtod.& poteſt etiam Epiſcopus ex cauſa cogere, vt reſideant etiam qui aliàs non tenentur ſi eccleſia iis egeat. cap.cum ad hoc ſint. de cler. non reſid.

7 *Beneficiatus an ſit dominus fructuũ, & vt in hoc peccet.*

Septimum dictum. Beneficiatus habens quodcunque beneficium cuiuſcunque generis ex probabiliſſima ſententia Doctorum *non eſt dominus abſolutus fructuum ſui beneficij*, neque eſt purus diſpenſator, ſed eſt diſpenſator habens quandam diſpenſationem dominij, id eſt habens ius diſponendi etiam pro ſua volũtate de aliqua parte fructuum, pro loco, & tempore, ad eum modum quo adminiſtratores hoſpitalium, & aliorum locorum piorum, cum ſint diſpenſatores bonorum, quæ habent circa illa bona, & inde aliquod ius de illis legitimè diſponendi; vnde poſſunt relaxare aliquam partem legatorum ad vitandam litem; ex hoc ſequitur clericos ipſos beneficiatos nõ poſſe ſine grauiſſimo peccato ditare parentes, & propinquos, ſed poſſe tantum aliquid illis dare non ſolum tanquam pauperibus, ſed etiam vt tanquam propinquis poſsint dare aliquid amplius, quàm pauperibus, verbi gratia, ad ſubleuandum eos, vt paulò decentius viuant ſecundùm ſuum ſtatum, vltra ſtatum illos ditare valdè periculoſum eſt, verum eſt tamen quòd ſi fructus eccleſiæ eſſent valdè ampli, ita vt parua illorum parte poſſet aliquis propinquus ditari vltra ſtatum, non facilè auderem aſſerere eſſe peccatum mortale.

Notandum, quòd in Concil. Trident.ſeſſ.25.cap.1.de reform. expreſsè conſulitur Epiſcopis, & Prælatis, vt ex fructibus eccleſiæ non ditent cognatos, neque ipſi viuant cum nimio ſplendore, ſed contenti ſint modeſta ſuppellectili, & frugali menſa, & hoc conſulit etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, ex dictis ſequitur beneficiatum non poſſe teſtari de bonis eccleſiæ communiter, neque de bonis partis ex fructibus ipſius eccleſiæ, niſi vbi hoc conceſſum eſt, vel ex conſuetudine vniuerſali, vel priuilegio, ſed ſolum poſſe teſtari de bonis patrimonialibus, & de partis propria induſtria.

Non tenetur tamen ad reſtitutionẽ malè diſpenſans fructus beneficij etiã in vſus prophanos, licet peccet mortaliter,

ter, niſi ſint bona hoſpitalium, quæ debentur pauperibus, ſic enim teneretur reſtituere, non tamen ſi principaliter beneficium ſit aſſignatum miniſtris; ſecundariò pauperibus, vt ſunt alia beneficia præter hoſpitalia, vt dixi tract. de Iuſtitia, ſub cap. de Primitiis, vbi latè de hac re egi, & concordat Zerola in praxi ep. verbo, Clericus. nu. 10. cum communi Modernorum Doct.

Beneficiatus ad ordinem requiſitum intra annum debet promoueri.

Tenetur etiã beneficiatus facere ſe promoueri ad ordinem requiſitum, intra annum. c. cum dignitates. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. & ſi eſt curatum ad ſacerdotium intra annum. cap. licet. de elect. in 6. etiam ſi non pepercit fructus, ſed habet tantum poſſeſſionem pacificam. glo. ibi. Rota deciſ. 3. cum addit. de præben. in nou. idque à die poſſeſſionis adeptæ. Tiraq. de vtr. retract. tit. 1. §. 1. glo. 10. nu. 109. quæ pœna obligat etiam in conſcientia, ita quòd is non facit fructus ſuos, licet non teneatur dimittere beneficiũ, niſi poſt ſententiam. Nau. c. 25. num. 118. Fallit in caſibus, de quibus caſibus ſeq. *Primò*, fallit in parochiali collegiata. c. ſtatutũ. de elect. in 6. *Secundò*, fallit, in eo qui abeſt ſtudij cauſa cum licentia Epiſcopi per quinque annos, vel ſeptem, modo fiat ſubdiaconus. c. cum eo. eod. in 6. Nau. loco cit. Idq; procedit vbi quis obtinet beneficium, vbi ſunt plures ſacerdotes, tamen cura reſidet penes vnum Archipresbyterum ex d. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 18. glo. in c. licet canon. de elect. in 6. Quòd ſi alicubi non adeſt populus, ſed fuit, non tenetur ad id, niſi ibi incipiant adeſſe parochiani. Silua. 3. p. q. 42. col. 4. & idem ſi parochialis fiat beneficium ſimplex, & vniatur parochiali. Gom. de annal. poſſeſſ. q. 25.

Beneficiatus ad canonicas horas tenetur.

Tenetur demum beneficiatus recitare horas canonicas, ſex menſibus, poſt adeptam poſſeſſionem. Nau. c. 25. nu. 122. aliter amittit fructus pro rata horarum. ex Bulla Pij V. 131. & ſi intra ſex menſes neſcit recitare officium, facit fructus ſuos; ſi verò ſcit, & non vult, eos non facit ſuos. Zerola verbo, Beneficium. in praxi ep. nu. 4. dub. 1. licet & contrarium in hoc ſecundo caſu ſuſtineri poſſet, cum ius id tempus indulgeat, tutior tamen eſt prima opinio; & vlterius eas omittens peccat mortaliter. Nau. d. cap. 25. nu. 29. quæ procedunt etiam in eo qui poſſeſſionem eſt conſecutus, ſed non percipit fructus, quia in ea turbatur. Zerola ibi. dub. 3. & etiam in eo qui non habuit poſſeſſionem, ſed percipit fructus. Zerola ibi. dub. 3. & idem in eo qui habet beneficium ſine vllis red-

Digitized by Google

ditibus. Zerola ibi.dub.6. Non tamen qui habuit beneficiũ, & id reſignauit. Nau.de horis can.cap.19. Quòd ſi poſt poſſeſſionem adeptam turbatur in poſſeſſione, ſi intra ſex menſes, non tenetur ad horas, ſi verò poſt, ſi ſuccumbat, non tenetur, ſi verò vincat, pro ſex menſibus primis non tenetur ſi officium recitare neſciuit, aliàs, tenendo tutiorem partem, ſic; & hæc pœna obligat in conſcientia etiam ante iudicis declarationem, vt teneatur fructus reſtituere fabricæ eccleſiæ, vel pauperibus. Nau.de horis can. cap. 9. num. 10. & cap. 19. num. 41.

8 *Reſignatio, vt fienda beneficiorum.*

Vltimum dictum Beneficia eccleſiaſtica non poſſunt reſignari in fauorem alicuius tertiæ perſonæ, niſi in manus Pontificis, id eſt in Romana curia: in manus aliorum Prælatorum poſſunt reſignari ſimpliciter, ſed non in fauorem alicuius, niſi in cauſa permutationis, de quo aliàs dictũ eſt.

Notandum quoque de beneficiis reſignatis in manibus Prælati cuiuſcunque præter Romani Pontificis, quòd poſſunt illi Prælati de illis diſponere pro ſua voluntate, præterquam duobus generibus perſonarũ, *primò*, propinquis ipſius reſignantis, *ſecundò*, propinquis, vel familiaribus ipſius Epiſcopi, in cuius manus reſignantur, vt eſt expreſsè prohibitum per Bullam 58. Pij V. ſuper hoc editam, incip. Quanta. vbi & niſi certis cauſis concurrentibus reſignationes huiuſmodi admitti non debent.

De qua re latius agetur tract. de Reſignationibus Beneficiorum.

Poteſt quoque clericus acceptare beneficium, cum conditione ſi licitè confertur. Felin. in c. cum contingat. nu. 17. de offic. deleg. & vbi quis diu fuit in pacifica poſſeſſione beneficij, ſcilicet per triennium, non poteſt amplius moleſtari. Dec. conſ. 118. num. 2. Mandoſ. in reg. Canc. de trien. nec cogi poteſt oſtendere titulum. Alex conſ. 135 nu. 13 lib. 4. niſi in viſitatione generali, & caſibus de quibus alibi. & Capyc. deciſ. 6. vt & quando etiam conuenit ſuos debitores pro cenſibus, vt ibi dicit.

9 *Beneficiarius à quibus abſtinere debeat, & quãdo poſſit arbores ſecare, &c.*

Cauere præterea debet beneficiatus, ne arbores fundorum beneficij cædat, hac diſtinctione adhibita, quòd arbores aridæ cedunt ipſius commodo, dummodo alias earum loco ſufficiat. Silua. conſ. 76. num. 3. cum ſeq. ſi verò ſint virentes, ſi quidem ſunt cæduæ quæ renaſcuntur, tempore debito poſſunt cædi, cum ſint in fructu. l. item ſi fundi. cum ſeq. ff. de

Digitized by Google

de vſufr.ſi verò ſint grandes quæ non renaſcuntur, vel fructiferæ, cædi non poſſunt, niſi aliis ſuffectis earum loco, & quæ excreuerint.l.ſed ſi grandes.cum l.ſeq.l.æquiſſimum.ff. eod.aliàs tenetur ad damnum eccleſiæ. Alb.in l.diuortio. §. ſi fundum.nu.16.ff.ſol.matr.Natta conſ.vlt.nu.9.niſi vtilitatem eccleſiæ attulerit, reducendo fortè ſiluam ad culturam in eccleſiæ commodum, quo tamen caſu æquum eſt, vt pretium arborum expendat in vtilitatem eccleſiæ, compenſatis impenſis factis in reducendo ſiluam ad culturam; ſic etiam emphyteota incidens arbores non incidendas, poteſt expelli, vel ſi fundum ad ſterilitatem reducat.Bald.conſ. 290.2.p. nu.2.Peruſ.deciſ.5.nu.20.Rodoanus tract.de rebus eccl non alien.q.2.c.nu.11.in quo tract. latè agit quid poſſit, vel non poſſit beneficiatus circa alienationem rerum eccleſiæ mobilium, vel ſe mouentium, ſacrarum, vel non, aut ſtabilium, vbi videndus, & de his etiam dixi tract. de Empt. aliqua, nempè quòd *res immobiles alienari non poſſunt*, niſi ſeruata ſolemnitate, de qua ibi, & idem de rebus mobilibus pretioſis, quæ æquiparantur immobilibus. *Res verò ſacræ alienari poſſunt*, pro redimendis captiuis, vel alendis pauperibus, vel in caſu neceſſitatis eccleſiæ, modo confringantur; & ſic tollatur conſecratio, ſimiliter ſe mouentia quando retinentur ab eccleſia, vt corpus immobile alienari non poſſunt, niſi cum ſolemnitate, qua & immobilia, vt animalia ad opus eccleſiæ deputata, niſi aliis ſuffectis, fructus verò, vel res mobiles in commodum eccleſiæ ſi ſint parui momenti, alienari poſſunt. Rodoanus dicto tract.q 6. & 7. cum ſeq.

Alienatio bonorum eccleſiæ quãdo licita.

Ij verò de bonis ſuis patrimonialibus teſtari poſſunt, cum in hoc reputentur vt laici, necnon de quæſitis ex induſtria, legendo, Miſſas celebrando, & huiuſmodi, cum eorum verum habeant dominium, nec connumerentur inter redditus beneficij.c.Epiſcopi.11.q.1.c.placuit.12.q.3.c.fixum. 12.q.5.c. quia nos.de teſtam.auth.presbyteros. 1. C. de epiſc. & cler. Couar.cum communi.in c.1.de teſtam. De bonis verò quæ ſunt propria eccleſię, ſiue ſint mobilia, vel immobilia, & non ſunt redditus beneficij, teſtari nõ poſſunt.Náu. in apologet. mon.22.num.2. 10

Beneficiarius an teſtari poſſit, & quomodo.

Quòd ſi beneficiarius partem aliquam redituum ſuæ debitæ ſuſtentationi ſubtraxit, parcè viuendo, vel vltra competentem ſuſtentationem, ſua induſtria eccleſiæ vtilitatem

Digitized by Google

attulit,vnde aliquid inde meretur, poteſt de eo teſtari quoque.Nau.in apolog.monito.30.nu.2.& mon.78.num.3.licet in exteriori foro hæc difficilis ſint probationis, in foro tamen conſcientiæ procedunt.

Similiter ſi beneficiarius aliqua de ſuis propriis bonis expenderit,quæ expendere poterat de redditibus beneficij,nec animus ei fuit ſic inſumptum compenſandi cum reditibus beneficij,poteſt de eo teſtari ad quoſlibet vſus, & idem ſi aliquid contulit eccleſiæ de ſuis propriis bonis abſque eo animo.c.ſi qualibet.12.q.2.c.ſi Epiſcopus.12. q. 5. Nau. in d. apologet.q.3.monit. 4.nu.3.

De alijs verò redditibus ſuorum beneficiorum, ex quibus beneficiarij facti ſunt locupletiores, non ſolum ad vſus non pios,ſed nec ad eos in quos dum viuerent,& ſani eſſent donatione erogare eos poterant & licitè expendere,iure communi teſtari poſſunt. c.Epiſcopi.cap.ſint manifeſtæ.12.q.1. cap. ad hoc.cap.quia nos.c.relatum. 2. de teſtam. etiam ſi beneficia fuerint ſimplicia.Couar.in c.cum in officiis.nu.6.de teſtam. Nau. d.q. 3. monit. 1. num. 2. niſi de modica quantitate reddituum erga pauperes, vel religioſos, vel eos qui ſibi ſeruierunt, teſtentur. d. c. relatum.2.quod intelligitur, vbi talis remuneratio ex iuſtitiæ rigore non ſit aliàs debita, ſed tantum ex honeſtate, ſi enim ſit debita, ſolui debet ex redditibus beneficij,licet id multum eſſet.c.præſenti.§.porrò.de offic.ordin.in 6.

Ex conſuetudine tamen induci poteſt, vt beneficiarij etiam Epiſcopi ad pios vſus teſtari poſſint de bonis,de quibus proximè dictum eſt, & ſi conſuetudo habet legitimè præſcripta, vt de iis redditibus teſtentur etiam ad non pios vſus, hæredes, & legatarij dominium ſic relictorum acquirent, niſi Papa de nouo condat legem id vetans, & probabile eſt non obſtantibus prædictis conſuetudinibus mortale eſſe ſi beneficiarij de redditibus beneficiorum teſtentur ad vſus prophanos, vel ea relinquant diuitibus conſanguineis. ex Conc.Trid.ſeſſ.25. c.1. vbi vetantur ditare ex iis conſanguineos,& quia peccant mortaliter eos inſumendo in vſus prophanos,licet non teneantur ad reſtitutionem. Poteſt tamen Papa ex rationabili cauſa iis concedere, vt de iis redditibus teſtari poſſint ad vſus prophanos, vt pro remuneratione muneris eccleſiæ impenſi,ſine tamen cauſa huiuſmodi conceſſio non redderet tutum ea vtentem,& vbi Papa concedit

facul

Digitized by Google

facultatem teſtandi,non ſolum abſolutè, ſed & ſtâte dubio, in quam cauſam, intelligitur tantum ad vſus pios. Nau. in apolog.q.3.monit.6. nu.3. Qui & tenetur eccleſiæ de mala ſua adminiſtratione.gl. & Abb. in c. ex literis. de pign. & ſi exegit redditus eccleſiæ ante tempus, & moriatur, tenetur hæres eius id ſucceſſori dare,niſi probetur eſſe verſos in vtilitatem eccleſiæ.Anch.conſ.116. col.2. & Couar. lib. 2. var. reſ.cap.15.tractat an ſucceſſor teneatur ſtare colono, & dixi tract.de Locato,& Conduct.& de præb.ſupra.

Quòd ſi beneficiarius inteſtatus decedat, ſi nil aliud habebat præter beneficium,quicquid acquiſiuit,debetur ſucceſſori.c.1.de pecul.cler.iure communi attento, ſi verò partim pecunias,vel mobilia quæſiuit ex redditibus beneficij, partim ex bonis patrimonialibus,vel ex eius induſtria, in arbitrio iudicis erit definire,attentis omnibus circunſtâtiis concurrentibus, quæ ſint acquiſita ex reditibus beneficij, & ſic pertineant ad ſucceſſorem, vel ſpolia,vbi vigent, vel ad hæredes, ſic tamen vt in dubio cenſeantur acquiſita ex redditibus beneficij. Abb. latè in cap.cum eſſes.de teſtam.Couar.in c.1.nu.6.cum ſeq eod.tit.Iulius Clarus de teſtam.q.77. Molina.de iuſtit.tract.2.diſput.147. 11 *Beneficiario quis ſuccedat ſucceſſor nempe.*

Valet tamen conſuetudo,quòd ſi beneficiarij inteſtati decedant, bona eorum ex redditibus beneficiorum quæſita, pertineant ad eorum hæredes.Molina loco cit.8.côcluſ.poſt Couarr.in c.cum in officiis.de teſtam.vbi teſtatur ſic vbique ferè eſſe receptum.

Excipitur ſi ſint paramenta eccleſiæ,Miſſalia,vaſa,& aliæ res ſacræ,ſcamna,cathedræ,arcæ etiam lapideæ,menſæ, tabulæ,dolia,vaſa vinaria vacua, & alia ſimilia ſuppellectilia domeſtica ex redditibus eccleſiæ acquiſita,quæ pertinent ad eccleſiam.ex Bulla 48.Pij V.incip.Romani.

Dicit etiam Molina loco cit.concl.11.peccare mortaliter beneficiarios ſi abſque caſu fortuito valentes teſtari,non teſtantur,& proinde in cauſa ſunt,vt notabilis quantitas redituum eccleſiæ ad conſanguineos diuites deueniat.ex d.c. 1. ſeſſ.25.in Trid.Conc.

Quòd ſi beneficiarius decedat nullis relictis reditibus beneficij, ſed fructibus pendentibus, ſi quidem decedat ante omnes fructus collectos,& reconditos, ij omnes pertinent ad ſucceſſorem in beneficio,ſi verò decedit omnibus fructibus collectis,& reconditis, omnes ſunt hæredum beneficia-

Digitized by Google

rij, prout fit inter proprietarium, & vſufructuarium finito vſufructu, vt in l. vſufructuarius. ff. quemadm. vſufr. amittit l. hærennius. ff de vſur. & hæc eſt communis opinio, vt dicit Couar. lib. 1. var. reſ. c. 15. Nau. conſ. 61. de præb. probabile tamen eſt, quòd hæredes teneantur ad onera eccleſiæ vſq; ad nouos fructus, ſi verò partim ſint exacti, & reconditi, partim pendentes, reconditi pertinent ad hæredes beneficiarij, pendentes ad ſucceſſorem; quòd ſi ſunt collecti, ſed locati, & penſio pro eis debita nondum exacta, ex Conſtit. Iulij III. 7. incip. Motu proprio; pertinent ad cameram apoſtolicam, etiam quòd beneficiatus fecerit quod potuit vt iis potiretur, & per conſequens ad ſucceſſorem, vbi ſpolia non adſint; vbi verò Bulla prædicta non viget, quam nõ eſſe receptam, niſi in paucis locis habetur in Conc. Mediolan. V. tit. de eccleſ earum ſupel. & c. p. 3. §. vt litibus. ius commune eſt ſeruandum, vt dicit Couar. var. reſol. lib. 1. c. 15. nu. 12. ita vt collectis etiam non reconditis fructibus ad hæredes ſpectent, & per conſequens penſiones, ſiue affictus iis debiti, & ſi partim collecti ſint, partim non, pro rata fructuum collectorum penſio debeatur, vel vt diuidantur inter hæredes mortui, & ſucceſſorem pro rata, & parte anni pro qua ſubiit onus in eccleſia. Zerola in praxi ep. verbo, Beneficia nu. 6. quæ opinio eſt æqua, prima verò iuri conformior. Quòd ſi penſio ſuper beneficio ſit impoſita, pro rata anni diuidetur inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem, cùm ſuccedat loco alimentorum, vt ibi dicit Couar. in d. nu. cum ſeq dummodo in hoc non ſit conſtitutio, ſtatutum, vel conſuetudo prouinciæ, quæ in hoc eſt ſeruanda. Nau. d. conſ.

12 *Succeſſor an teneatur ad debita defuncti.*

Si vlterius beneficiarius decedit relicto ære alieno, ſi debitum eſt contractum pro ſuſtentatione neceſſaria beneficiarij, vel pro vtilitate, aut neceſſitate eccleſiæ, vel eius lite, vel pro expeditione Bullarum, vel expenſa funeris, eſt ſoluendum ab eccleſia, & per conſequens à ſucceſſore in beneficio, ſi tamen onus erat annexum beneficio annuum, quod annis decurſis beneficiatus non præſtitit, tenetur hæres eius ad illud quatenus ad eius authorem inde augmentum peruenit: Ita Gulielm. Rodoanus lib. de ſpoliis. q. 10. vbi latè de hac re agit; vel dicendum, quòd ſucceſſor in beneficio tenetur ad debita, quæ debentur ratione beneficij, vt debita realia talliarum, decimarum, vel aliarum onerum, quæ reſpiciunt res ipſas, ſed agit contra defuncti hæredes pro ſuo damno

Digitized by Google

damno reparando, pro debitis verò perſonalibus non tenetur ſucceſſor. Gemi. conſ. 3. & ſic vſus ſeruat. *Expenſæ verò funeris pro anima debentur ex fructibus beneficij*: quæ verò pro pompa per hæredem. glo. in deciſ. 497. Capel. Toloſ. in inferioribus tamen hæredes ſolent eas agere indiſtinctè, debita etiam aliundè contracta poteſt clericus ex fructibus beneficij perſoluere dum viuit, ſi aliundè id agere non poteſt. Abb. in d. cap. cùm eſſes. de teſtam.

In caſibus autem vbi beneficiatus teſtari non poteſt de reditibus beneficiorum, an poſſit donationem facere inter viuos, dicit Molina loco cit. diſput. 148. quòd ſi Prælatus teſtari non valet de reditibus beneficiorum caſibus de quibus ſuprà, ſi inſtituat de iis maioratum per contractum reuòcabilem, vel alio modo reuocabiliter, inualida eſt huiuſmodi inſtitutio, & illa bona ſpectant ad camerã apoſtolicam, vel ſucceſſorem in beneficio, quia ſic ſimilatur vltimæ voluntati, quæ reuocabilis eſt, vt verò hæc prohibetur, ſic & illa.

II. Si Prælatus dum ſanus eſt, de portione ei deputata, donet inter viuos, vel inſtituat maioratum, peccat mortaliter, valet tamen illa inſtitutio, nec donatarius etiam in foro conſcientiæ id reſtituere tenetur; & idem ſi beneficiarij qui conſuetudine poſſunt teſtari, donent inter viuos, vel inſtituant maioratum, etiam contractu reuocabili.

III. Si Prælatus in infirmitate, qua decedit, pias donationes inter viuos de iis bonis faciat etiam magnæ quatitatis, validæ ſunt, & laudabiles, in foro exteriori, conſcientiæque, etiam ſi donatio ſit remuneratoria, ex gratitudine morali debita, & fiat à regularibus, qui habeant adminiſtrationem ſuorum beneficiorum; ſed ſi in eo ſtatu conſtitutus donat de iis bonis in vſus prophanos, vel inſtituat maioratum reuocabiliter, valet huiuſmodi diſpoſitio in vtroque foro, licet donans peccet mortaliter, vt ibi dicit Molina.

Id etiam addens ſacram congregationem Concilij, plura reſpondiſſe circa perſonas, & beneficia eccleſiaſtica. Vnde Abbates, & Archidiaconi non poſſunt exercere iuriſdictionem, niſi id habeant ex immemoriali conſuetudine. ſacr. congr. elucid. 509. nec Abbas tenetur reſidere in Abbatia carente cura, & conuentu ead. elucid. 308. & nullus Abbas poteſt concedere dimiſſorias clerico ſeculari. ead. elucid. 165. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 10. Quo verò ad beneficia, Epiſcopus habenti vnum ſimplex, quod eius ſuſtentationi decenti non

Sacra cõgregatio quid reſponderit circa perſonas, & beneficia eccleſiaſtica.

Digitized by Google

non ſufficit, poteſt conferre aliud ſimplex, ſine diſpenſatione Papæ, non tamen plura. ead. elucid. 549. nec parochialem habenti beneficium ſimplex ſufficiens, ſi verò non eſt ſufficiens, Papa eſt deſuper conſulendus. ead. elucid. 554. & *qui per triennium poſſedit beneficium non tenetur titulum oſtendere.* ead. elucid. 130. niſi ſit iuriſpatronatus. ead. elucid. 528. nec eſt faciendum examen in beneficiorum permutatione, ſi ambo ſint curata, & paria, ſecus de ſimplici ad curatum, vel inæqualia. ead. declarat. 352. & adepta poſſeſſione pacifica parochialis, vacat canonicatus. ead. elucid. 24. & 528. & hoc eſt tutius, & ſi quis obtinet duos canonicatus, in digniori tenetur ſeruire. ead. elucid. 90. & 318. & obtinens dignitatem, perdit canonicatum. ead. elucid. 157. & diſtributiones dandæ præſentibus. ea. elucid. 166. & etiam celebrantibus in Cathedrali tempore diuinorum inſtante ſuperiore ſi habent vlterius capellas, quæ ad id obligent, qui tamen ſuperior ab eo iuſſu debet abſtinere. ead. elucid. 523. & etiam ſtudentes ex licentia debita eas lucrantur, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui diuidi ſolent ſolum inter eos qui ſacris interſunt. ead. eluc. 210. & etiam eas lucrantur examinatores beneficiorum, ſi ſine fraude abſunt. ead. elucid. 526. poteſt etiam Epiſcopus dare parochialem aliam habenti, ſed prima vacat. ead. elucid. 23. & parochia, & beneficium habens diſtributiones quotidianas ſunt incompatibiles. ead. elucid. 77. & is tenetur reſidere intra limites parochiæ. ead. elucid. 93. & 527. & ſi is obtinet canonicatum, petit licentiam duorum menſium ad dimittendum primum. ead. elucid. 607. & per annum ob inimicitias abeſſe parochus poteſt. ead. elucid. 281. & qui parochiam obtinet à Papa, examinatur etiam inuito Epiſcopo. ead. elucid. 413. & ſi parochus vult prædicare non eſt prohibendus. eadem elucid. 351. & parochialium examina, & approbatio ab Epiſcopo fienda, ac adicta. ead. elucid. 335. 464. 516. & 548.

SVMMARIVM.

1 *Prædicandi muneris præſtantia quanta.*
2 *Prædicare qui poſſint, vel non.*
3 *In Prædicatore quæ requirantur circa naturalia, vel gratuita, vel acquiſita.*

4 *Prædi*

Digitized by Google

4 *Prædicatio qua forma facienda ſit, & quæ in ea vitãda.*
5 *Prædicatio qualiter ſit habenda, & quæ in ea vitanda.*
6 *Prædicandi modi quot ſint.*
7 *Prædicatores in quibus peccare poſſint.*
8 *Prædicatio vt audienda, & vt in eo peccetur.*

De Concionatoribus.

SIT *primum dictum.* Prædicandi munus eſt nobiliſſimum, digniſſimum, ac principaliſſimum omnium munerum, quæ ſunt in Dei Eccleſia. Competit autem id non omnibus æquè, vt diffinitur in Concil. Cõſtant. ſeſſ. 8. & ex Bulla. 2. Martini V. ſed aliquibus tantum. ex Concil. Lateran. ſub Innocentio III. can. 3. & 6. & Synod. gener. can. 64. vbi laici id vſurpãtes excommunicantur, & competit aliquibus quidem ex officio ſuo ordinario, & de iure communi. Aliis autem ex priuilegio, vel conceſſione ſuperiorum, & maximè Epiſcoporum. Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. ſeſſ. 24. cap. 4. 1 *Prædicandi muneris præſtantia quãta.*

Notandum primò, dignitatem officij prædicationis deſumi ex his capitibus. *Primò*, ex hoc quòd prædicatio fuit præcipuè munus Chriſti, qui poſtquam plures annos nos docuit exemplo ab ipſo primo die ſuæ natiuitatis, prædicationem verbi ſibi reſeruauit in annum trigeſimum, quando erat perfectæ ætatis, & cùm per totã vitam ſuam paſſus ſit, per tres ſolum annos prædicauit. *Secundò*, colligitur ex eo quòd primi ſucceſſores, & legati Chriſti Apoſtoli, cum alia munera baptizandi, adminiſtrandi alia ſacramenta, gerendi curam viduarũ, & alia his ſimilia aliis diſcipulis commiſiſſent, ſolum munus prædicationis ſibi reſeruarunt, non putarunt ergo hoc eſſe facilè aliis committendum, ſi ipſis reſeruarunt. *Tertiò*, colligitur ex hoc, quòd prædicatio verbi requirit executionem eorũ, quæ homo aliis prædicat, id eſt vitæ ſanctitatem, ne id quod ore homo affirmat, opere neget, néve cum aliis prædicauerit, ipſe reprobus efficiatur. Hinc munus prædicandi eſt magnæ, & ingentis ſanctitatis. Et prædicatores deberent vitæ ſanctitate Angelis coæquari, prout viatoribus fas eſt. Vltimò, id colligitur, ex hoc quòd prædicatione primum, ac principaliter animæ Deo lucrifiunt. His addi poteſt etiam dignitas ipſius rei, quæ tractatur

Chriſtus fuit potens opere & ſermone, & cœpit facere & docere. Luc. 24. & Act. 1.

in

Digitized by Google

in prædicatione, tractatur enim in prædicatione verbum Dei,& ſcriptura ſacra, cuius excellentia, ſatis colligi poteſt ex his,quæ ſcripſerunt in ea ſancti Patres,namque in his locis morari opus eſt.

2 *Prædicare qui poſſint, vel non.*

Notandum ſecundò, munus prædicationis de iure pertinere tantum ad duo genera perſonarum quibus ex officio competit prædicare: in altero genere continetur ſummus Pōtifex Romanus cum omnibus Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, & aliis Prælatis Eccleſiæ, iſti enim ſuccedunt Apoſtolis: Apoſtoli verò ſibi reſeruauerunt munus prædicationis,de ſummo Pontifice dicit Card.in clem.dudum.de ſepult. ad ipſum principaliter pertinere prædicationem diuini verbi:ex can. in memoriam.diſt.19.quod fit prædicando,vel leges condendo, vel epiſtolas emittendo,cũ omnes præſentes eſſe non poſſint, videmus in principio naſcentis Eccleſiæ ſummos Pontifices, quamuis occupatiſſimos in aliis negotiis, diligentiſſimè incubuiſſe in hoc negotio: & hoc per multa ſecula fuit ſeruatum in Eccleſia, vt patet ex multis Homiliis ſummorum Pontificum,quæ extant vſque adhuc: Epiſcopos verò in eodem munere diligenter laboraſſe apertè conſtat ex eorum ſcriptis, nam maxima pars ſanctorum Patrum,quorum habemus ſcripta,Epiſcopi fuerunt: ſic fuere Baſilius,Gregorius Nazianzenus,Chryſoſtomus, Auguſtinus,& alij ſimiles.Hinc Conc.Trid.ſeſſ.24.de refor.cap.4. munus prædicandi vocat præcipuè munus Epiſcoporum præcipit omnibus Epiſcopis,Archiepiſcopis,Primatibus,&c.vt niſi legitimo impedimento fuerint detenti, per ſeipſos prædicent populo. Hinc Conc. Lateran. ſub Innocentio III. cap.10. idem præcipit Epiſcopis, & ob hanc cauſam non vult eligi Epiſcopos,niſi ſint ſufficiẽtes ad prædicandum, atque hinc puto ſeruari in ordinatione Epiſcoporum,quòd exigatur ab illis an ſciant nouum,& vetus teſtamentum.

Munus prædicandi propriũ eſt Epiſcoporum & Curatorum.

De Curatis verò illis competere ex officio munus prædicandi,habetur in Conc. Trid.ſuprà cit. & ſeſſ.5. c.2. & eſt communis ſententia tã Canoniſtarum, quàm Theologorũ. & tã de ipſis, quàm de Epiſcopis probatur euidenti ratione.

Primò, quia ij omnes ſunt paſtores, Curati quidem in foro interiori, Epiſcopi etiam in exteriori. At paſtoris eſt non ſolum vigilare ſuper gregem, ſed multo magis eſt paſcere;vt ait Propheta, *Paruuli petierunt panem, nec erat*

Ioan.21. Thren.4. 2.Timot.4.

erat qui frangeret eis Hinc Apoſtolus, *prædica verbum, argue, increpa*, &c. *Secunda ratio*, quia nemo poteſt prædicare, niſi mittatur, ſic ij qui mittuntur prædicare tenentur, at paſtores ſunt, qui mittuntur iure quodam ordinario, tanquam ordinarij quidam miſſi, qui etiam ordinario iure prædicare debent; ordinario autem iure mittuntur omnes hoc ipſo quòd eliguntur ad prælaturas, aut ad curam animarum. Hinc eſt, ꝙ ij tanquam legitimi, & idonei prædicare debẽt, & non eſt opus alia licentia.

Notandum tertiò, ex conceſſione Romani Pontificis, necnon etiam Epiſcoporum munus prædicandi poſſe exerceri licitè à quocunque ſacerdote, etiam non curato. Hinc Conc. Later. ſub Innocẽtio III. in cap. 3. determinat, vt nullus ſacerdos non curatus audeat prædicare præter authoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel Catholici Epiſcopi, ex quo colligitur non ſolùm ſedem Apoſtolicam, ſed etiam Epiſcopum Catholicum dare poſſe facultatem ſacerdoti ſimplici prædicandi. Addit idem Concilium, quòd ſi quis presbyter ſine Epiſcopi licentia hoc munus facere præſumit, excommunicetur. Hinc naſci poteſt dubitatio, *an ſimplex ſacerdos Catholicus tuta conſcientia poſſit prædicare ex licentia ſibi tradita ab Epiſcopo hæretico*. Reſpon. Epiſcopum hæreticum toleratum non perdere ipſo iure iuriſdictionem, præſertim quandiu non eſt ita notorius; & inde licentiam ab eo obtentam validam eſſe quouſque reſcindatur.

Epiſcopus hæreticus occultus non perdit iuriſdictionem.

II. Quando populus eſſet catholicus, tunc magis conſulerem, vt ſimplex ſacerdos non vteretur Epiſcopi licentia ad prædicandum, præſertim quando non eſſet omnimoda penuria prædicatorum: & hoc ne ſacerdos catholicus videatur participare in peccato Epiſcopi.

III. In locis infectis non ſolùm de licentia Epiſcopi hæretici, ſed etiam contra eius voluntatem poſſe eum prædicare, & fidem tueri: quia in neceſſitate vnicuique incumbit profiteri fidem, & pro ea pugnare omnibus viis.

Vrgente neceſſitate omnes ſacerdotes vbique poſſunt prædicare.

Notandũ quartò, ex priuilegio ſedis Apoſtolicę iã ferè omnib. Religionib. exẽptis cõceſſam eſſe facultatẽ prædicandi, dũmodo fuerint idonei reperti; præter hoc priuilegiũ idem eſt conceſſum fratribus minorib. in clem. dudum. de ſepult. quæ extenſa fuit per Clementem V. ad fratres Auguſtinianos, & per Ioannẽ XXII. ad fratres Carmelitanos, & paulatim ad alios religioſos, modo vt patet ex eorũ priuilegiis.

Auguſtinia. & Carmel. ex priuilegio poſſunt prædicare.

Notan

Diaconi & ſubdiaconi aliquando prædicare poſſunt fœmina nunquam.

Notandum quintò, etiam diaconos poſſe prædicare non ſolùm ex commiſſione, ſeu licentia Epiſcopi, ſed etiam ex officio ſi ſint promoti ad aliquam prælaturam, vel ad curam animarum. Silu.in ver, Prædicator. §.1. quando diaconus non habet curam,nec prælaturam,tunc de licentia Epiſcopi poteſt prædicare,& ſaltem ex communi conſenſu Doctorum poteſt declarare populo Euangelium:nam illi commiſſa eſt facultas annunciandi populo Euangelium: quod non intelligendum eſt ſolum de lectione, ſed etiam de explicatione, quia legere poteſt ex officio ſine vlla licentia, declarare verò euangelium,non poteſt ſine licentia.

Notandum ſextò, & ſubdiacono poſſe ab Apoſtolica ſede committi munus prædicandi: multi volunt poſſe etiam committi ab Epiſcopo,præſertim ex cauſa rationabili,quando ſubdiaconus eſſet valdè idoneus,nec alij eſſent adeò idonei,imò D.Anton.in 2.p.tract.18.cap.3.§.5. D.Thom.in 2. 2. quæſt. 177. artic. 2. tenent etiam clericis poſſe committi munus prædicandi ſaltem ab Apoſtolica ſede, probant hoc ex can. mulier.diſtinct.23. Hinc in multis religionibus quibus cõceſſum eſt ſimpliciter:vt Prælati poſſint mittere ſuos religioſos ad prædicandum, non limitando ſolos ſacerdotes, diaconos, & ſubdiaconos, practicari ſolet, vt mittant etiam clericos ad prædicandum.Quam religionum praxim non auderem condemnare, cum introducta ſit à viris doctiſſimis, qui ſunt in illis Religionibus. Hinc puto Epiſcopos in neceſſitate poſſe dare clericis licentiam prædicandi.

Notandum ſeptimò, mulieribus ſimpliciter interdictum eſſe munus prædicandi, vt dicunt D. Thom. & Anton. vbi ſupra, & habetur in can. mulier.cit. Hæc eſt doctrina Apoſtoli. 1. Corinth.cap.17. & Timoth. 2. rationes, cur ſit ab eccleſia, & Apoſtolica ſede interdictum, tres afferunt Doctores: prima teſte D. Thom. in loco cit. eſt infima conditio mulieris; eſt enim eius conditio, vt ſit ſubdita, non autem vt ſit præſes. Geneſ.cap.3. & apud Apoſtolum in multis locis: Munus autem prædicandi prælationis munus eſt, & non ſubiectionis. Secunda ratio, ne animi hominum alliciantur ad libidinem, cum præſertim vox mulieris ſit fractior, & geſtus mollis, & homines in concionibus ſoleant tenere fixos oculos ad concionantes:Tertia ratio, quia mulieres communiter non ſunt ita capaces ſapientiæ, & doctrinæ,

Cur mulieres prædicare nõ poſſint. 1.Cor.14. Mulieres in eccleſia taceant.

Digitized by Google

ctrinæ,neque ſunt ita conſtantes,neque in corde, neque in ſermone,vt viri.

Aduertendum tamen, quòd dixi ſimpliciter prohibitum eſſe mulieri prædicare toti eccleſiæ, quo loco nomine totius eccleſiæ, nõ intelligimus totam eccleſiam vniuerſalem, quia hæc non poteſt conuenire ad vnam concionem, ſed totam eccleſiam vocamus totam cõgregationem fidelium, quæ eſt in aliquo loco: & hanc adhuc non totam quò ad ſingulos, ſed totam quò ad aliquos ex ſingulis generibus, vnde tota eccleſia eſt quando conuenit ſimul pars cleri, & pars populi:vt rectè not.Caiet.in 2.2.q.177.art.2. vnde infert idem eo loco, & licere, & præceptum eſſe Monialibus prædicare ſuis monialibus; ſcilicet adhortari obſeruantiam regularem,&c. ſimili modo id eſt præceptum Abbatiſſæ, & cuiuis alteri monialium prælatarum.

Notandum octauò, perſonis ſuperenumeratis diuerſimodè licere prædicare: nam Epiſcopis eſt licitum prædicare non ſolùm in ſua, ſed etiam in aliena diœceſi, niſi prohibeantur à diœceſano loci, vt habetur in c. in nouo.diſt.21. Parochis verò non licet prædicare alibi, quàm in ſua parochia,niſi de licẽtia,vel Epiſcopi, vel Parochi loci,vnde Epiſcopo ad prædicandũ in aliena diœceſi ſatis eſt ſi alter Epiſcopus non contradicat:Parocho non ſatis eſt ſi alter Parochus non contradicat, ſed neceſſarium eſt, vt petat, & obtineat ab eo licentiam. Regularibus regulariter viuentibus, id eſt degentibus in monaſteriis ſuorum ordinum licitum eſt prædicare in ſuis propriis eccleſiis, de licentia ſuorum ſuperiorum:accepta tamen perſonaliter benedictione ipſius Epiſcopi,ad quem,quando pro hac benedictione obtinenda accedunt, debent etiam deferre approbationem ſuorum ſuperiorum de vita,moribus, & doctrina, vt expreſsè habetur ex Conc.Trid.ſeſſ.cap.2.de ref.

Ad prædicandum verò in alijs eccleſiis, neceſſaria eſt iis etiam licentia Epiſcopi,præter licentiam ſuperiorum. d.c.2. Regulares verò non viuentes regulariter, id eſt degentes extra clauſtra monaſteriorum, & ſeculares ſacerdotes non noti, non ſunt ab vllo Epiſcopo admittendi ad concionandum virtute cuiuſquã facultatis, aut priuilegiis,etiã apoſtolicis niſi ipſi Epiſcopo noti ſint, & vita, & moribus, & doctrina probati,quouſque ſuper eiſdem priuilegiis ſedes apoſtolica ab ipſo Epiſcopo conſulatur, vt expreſsè habetur in

Digitized by Google

eod. Trid. Conc. loco cit. pari modo, neque admittendi ſunt ad prædicandum quæſtores eleemoſynarum. ſeſſ. 21. de reform. cap. 9. in d. Concil.

Notandum nonò, cum ex doctrina Apoſtoli ad Rom. 10. *nullus prædicare debeat, niſi mittatur.* Quòd tribus modis poteſt aliquis mitti ad prædicandum.

I. De iure hoc ipſo, quòd aſſumitur ad aliquam prælaturam, habentem curam, & aut ad aliam quamcunque curam animarum, vt ſunt Parochi: Quo modo prædicare poſſunt omnes Epiſcopi, & omnes curati.

Trib. modis aliquis mittitur ad prædicandum.

II. Poſſunt mitti ad prædicandum ex peculiari commiſſione, ſeu priuilegio ſuperioris, quòd aliquando conceditur perſonis particularibus, aliquando verò toti alicui ordini. *Tertius modus* mittendi eſt valdè extraordinarius, & rarus, nempè quando quis mittitur ab ipſo Deo ad prædicandum, quo modo antiquitus miſſi ſunt Prophetæ, ſic miſſus fuit à Deo ad prædicandum ſanctus Ioannes Baptiſta, vt habetur Ioan. 1. eodem modo miſſus fuit à Deo ad prædicandum ſanctus Equitius Abbas, vt teſtatur Gregorius in dialogis ſuis: Pari ratione dicitur miſſus fuiſſe ad prædicandum ſanctus Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum, vt legitur in vita ſua. Pari modo hæretici facilè ſibi ſolent arrogare tale munus; ideò ex duobus præcipuè debemus cognoſcere vtrum aliquis ſit miſſus à Deo: *primùm ex humilitate*, nam ſi quis eſt tantæ probitatis, vt à Deo in hoc munus eligatur, non poteſt recedere à ſuperioribus, & Prælatis eccleſiæ, vnde debet quamuis à Deo miſſus ſit, ſtatim prius mittere ad habendam licentiam à ſuis ſuperioribus, vel requiſitus à ſuis Prælatis debet ſtatim ſeipſis ſubmittere.

Exod. 3.

II. Id poſſumus cognoſcere, ſi ſuam miſſionem diuinam probet miraculis. Quomodo Moyſes miſſus ad populum Iſraël liberandum probauit miraculis ſe miſſum à Deo.

3 In prædicatore quæ requirantur nempe naturalia, gratuita dona, acquiſita dona.

Secundum dictum. Im perfecto prædicatore euangelico, tria genera donorum requiruntur: nempè *primò*, aliqua dona naturalia: *Secundò*, alia dona arte, ac labore acquiſita: *Tertiò*, & dona gratuita, & diuinitus tradita. Hæc autem non omnia ſunt neceſſaria, neque æquè vtilia.

Notandum primò, minimè omnium neceſſaria eſſe dona naturalia, loquendo de prædicatore verè euangelico, non autem de gentili oratore. Ratio eſt, quia hæc dona naturalia magis faciunt, vel ad delectandum auditores, & ad comparandum

ſandum ipſi prædicatori gloriã inanem, vt de eo poſſit dici, Recepit mercedem ſuam. Finis autem prædicationis euangelicæ, non eſt iſte, ſed eſt ſalus animarum. *Secunda ratio eſt*, quia ſæpè experientia compertum eſt prædicatores plenosdiuino ſpiritu; quamuis nullis, vel valdè exiguis donis naturalibus ornatos, conuertiſſe ad Deum infinitos homines.

Contra vero prædicatores cumulatiſſimi naturalibus donis, propterea quòd gratuitis careant, vix vnum aliquem conuertiſſe. Vnde colligo rem vnam notatu dignam, in qua multi ſæpè communiter decipiuntur: nempè præcipuum fundamentum, & quaſi ſubſtantiam muneris prædicandi non conſiſtere in naturalibus, ſed in gratuitis donis, nempè *in charitate, zelo, humilitate*, &c. Naturalia verò dona eſſe quaſi quædam extrinſeca accidentia aliquãtulum exornantia ipſum prædicatorem. Hinc prædicatorem abundantem naturalibus, & carentem gratuitis aſſimilare poſſumus turpiſſimæ, & fœdiſſimæ mulieri veſtitæ pulcherrimis ornamentis. 1.Cor. cap.14. Præcipua verò dona naturalia, quæ prædicatorem iuuare poſſunt, hæc eſſe, nempè vocem claram, & ſonoram, præſertim vi pectoris ipſius expreſſam, conſequenter firma latera, tum ad ſuſtinendum laborẽ prædicandi, tum ad vocem, quam diximus, expermendam. Iudicij maturitas, ingenij perſpicacitas, memoriæ tenacitas. Facilitas conformandi vultum pro qualitate eorum, quæ dicit, vt ſciat fingere modo vultum iratũ, modo mitem, &c. prout offertur occaſio rei: præterea multum confert facilitas quædam dicendi, & docendi, & ſermonis perſpicuitas: quantum ſpectat ad formam ipſius vultus, *expedit concionatores, nec valdè pulchros eſſe, nec deformes*. Circa dona arte quæſita, notandum eſt requiri. *Prædicator nec valde pulcher nec deformis ſit.*

I. In prædicatore rerum experientiam, & licet conferat ſæpè experientia aliarum rerum, præcipuè tamen experientia harum rerum: nempè experientia circa tractandas animas hominum, vt experimento didicitum ſit, quibus modis peccator moueatur ad pœnitentiam, quibus inflammetur ad maiorẽ perfectionem, quibus aliquis inducatur ad amorem Dei, quibus ad peccatorum deteſtationem, quibus armis facilius homo inſtruatur ad reſiſtendum tentationibus. *Poſtremò* ſint exercitatiſſimi in his rebus quibus iuuatur ad animas Deo lucrandas.

Digitized by Google

II. Requiritur in prædicatore ſufficiens ſcientia, præcipuè verò ſcientia ſacrarum ſcripturarum; quòd ſi prædicator ſit prædicaturus inter populos fideles, debet eſſe verſatiſſimus in his lectionibus, primò, ac principaliter in lectionibus piorum doctorum, & librorum. Maximè confert ex Patribus cõcionatorem eſſe verſatiſſimum in lectione Moralium Diui Gregorij, in lectione ſanctorum Patrum ſuper Pſalmos, ſuper Prouerbia, ſuper Eccleſiaſtes, ſuper omnes Prophetas, ſuper Epiſtolas Diui Pauli, ſuper Euangelia, multum ſæpè confert lectio Commentariorum ſuper Cantica, ſed hæc non eſt ita omnibus conſulenda: Inter cæteros authores in Epiſtola D. Pauli egregiè ſcribit D. Thom. non tam pro expoſitione litterali ipſius Apoſtoli, quàm pro declaratione infinitarum ſcripturarum, quas ibi refert, & exponit. In omnes hos ſcripturæ libros communiter eſt melius legere recentiores, quàm antiquos, quia recentiores ſolent referre omnia, quæ in antiquis habentur, & multa alia addere. In eundem finem confert legere etiam hos libros, Catechiſmum ad Parochos, ex Decreto Conc. Trident. factum, Landulphum de vita Chriſti, Inſtitutiones Chriſtianas Viguerij, permulta Opuſcula Gulielmi Pariſienſis, Opuſcula etiam Bonauenturæ, &c.

Libri à prædicatoribus legendi.

Aduertendum in lectione horum librorum, præcipuè concionatorem debere in hoc collocare ſuam operam, vt quoties in illis libris inuenit, vel aliquam pulchram expoſitionẽ alicuius ſcripturæ ſacræ, vel aliqua pulchra dicta moralia, ea annotet in ſuo libello digeſto per communia loca, vt quoties aliquam concionem parat inde poſſit omnia facilè accipere. Deberet autem concionator habere duos libellos locorum communium, alterum digeſtum per materias ordine Alphabeti, vbi habeat annotata nomina virtutum: vitiorum, & officiorum, ſingula in diuerſis actis. Alter debet eſſe libellus pro ſacra ſcriptura, qui poteſt eſſe diſtinctus, iuxta libros ipſius ſcripturæ. Et quoties inuenit apud aliquem authorem pulchram expoſitionem alicuius loci ſcripturæ, id notet in ſuo libello in eo loco, ad quem pertinet illa ſcriptura.

Dona acquiſita.

III. Plerunque cõfert aliqua mediocris cognitio præceptorum Rhetoricæ, præcipuè verò cognitio illorum præceptorum, quæ pertinẽt ad inuentionẽ, diſpoſitionẽ, elocutionem, memoriã, & pronunciationẽ; necnon cognitio præceptorum

Digitized by Google

ptorum pertinentium ad exordium, narrationem, & epilogum: nam præcepta confirmationis, & confutationis non ita ſunt vſui prædicationi.

IIII. Valdè vtilis eſt promptitudo ſermonis in illo idiomate, quo quis concionatur, præcipuè verò vt vti poſſit verbis ſignificantibus, & quæ in ſeipſis habent pondus quoddam, in iunioribus, & nouitiis prædicatoribus laudabilior eſt exuberantia orationis, quàm penuria verborum, ſed in hoc cauendum eſt ab omni ſpecie affectationis, & præſertim à frequentia orationis numeroſæ.

V. Multum etiam confert imitatio alicuius excellentis prædicatoris: ſed quia multi dum alios ſupra ſuas vires imitari conantur, perdunt etiam vſum propriorum talentorum: ideò ad imitandum ſine detrimento, hæc ſunt obſeruanda.

I. Vt nullus ſibi ſuſcipiat aliquem imitandum, niſi eum quem ſine multa violentia imitari poteſt, ſed eum qui ſibi facilior ſit ad imitandum.

II. Vt nemo incipiat ſtatim aliquem in omnibus imitari, ſed paulatim, incipiendo ſemper à melioribus, vt ſi non poſſit in omnibus, ſaltem in melioribus imitetur.

III. Cum quis vult aliquem imitari, expedit vt eum imitari incipiat in locis vbi ille non ſit adeò notus: nam ſi imitari incipiat in locis, vbi ille notus eſt, cum non poſſit initio perfectè imitari, parum proficiet. Poſtremò, caueat ne imitetur in iis, in quibus concionator peccat, & non placet aliis.

VI. Expedit nouitio concionatori frequenter ſe exercere, vel intra priuatos parietes, coram aliqua tamen perſona, à qua poſſit dirigi in iis in quibus errat. Et in hac exercitatione multum prodeſt tentare varias vias, & diuerſos modos prædicandi, vt quem modum iudicio ſuo, & alterius, à quo dirigitur, ſibi inuenit accommodatiorem, eum ſequatur.

VII. Ars muſica non nihil etiam confert prædicatori ad vocis mutationes; vt ſciat vocem inflectere, prout fert res illa quam tractat: nam modo vtendum eſt voce graui, modo acuta, modo aſpera, modo leni, &c. Ad idē reducitur etiam geſtus corporis, vt geſtus concordes, & rebus ſint quæ tractantur, & vocibus.

VII. Et vltimò, ſolent non nihil ornamenti afferre concionatori, & concioni ſcientiæ humanæ, & prophanę, id eſt non ſacræ, vt cognitio multarū Hiſtoriarum, cognitio Philoſophiæ ſpeculatiuæ, Ciuilium, & Canonicarum legum,

Poëſis denique, ac Poëtarum. His tamen, in concionib. parce vtendum eſt, cognitionem autem fabularum, puto nihil conferre prædicatori, nec cuiquam cõſulerem, vt Poëtarum fabulas pro concione recenſeret, præcipuè ne fabulas accommodaret ad myſteria Chriſti, Apoſtolorum, & ad alia myſteria fidei, tum ne prophanos Poëtas, cum ſæpè fuerint malæ vitæ, videamur facere Prophetas, tum ne altiſſima myſteria noſtræ Religionis vilia faciamus, dum illis fabulas accommodamus, & licet aliqui ex antiquis Sanctis, aliquando tale quid egerint; hoc tamen & valdè rarũ fuit, & factum eſt initio naſcentis eccleſiæ, quã io non erat copia tam multarum rerum ſacrarum, qualis modo eſt. Et ideò mihi videtur nullo modo eos imitandos eſſe.

Fabulæ poeticæ è concionibus arcenda.

Notandum vltimò, circa dona gratuita, ſeu ſpiritualia, hæc eſſe præcipuè concionatori neceſſaria, quæ ſunt etiam multo vtiliora euangelico prædicatori ad fortificandum proximum.

Dona gratuita.

I. Debet in prædicatore eſſe magna, & ingens charitas Dei, & proximi, quæ quanto erit in aliquo maior, eo facit illum aptiorem ad prædicandum: Nam magna charitas Dei generat in animo prædicatorum magnum zelũ diuini honoris, & cultus. Quare ex charitate excitatur magnum deſiderium, vt totus mundus ſeruiat vni Deo, vt nullus Deum offendat; omnes Deo, quàm proximè inhæreant. Hic zelus diuini honoris facilè poteſt hominem inducere ad deſiderandum malum iis omnibus, qui Deum offendunt, & ad ſumendam de eis vindictam, ad eorum emẽdationem curandam, vnde neceſſe eſt vt accedat amor proximi, qui affectu quodam paterno, & pio, quærat non punire homines pro peccatis, ſed eos à peccatis abducere, & Deo reconciliare.

II. Loco, requiritur in concionatore frequens tractatio cum Deo per orationẽ, meditationem, & alia pia exercitia. Hoc ſecundum, & eſt effectus quidam prioris talenti, & ſimul eſt cauſa, & effectus: quia vt amicus non poteſt abſtinere ab amici conſuetudine, ſic homo qui verè diligit Deũ, vt debet, non poteſt ſe continere, quin cum eo ſæpè tractet. Rurſus frequens tractatio cum Deo magis quotidie incendit, & inflãmat ad eius amorem, & ſic eſt etiam cauſa amoris. Neceſſitas autem huius tractatus cum Deo in prædicatore, ex eo deſumitur, quòd ſcientia illa, qua præcipuè, ac maxi

Succedat orationi Lectio, & Lectioni oratio.

maximè poſſumus animas iuuare, ex Deo potius quàm aliundè petenda eſt: Et quia prædicator in prædicando eſt quidam legatus Dei ad homines; omnis autem legatus de omnibus, quæ ad ſuam legationem pertinent particulariter inſtrui debet ab eo à quo mittitur legatus; ideò cum Deo verſari debet, medio orationis,& bonorum operum, vt ab eo inſtruatur. Adde, quòd experientia compertū eſt mentem prædicatoris in oratione frequentiſſimè illuſtrari non ſolum ad intelligendum ſcripturas,ſed etiam ad inuenienda remedia peccatorum, & vias, quibus poſſit animas Chriſto lucrari.

III. Requiritur in prædicatore profundiſſima humilitas cordis,quæ eſt neceſſaria,ſiue bene,ſiue malè quis prædicet; ſi enim eſt bonus prædicator, & facit magnos fructus, vel prædicat cum magno applauſu, neceſſariiſſima eſt illi humilitas ad euitandum vanam gloriam;ſi autem malè prædicet ſine applauſu, ſine fructu, non eſt illi minus neceſſaria humilitas ad fugandum mœrorem,triſtitiam, puſillanimitatem,&c.Superbia autem,iactantia,& inanis gloria prædicatoris,ſæpiſſimè cauſa eſt,vt nullus, vel paruus fortè ſequatur fructus in populo,ſiue quia ſic Deus permittit ad humiliationem prædicatoris,ſiue quia vox prædicatoris ſuperbi eſt inſtar illius,de quo dicit Apoſtolus, *factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* *Humilitas eſt concionatorij omnino neceſſaria.* *1.Cor.c.13.*

IIII. Requiritur, in prædicatore modeſtia quædam, & compoſitio exterior, atque interior in omnibus ſuis actionibus, vt non facilè prorumpat in iram, indignationem, contumelias,riſus,iocos,blaſphemias, turpiloquia, ſcurrilitates,&c.& vt ſit modeſtus in victu,& veſtitu. *Poſtremò*,vt ita viuat,vt neminem offendat. *Debet enim prius facere, & deinde docere*, vt de Chriſto exemplari omnium prædicatorum,docet Lucas, Actuum primo, vt prædicator ſit lucerna ardens primum, deinde lucens,ardens per bonitatem vitæ,& lucens per verba doctrinæ,vt dicitur de Ioanne Euangeliſta, præcipuè verò ad euitādam omnem proximi offenſionem, hæc ſeruanda ſunt prædicatori. *Modeſtia concionātis.*

Primum. Vt non verſetur frequenter in frequentia hominum, & in locis publicis, nec ſectetur nimias eorum familiaritates:ſic enim quantumcunque ſanctiſſimus,vix euadet,quin ſcandalizet proximum.

II. Debet quantum fieri poteſt euitare omnia conui-

uia, etiam piorum hominum, quia difficilè eſt in conuiuio non aliquem offendere.

III. Vitet quantum poteſt non ſolùm familiaritatem, ſed etiam ſimplicia colloquia fœminarum: tum quia conuerſatio fœminarum communiter non bene olet, ſed parit vmbram, tum quia fœminarum conſuetudo verè ſolet animum titillare. *Poſtremò*, quia fœminæ ſolent eſſe valdè verboſæ, & ita morabuntur concionatores à ſuis ſtudiis.

V. Neceſſarium eſt concionatori, vt peculiarem operam det macerationi carnis, iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor. 9. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar*: Et hoc quia communiter concionatores, vt poſſint habere vires ſufficientes prædicandi, tum ipſi per ſe, tum amicorum importunitate ſolent indulgere aliquantulum corpori, & carni, ideò neceſſe eſt ex altera parte aliquid carni ſubtrahi.

II. Quia officium prædicatoris ex ſua natura eſt delectabile, præſertim, quando quis non peſſimè illud exercet: omnis autem delectatio iuuat maximè ad faciendã corporis recalcitrationẽ, vnde neceſſe eſt ex altera parte, vt frœnetur.

III. Quia neceſſe eſt prædicatorem in ſe experiri ea quæ populo ſuadet.

VI. Illa ipſa quæ plerique homines facere ſolent induſtria artis Rhetoricæ mouendo in ſua concione, docendo, & delectando, ſolent etiam aliquando iis qui illa arte præditi non ſunt diuinitus tribui, & vocatur gratia gratis data, quam Apoſtolus. 1. Cor. 12. vocat *gratiam ſermonis*, de qua D. Tho. in 2. 2. q. 177. & ſi homo habeat hanc gratiam ad tractandum de rebus moralibus vocatur *ſermo ſcientiæ*, ſi autem ad tractandum de rebus diuinis, & fidei myſteriis vocatur *ſermo ſapientiæ*, vt Apoſtolus in eodem loco docet. Hinc nemo deſperare debet in officio prædicandi ex ignorantia eloquentiæ, quia ſi ſit talis, qualis eſſe debet, & qualem nos ſupra diximus, hoc in eo ſupplebit per hanc gratiam Spiritus ſanctus.

De materia, & forma prædicationis, déque modo prædicandi.

4 *Prædicatio* SIT *primum dictum.* Materia prædicationis eſt verbum Dei, colligitur hoc ex infinitis ſcripturis, è quib. aliquas tantum

tantum enumerabo, primò, eſt authoritas Apoſtoli 2. Timoth. 4. *Prædica verbum*. ad Rom. 10. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei*. & Actuum 4. de Apoſtolis dicitur, *loquebantur cum fiducia verbum Dei*. Act. 6. *non eſt æquum nos relinquere verbum Dei*, &c. Hinc officium prædicationis frequentiſſimè vocari ſolet in ſcriptura, miniſterium verbi. *qua forma fienda, & qua in ea vitanda.* *2. Cor. c. 3.*

Notandum primò, Verbum Dei hoc loco vocari ipſam ſacram ſcripturam tam veteris, quàm noui teſtamenti, propterea ꝙ tota ſacra ſcriptura eſt dictata à Spiritu ſancto. Vnde in ſymbolo Apoſtolorũ dicitur, Deus locutus eſt per Prophetas. Sic Apoſtolus, *Multifariam multiſq; modis olim Deum loquens*, &c. *Hebr. c. 1.* Præcipua autem ratione, & magis peculiari verbum Dei ſignificat ſcripturam noui teſtamenti, quam Deus locutus eſt nobis in filio, peculiariſſimè verbum Dei eſt ipſum Euangelium Chriſti veri Dei ore, vel facto prolatum. Hinc materia prædicationis eſt tota ſacra ſcriptura. Quare ſufficienter omnia, quæ ex ſcriptura eliciuntur ad prædicationem aſſumi poſſunt, & debent in prædicatione: primò enim poteſt aſſumi aliquod myſterium fidei ad docendum rudes: *ſecundò*, poteſt aſſumi aliquod peccatum ad arguendum, & increpandum: *tertiò*, poteſt aſſumi aliqua virtus ad exhortandum ad illam, & ad inſtruendum; vt in illa nos exerceamus. Sed hæc tria ſufficientiſſimè præſtari in ſcriptura, & nobis ex ea ſuppeditari expreſsè docet Apoſtolus. 2. Timoth. c. 3. dum dicit, *omnem ſcripturam diuinitus inſpiratam vtilem eſſe ad docendum*, ecce primum: *ad increpandum*, ecce ſecundum, *ad inſtruendum in iuſtitia*, ecce tertium, ſimiliter idem Apoſtolus dicit: *Prædica verbum*, ecce primum, *Argue, increpa*, ecce ſecundum, *Obſecra*, exhortando, ecce tertium.

Notandum ſecundò, licet principalis materia prædicationis ſit ſacra ſcriptura, & in ea cõſummari debeat maior pars prædicationis, intelligendo, tum de ipſa ſcriptura in ſe, tum de eius expoſitione, quæ habetur apud Sanctos, tamen licitè poteſt aliquid interponi in prædicatione, ex humana ſapientia, ex Philoſophia, ex Hiſtoriis, ex dictis gentilium, vt habetur can. relatum. diſt. 37. hoc tamen intelligendum eſt cum duplici limitatione: altera eſt vt non niſi pauca accipiantur ex mundana ſcientia. Vnde Greg. vt habetur in can. cum multa. diſt. 86. reprehendit quendam Epiſcopum,

eo quòd ſemper prædicabat grammaticam; quo loco. Gl. ait, prædicationem huius Epiſcopi talem fuiſſe quòd ſemper in concione referebat gentilium fabulas, & eas poſtea moralizabat. Altera limitatio eſt, vt nō aſſumatur aliquid ex humanis ſcientiis tanquam ad complendā authoritatem ipſius ſacræ ſcripturæ, ſed ſolum ad oſtendendum gentilibus, vel etiam Chriſtianis, hoc ipſum quod docet ſacra ſcriptura eſſe ita conforme lumine naturali, vt plerumque, vt plurimum fuerit etiam gentili cognitum.

Notandum tertiò, ex D. Tho. in 2. 2. q. 168. art. 2. & ex D. Ambro. ibidem relato, ex Caiet. ibid. non licere in prædicatione Euangelica, & Chriſtiana interponere aliquid iocoſum, & ridiculoſum, etiam ſi fiat ad reuelandos eorum animos iam defeſſos: probant hoc ipſum etiā teſtimonio ipſius Ciceronis, qui in præceptis Rhetoricæ artis ait, quando auditores ſunt defatigati, expedire Oratori narrare aliquid iocoſum, aut ridiculoſum, vt illos releuet, niſi tamen rei magnitudo, quæ tractatur hoc prohibeat: ſed prædicatio diuini verbi ex natura ſua eſt res grauis, & materia grauis, ergo nunquam in illa debet interponi aliquod iocoſum, & ridiculoſum. Non tamen auſim affirmare hoc eſſe peccatum mortale, cùm neque D. Tho. hoc dicat; nec eſſe ex grauioribus peccatis venialibus, præſertim ſi ex bono zelo, & valdè parcè fiat: probabile tamen eſt nunquam carere aliqua leui culpa, & indecentia.

5 *Secundum dictum*. Forma prædicationis, ſeu eius ſolemnitas in his quinque conditionibus poſita eſt.

Prædicatio qualiter ſit habenda, & quæ in ea vitanda.

Prima conditio eſt, vt concio ſit ſermo publicus, & publicus non ſolum de iure, ſed etiam de facto. De iure publicus ſermo eſt, quando fit in loco publico, vt in eccleſia, in foro, & in platea, publicum de facto eſt, quando non ponitur aliquod impedimentum per quod impediatur, quin poſſint accedere quicunque volent, verbi gratia, non clauduntur fores eccleſiæ.

Secunda conditio, vt ſit ſermo generalis, id eſt pertinens ad omnes homines omnis ſtatus, & conditionis: per quam differentiam, ſermones, qui haberi ſolent ad moniales, ad religioſos, ad capitulum, ſimiliter ſermones, qui haberi ſolent in ſodalitiis laicorum, ſiue habeantur ab ipſis laicis, ſiue à clericis non vocantur propriè prædicationes; quia nec ſunt publicæ, nec generales, imò ſi eſſent publicæ adhuc

Digitized by Google

hoc non ſunt generales.

Tertia conditio eſt, vt prædicator dum prædicat habeat locum ab aliis diſtinctum, & eminentiorem, præcipuè verò cathedram, vnde collationes, quæ ſolent fieri inter religioſos, & etiam inter laicos in ſodalitatibus, vbi ex ſuo quiſque loco dicit de rebus diuinis, non ſunt verè prædicationes.

Quarta conditio, quòd inuocet auxilium B. Virginis, vel Spiritus ſancti, dicendo initio prædicationis, vel poſt exordium, ſalutationem Angelicam, vel hymnum Spiritus ſancti. In prædicatione de Paſſione ſolet etiam frequenter dici hymnus de ipſa Paſſione, vel de Cruce. Si quis diceret ſolum orationem Dominicam, quamuis hoc per ſe malum non ſit, tamen præberet fortè ſuſpicionem hæreſis, propterea quòd hæretici omnes alias orationes ab eccleſia inſtitutas aſpernantur, & ſolum orationem Dominicam admittunt tanquam ipſius Chriſti ore prolatam. *Initio cōcionis inuocãdũ B. Virginis auxilium & gratiam SS.*

Quinta, & vltima conditio, requiritur, vt in prædicatione prius exprimatur thema, de quo eſt agendum, vel pars Euangelij, quod eſt explicandum, vbi *vitanda eſt quorundam concionatorum affectatio, qui prius totum Euangelium memoriter recitant.* Notandum hoc loco locum prædicationis propriiſſimum, & conuenientiſſimum eſſe eccleſiam, & hoc primò propter dignitatem rei, quæ tractatur in concione: tractatur enim verbum Dei, ergo in eccleſia Dei tractari debet: *ſecundò*, propter imitationem Chriſti Domini, qui in templo docuit, vt ipſe teſtatur Ioan. 18. & Luc. 19. *tertiò*, quia eccleſia eſt locus ſanctus, & conſecratus Deo, propter quam ſanctitatem Deus quodammodo obligat ſeipſi loco, adiuuando nos in eo. Et ſicut in templo particulari, quodãmodo iuuat orantes: ſic in prædicatione Deus particulariter iuuat, tam eos qui audiunt, quàm ipſum concionatorem. Per hoc tamen non tollitur, quin aliquando ob iuſtam occaſionem poſſit prædicatio diuini verbi fieri in plateis, præſertim quando, vel eſt tanta multitudo auditorum, vt non poſſet capi in eccleſia, vel quando in plateis inuenitur numeroſa aliqua multitudo hominum otioſorum, & vacãtium ludis, vel aliis rebus parum Chriſtianis dignis: tunc eſt optimum, vt aliquis concionator accedat, & eos occupet in diuino verbo, Epiſcopo concedente ſi videtur expedire, & prodeſſe poſſe. *Locus cōcionis eſt templum.*

Quantum

Digitized by Google

Quo præſertim tempore ſit prædicanda.

Quantum ad tempus, communiter infra annum non ſolet prædicari, niſi diebus feſtis, & Dominicis, & hoc, tum ne homines faſtidiant verbum Dei continuè audiendo, tum vt non impediantur homines à ſuis negotiis, quibus vacāt aliis ferialibus diebus. In Quadrageſima verò prædicari conſueuit ferè vbique quotidiè, vel ſaltem bis, térve in hebdomada, quod præcipuè in eum finē fit, vt cùm homo in Paſchate debeat confiteri, & cōmunicare, per totam Quadrageſimam vacet plus ſolito ſpiritualibus, & auxilio concionatoris iuuetur, & ad maiorem dolorem, & deteſtationem de ſuis peccatis, & ad maiorem deuotionem erga ſanctam ſacramque Euchariſtiam, & ad exercitium omnium virtutum.

6 *Prædicandi modi quot ſint.*

Tertium dictum. Modi prædicandi diuerſi à diuerſis aſſignantur, & ab aliis plures, ab aliis pauciores. Mihi verò iſti videntur potiores, ad quos omnes alij reduci poſſunt.

Primus modus eſt, incipiendo ab initio Euangelij, vel Epiſtolæ currentis, vel vtriuſque, & paulatim diſcurrendo per totum, vſque ad finem aliquid annotando, vel in ſingulis verbis, vel ſaltem in ſingulis clauſulis, qui modus prædicandi fuit vſitatiſſimus ab antiquis Patribus, vt patet ex omnibus homiliis. Hic modus licet facilis ſit prædicatori, propterea quòd poſteaquam memoriter ſcit totum textū Euangelij, per ſingula diſcurrendo aliquid facilè diceret: eſt tamen periculoſus ipſi concionatori, propterea quòd facilè diceret: eſt tamen periculoſus ipſi cōcionatori, propterea quòd facilè eſt, vt exeat ex memoria materia Euangelij, & etiam eſt parum vtile auditoribus propterea quòd nihil in memoria teneatur ex auditis.

Secundus modus eſt, etiam prædicando per totum Euangelium, vel Epiſtolam, vel vtrumque, reducere ipſum Euangelium in aliqua præcipuè puncta, ſeu capita, quæ ordinariè non deberit eſſe plura duobus, vel tribus, & progrediendo per ordinem dictorum capitum relicto ordine ipſius Euangelij, vel Epiſtolæ, & hic modus prædicandi eſt multo facilior concionatori, & minus periculoſus: propterea quòd cum ordine procedet, & rem vniuerſam collegerit in paucis punctis, non facilè patietur obliuionem, præſertim ſi puncta illa interſe rectè ordinet, verbi gratia, in Euangelium de diuite Epulone, & Lazaro mēdico, poteſt omnia reducere ad tria capita: primum caput erit de vtriuſq; cōuerſatione in hac vita: ſecundū punctum, de vtriuſq; trāſmigratione

ſtione ad aliam vitam:tertium,de vtriuſque progreſſu in alia vita.Nam Epulo ille diues deſiderabat guttam aquæ,& habere non poterat, Lazarus autem requieſcebat in ſinu Abrahæ.Ita in Euangelio,quod legitur in Dominica Septuageſimæ,poſſunt omnia reuocari ad hæc tria puncta : primũ agitur de Patrisfamilias vocatione operariorum ad vineam:ſecundum punctum,de diuerſa operariorum exercitatione, & labore:tertium,de æquali remuneratione. *Luc.16.*

Tertius modus prædicandi, eſt non progredi per totum Euangelium, neque per totam Epiſtolam, ſed ſolam accipere vnam clauſulam, id eſt vnam ſententiã Euangelij,vel Epiſtolæ, vel cuiuſcunq; alterius loci ſacræ ſcripturæ, & in illa ſententia notare duo,vel tria puncta, ad quæ reducantur omnia alia,quæ dicenda ſunt,verbi gratia, prædicaturus de hoc themate; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*:omnia reuocantur ad hæc tria capita : primum agit de gratioſo actu dilectionis, qui notatur in illo verbo diliges: ſecundum punctum, eſt glorioſum, & ſemper benedictum obiectum dilectionis,quod eſt Deus, & Deus non quomodocunque,ſed Deus tuus:tertium,modus diligendi,id eſt,ex toto corde tuo,&c. *Mat.c. 20.*

Ita ſi quis concionetur de verſu Pſalmi: *Dixit Dominus Domino meo,ſede à dextris meis*: hic notantur tria puncta, primum Dei locutio,quod notatur in illo verbo, *Dixit Dominus*:ſecundũ,dignitas Chriſti cus Deus loquitur,eſt enim dominus omnis creaturæ etiam rationalis, quod notatur in illo verbo,Domino meo;tertium,glorificatio Chriſti, quæ illi traditur à Patre,ſede à dextris meis. *Pſal.109.*

Quartus modus prædicandi,eſt in omni prædicatione faciendo tria,quæ docet Apoſtolus in loco ſupra citato, nempè primum circa ſuum propoſitum thema, circa aliquod myſterium fidei;ſecundò,inſtruendo de operibus pietatis,& ad illam exhortando;tertiò,arguendo de peccatis,& ab illis deterrendo.

Quintus, & vltimus modus prædicandi, eſt per diſtinctionem, ſeu per enumerationem plurium rerum; primò per enumerationem plurium ſignificatorum, quæ habet vox aliqua in ſacra ſcriptura ; vel aliquibus Patribus ſanctis, verbi gratia, prædicaturus circa illa verba, *Simile eſt Regnum cœlorum*, &c. diſtingui poteſt ſignificare Regnum cœlorum multa. Significare aliquando enim totam

Digitized by Google

totam Eccleſiam militantem, in qua ſunt boni mixti malis; aliquando ſolos iuſtos, qui ſunt in Eccleſia militante, aliquando ſignificare Eccleſiam triumphantem, aliquando ipſam gratiam Spiritus ſancti.

II Per enumerationem plurium nominum eiuſdē rei, vt prædicaturus de Spiritu ſancto, aſſumat & diſtingat Spiritum ſanctum pluribus nominibus vocari in ſcriptura.

III. Per enumerationem plurium cauſarum eiuſdem rei, vt tractaturus de illo themate.

Luc. 7. *Remittuntur tibi peccata tua*, poteſt enumerare plures cauſas, quæ concurrunt ad remiſſionem peccatorum, nempè ipſam gratiam Dei præuenientem, deinde multos actus ex parte hominis, nempè actum fidei, ſpei, & charitatis, actus pœnitentiæ, largitionem eleemoſynarum, &c. Tandem ipſam diuinam liberalitatem, & miſericordiam, & etiam ſacramentum pœnitentiæ.

IIII. Per enumerationem multorum effectuum alicuius virtutis, vt de charitate dicit Apoſtolus, *Charitas patiens eſt, benigna eſt, nō æmulatur*, &c. vel etiā per enumerationē multorū effectuum naturaliū alicuius rei, vt prædicaturus de illo themate: *Vos eſtis ſal terræ*. Enumeret effectus ſalis, primò enim eſt condimentū omnium ciborū, ſecundò, conſeruat à putrefactione, tertiò, extergit fœtorem, quartò, ſanat etiam vulnera, &c. quintò, per enumerationē pluriū remediorum pro aliqua virtute conſequēda, vel peccato vitando, vt pro obtinendo dono caſtitatis, hęc ſunt optima remedia: primò, aſſidua lectio ſacræ ſcripturæ, vt teſtatur Hieronymus, Ama lectiones ſcripturarum, & abſtinebis à carne: ſecūdò, frequēs oratio. Nam *continentia eſt donum Dei*, vt inquit Sapiens. Hinc orat Propheta: *Cor mundum crea in me Deus*, &c. tertium remedium, mortificatio carnis: quartū, obedientia, quia vt docet Bernardus, ſapiētiſſimè permittit Deus, vt cuius animus renititur obedire ſuo ſuperiori, illi propria caro non obediat: ſextò, per enumerationem plurium graduum eiuſdem virtutis, vt prædicaturus de illo themate: *Sic oportet nos implere omnem iuſtitiam*. Triplex eſt gradus iuſtitię: primus, ſubdere ſuo maiori: ſecundus, ſubdere ſe æquali. tertius, ſubdere ſe inferiori. Vltimò, per enumerationem plurium conditionum requiſitarum ad aliquam virtutem, vt prædicaturus de illo themate, quæ petitis, non accipitis: enumeret omnes conditiones neceſſarias in oratione,

2. Cor. 11.

Sap. c. 8.
Pſal. 50.

prima

prima conditio eſt, vt oratio ſit fidelis, id eſt cum firma fiducia, ſecũda, vt ſit de re honeſta, aut ſi eſt de re indifferenti, ſit cum reſignatione in manu Dei: tertia, vt ſit feruens, & deuota, quarta, vt fiat frequenter, quinta, & vltima, vt perſeueranter. Poteſt fieri etiam prædicatio per enumerationem aliarum multarum rerum ad quas per illa quæ dicta ſunt facilius patebit via, & maximè materiarum ſpiritualium tractationem.

Notandum primò, conſtitutis aliquot punctis, de quibus dicendum ſit, vndecunque ea deſumãtur, neceſſe eſt vt concionator, nõ ſtatim illis paucis expeditis deficiat, ſed habeat copiam vnde proſequi poſſit prædicationem ſuam. His pręcipuè modis iuuari poteſt ad dilatanda iſta puncta, & formandam integram concionem. *Primus modus dilatãdi eſt* deſumptus ab authoritate potiſſimum quidem ſacræ ſcripturæ; Quòd ſi hæc haberi non poteſt afferatur authoritas alicuius Sancti celebris, vt Auguſtini, Bernardi, Chryſoſtomi, &c. Ita vt in ſingulis punctis habeamus ſaltem ſingulas authoritates in ſcripturis, vel alicuius Sancti, quas authoritates ſcripturæ quidem facilè erit inuenire in concordantiis Bibliæ, vel in Indice Biblico, qui ſolet inueniri cum ipſis Bibliis minoribus. Patrum verò authoritates inueniuntur frequentiſſimè in libris Piis. Quòd ſi quis habeat aliquos Patres inueniet in indice.

Modus dilatandi concionem.

II. modus eſt per inductionem alicuius probabilis rationis, qua oſtendatur rationabilitas illius puncti, de quo tractatur; quæ rationabilitas poteſt deſumi ex locis communibus dialecticorum, & Rhethoricorum.

Tertia via, q̃ eſt etiã vnus de locis cõmunib. eſt definitio, vt afferatur definitio illius rei, quæ in illo puncto tractatur.

Quarta via, vt afferatur aliqua figura veteris teſtamenti, quæ facilè accommodari poteſt puncto, de quo tractatur.

Quinta via, vt afferantur aliquæ ſimilitudines naturales, quæ poſſint aptari ad punctũ de quo tractatur, hæ peti poſſunt, vel ex libris naturaliũ rerum de piſcibus, de auibus, de animalibus, de plantis, &c. Inueniuntur etiam aliqui libelli de ſimilitudinibus, qui poſſunt conferre ad hanc rem.

Sexta via, vt afferãtur aliqua exempla, hæc enim multum proſunt ad mouendũ: hæc exẽpla peti poſſunt tũ ex Hiſtoriis vniuerſis, tũ præcipuè ex Hiſtoriis Eccleſiaſticis, & Sanctorum, tum ex quibuſdam libris de exemplis gentilium,

non

Digitized by Google

non eſt incõmodus Valerius Maximus. De exemplis etiam
Chriſtianorum inuenitur libellus Marci Antonij Sabellij.
& alius libellus Marci Maruli, ad idem multum confert le-
giſſe vitas Patrum,& libellum Diui Hieronymi de viris Il-
luſtribus. In his autem exemplis maximè aduertendum eſt,
vt vera ſint,& fide digna ea quæ narrantur. *Septima via*, vt
progrediatur per enumerationem ordinum, qui dicti ſunt
in quinto modo. *Octaua, & vltima via eſt* per laudem ea-
rum virtutum, & officiorum Chriſtianæ vitæ, de quibus
tractatur in illo puncto,quæ debent ſemper habere coniun-
ctam exhortationem ad eandem virtutem, quæ exhortatio
rum erit efficaciſſima, cum fiet per recapitulationem om-
nium prædictorum. Ad eandem viam pertinet vituperatio
illius vitij,quod opponitur virtuti illi de qua tractatur,aut ſi
agitur de ipſo vitio, eiuſdem vituperationi addenda eſt de-
hortatio ab illo vitio, quæ etiam facienda eſt per recapitu-
lationem:maximè faciet in exhortatione ad virtutem etiam
afferre aliquid de præmiis illius, quæ habentur in hac vita,
& in futura ſunt ſperanda. Similiter in dehortatione à vitio
confert dicere aliquid de pœnis peccatorum, quæ in hac vi-
ta inchoantur,& in futura ſequuntur.

Notandum etiam, prædicationem non eſſe faciendam
per modum cuiuſdam perpetuæ narrationis,ſed diſtinguen-
dam eſſe multis varietatibus, vt modò fiat per modum nar-
rationis, modò per modum admirationis,modum per mo-
dum acclamationis: ita per modum interrogationis, per
modum deprecationis, per modum adiurationis, per mo-
dum ironiæ, per modum exhortationis, per modum fu-
roris, & per alios ſimiles modos, quos prudentia, & ſpiri-
tus dictabit.

De peccatis frequentioribus Prædicatorum, necnon quomodo audiendum ſit Verbum Dei.

7 *Prædicatores in quib. peccare poſſint.*

S*It primum dictum*. Communiora prædicatorum pecca-
ta hæc ſunt Caiet. in ſum.in verbo, Prædicatoris pecca-
ta, enumerat ſex frequentiora peccata prædicatorum. *Pri-
mum*, eſt prædicare ſine debita authoritate, & licentia, ſiue
ordinaria,ſiue delegata. Colligitur hoc peccatum ex verbis
Apoſtoli ad Rom.10. *Quomodo prædicabunt,niſi mittantur?*
hoc peccatum Caiet.ibid.putat eſſe mortale,& colligit ex c.
excom

Digitized by Google

excommunicamus. de hæret. §. quia verò. & ex Concil. Lateran. ſeſſ. 19. ſub Leone X. vbi ſub pœna excommunicationis præcipitur ne quis aſſumat ſibi munus prædicandi ſine authoritate ſuperiorũ: Ex qua parte Caiet. colligit hoc eſſe mortale.

Secundum peccatum eſt, quando quis prædicat exiſtens in peccato mortali cognito, niſi prius de illo peccato, vel confiteatur, vel ſaltem conteratur. Hoc peccatum Caiet. in 2.2. quæſt. 187. & in 3. p. quæſt. 74. art. 6. Nau. in Man. c. 25. num. 141. putat eſſe peccatum mortale, tum quia magnam iniuriam facit officio prædicationis, quod eſt ſanctiſſimum, vnde reprehenditur à Deo, vt frequentiſſimè habetur in ſacris ſcripturis, tum quia officium prædicationis ſi non ex ſe, atque ex iure diuino, ſaltem ex lege humana, & vſu eccleſiæ eſt coniunctum cum ordine diaconatus, vt prædicare quodammodo ſit actus quidam diaconi, exercere autem actum ordinis in peccato mortali, peccatum mortale eſt. Et aduertendum, quòd dico ſecundùm prædictos Doctores requiri. vt prædicator ſit in peccato mortali cognito, quod intelligo non ſolum ſi habet conſcientiam peccati mortalis, ſed etiam ſi teneatur habere conſcientiam, quamuis non habeat, nempè quando ex ignorantia craſſa, vel ſupina non cognoſcit ſe eſſe in peccato mortali: Vnde ſi ex ignorantia probabili, vel non vſqueadeò craſſa neſciret ſe eſſe in tali peccato, non peccaret mortaliter prædicando, hæc eſt ſententia prædictorum Doctorum, mihi autem probabilior eſt opinio illa, quam Caiet. in ſumm. in d. verbo, Prædicatoris peccata. tenet, vbi putat prædicare in peccato mortali non eſſe peccatum mortale, niſi in duobus caſibus, *prior caſus eſt*, quando aliquis eſſet in peccato mortali notorio, vel ſcandaloſæ vitæ, & nihilominus prædicaret.

Poſterior caſus, quando per contemptum muneris prædicationis prædicaret quis in peccato mortali; extra hos caſus puto non eſſe pluſquam veniale.

I. Quia prædicare non eſt actus illius ordinis propriè: licet enim eccleſia non facilè ſoleat concedere munus prædicationis, niſi presbyteris, vel ſaltem diaconis, tamen certum eſt diaconis non competere ex officio prædicare.

II. Quia quamuis eſſet actus ordinis, tamen adhuc non ſequitur eſſe peccatum mortale, quia ſatis probabilis eſt illorum opinio nõ peccare mortaliter exercentem quemcun-

que ordinem in peccato mortali, ſed ſolùm quando in peccato mortali exercetur actus ordinis, quo conficitur, vel miniſtratur ſacramentum. Vnde vt iſti volunt, cantare Euangelium, vel Epiſtolam in Miſſa in peccato mortali, non eſt peccatum mortale; ergo multo minus eſt peccatum mortale prædicare in peccato mortali.

III. Peccatum, eſt prædicare mendacia, hoc Caiet. ait eſſe peccatum mortale grauiſſimum; quia talis prædicator, quantum in ſe, euacuat vniuerſam authoritatem eccleſiæ, & fidem Chriſti, & hoc ſiue mendacium dicatur contra doctrinam fidei, ſiue morum, ſiue circa geſta Sanctorum, ſiue circa miracula, ſiue circa Prophetias, ſiue circa quamcunque aliam rem pertinentẽ ad doctrinam, inſtructionem, perſuaſionémque auditorum. In vno tamen caſu hoc poſſet eſſe veniale, dicit Caiet. ibid. quando prædicator immiſceret aliquot impertinentia, & circa illa impertinentia mentiretur. Idem eſt de eo iudicium qui falſas reliquias prædicaret: eſt enim mortale.

IIII. Peccatum, eſt prædicare inutilia, & vana, vt ſpeculatiuas quæſtiones, leges Ciuiles, Poëtas tam vulgares, quàm Latinos, geſta Romanorum, & aliorum gentilium, atque his ſimilia: Quæres an hoc ſit peccatũ mortale? Caiet. vbi ſupra, ait, ſi prædicator aduertẽter in his excedat eſſe peccatum grauiſſimum, non ſpecificat, tamen eſſe mortale: At certè ſi prædicator totam, vel ſaltem maximam partem prędicationis in his conſumeret, & ſaltem non moraliſando, valdè periculoſum eſt de peccato mortali; non tamen adhuc auderem aſſerere eſſe mortale, niſi hoc frequenter fieret, tunc enim eſſet valdè periculoſum. Huic peccato affine eſt alterum peccatum, quod Caiet. ponit ſexto loco; mihi autem propter affinitatem quam habet cum iſto, commodius videtur reponere in *quinto loco*, & eſt, cum prædicator prædicat fabulas gentilium, facetias, & ridiculoſa; & hoc peccatum ex ſe veniale eſt ex Caiet. & Nau. loco cit. de quo dixi etiam ſupra. Quòd ſi nimis frequenter hoc fieret, vt tota, vel magna pars prædicationis conuerteretur in riſu, valdè periculoſum eſſet de mortali, & magis periculoſum, quàm de peccato præcedenti.

VI. Peccatum, eſt affectus mercenarius ipſius prædicatoris, nempè quando non Deum, ſed ſeipſum quærit in prædicando, & hoc dupliciter: primò, quia moueatur affectu pecuniæ:

Digitized by Google

pecuniæ: ſecundò, vt ſit affectus inanis propriæ laudis, & gloriæ. Quæres an hoc ſit mortale. Reſp. Caiet. vbi ſupra; hoc aliquando eſſe manifeſtè mortale: primò, quando affectus prædicatoris reſpicit iſta tanquam finem vltimum: ſecundò, quando tantus eſt affectus pecuniæ, vt progrediatur vſque ad ſimoniam, id eſt vſq; ad venditionem ipſius prædicationis. Veniale autem eſſet, ſi nec principaliter, nec vt finem vltimum iſta aſpiceret, nec vſque ad ſimoniam procederet, ſed vanè propter ſpem gloriæ, vel pecuniæ prædicaret: quando autem hæc minus principaliter expetuntur, tunc inquit Caiet. conſiderandam eſſe quantitatem affectus, vtrum homo plus doleat eo quòd pauciores veniāt ad prædicationem, & ſic minorem laudem conſequatur, an verò quòd pauciores animas ipſe lucrifaciat; tunc enim prout maior, aut minor affectus erit ad hoc quàm ad illud, ita erit grauius, vel leuius peccatum.

VII. Peccatum, addit Nauar. vbi ſupra, ſi prædicator religioſus in ſuis prædicationibus detrahat Prælatis eccleſiæ, & ſacerdotibus, præſertim verò ſi hoc faciat, vt placeat laicis. Colligitur hoc peccatum. ex clem. 1. §. quibus. de priuileg. quo loco glo. in ver. detrahendo, intelligit hoc de illis, qui detrahunt Prælatis in particulari, vel nominatim exprimendo illos, vel verbis æquiualentibus, vt ponendo tot circunſtantias, vt de illis intelligatur. Iſti in Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 1. ſunt excommunicati excommunicatione ſummo Pontifici reſeruata, ſimul cum iis, qui prædicant falſa miracula, & Prophetias non approbatas. Vnde detrahere Prælatis eccleſiæ in generali non eſt tam graue peccatum: & aliquando nullum eſt peccatum, præſertim quando reprehenduntur communiora quædam peccata. Hoc autem parcè faciendum eſt, quia detractio Prælatorum ſolet valdè placere populo, & generat in ipſo populo cōtemptum Prælatorum, & vilem æſtimationem. Aduertendum hoc loco, quòd in clem. cit. non fit mentio, niſi de prædicatoribus religioſis. Vnde naſcitur difficultas an prædicatores ſeculares includantur in iſta clem. Reſp. cum Nau. vbi ſupra, quantum ad culpam includi propterea quòd non minus malum eſſet ſi hoc fieret à prædicatore ſeculari, quàm religioſo: quantum autem ad pœnam non contineri, propterea quòd in clem. ſolum religioſos exprimit.

VIII. Peccatum, additur à Nauar. ex clem. cupientes.

de pœnis. quando prædicatores religioſi diſſuadent populo ſolutionem decimarum.

IX. Et vltimum peccatum, conſiſtit in omiſſione prædicationis, ſi ille cui ex officio incumbit hoc munus, ſine legitimo impedimento illud omittit, Epiſcopi ex Concilium Trident.ſeſſ.5.cap.2. de reformat. & in Concil. Later. ſub Innocentio III. cap.10. tenentur prædicare per ſe ſi non habent legitimum impedimentum, legitimè verò impediti per alios. Vnde peccant tum ſi nō habentes impedimentum ipſi non prædicant, tum ſi habentes impedimentum ſaltem per alios non prædicant. Idem dico de Parochis, & de religioſis miſſis à ſuis Prælatis.

8 *Prædicatio vt audiēda, & vt in eo peccetur.*

I. Dictum. De peccatis eorum, qui audiunt concionem, id eſt de peccatis, quæ circa concionem poſſunt committere ij, qui non interſunt prædicationi, vel non vt decet, primum horum peccatum eſt peccatum omiſſionis, quando homo non audit concionem, cum & indigeat illa, & commodè audire poſſit: indigemus quidem concione omnes, & ſinguli tam docti, quàm indocti, tum vt inſtruamur de multis, quæ neſcimus; nam & doctiſſimi homines poſſunt plerunque doceri ab indoctis prædicatoribus in rebus ſpiritualibus ad ſalutem animarum, tum vt moueamur, ſæpè enim multa liceat ſciamus fortè non operamur: moti autem verbo, & ſpiritu prædicatoris, & particulari concurſu Spiritus ſancti inflammamur, & excitamur ad operandum: Maximè verò neceſſarium eſt audire conciones iis, qui rudes ſunt, & ignorant myſtèria fidei, & alia ad ſalutem neceſſaria: vnde iſti frequenter mortaliter peccant non audiendo. Commoditas autem audiendi concionem non eadem eſt omnibus: vnuſquiſque autem examinet conſcientiam ſuam, & videat quibus negotiis poſtponat auditionem verbi Dei.

II. Peccatum, eſt ire quidem ad concionem, ſed vel ex vanitate, vt videantur, ſiue ob curioſitatem, vt notent defectus prædicatoris, ſiue ob alium peiorem finem, vt ſpectent mulierculas, &c. ſiue ad irridendum prædicatorem.

III. Peccatum, non attendere concioni quando habetur, aut quod peius eſt voluntariè diſtrahi, præſertim quando cōcionator reprehendit aliquod vitium, à quo quis non vult ſe emendare. Idem quando prædicator hortatur ad aliquod bonum, quod homo non vult facere: Ad idem peccatum

Digitized by Google

tum ſpectant confabulationes, riſus, & alia ſimilia facta, dum concio habetur, quibus homo non ſolùm ſibiipſi obeſt non attendendo, ſed etiam aliis.

Quartum, & vltimum peccatum eſt negligere, ſeu contemnere, aut etiam non dare operam, vt aliquis fructus ex concione referatur. Qui enim ita interſunt concioni, vt inde nihil prorſus reportet, ſaltem perdet tempus: vnde non caret culpa.

Tertium dictum. Modus audiendi concionem, & verbum Dei, non modo ſine culpa, ſed etiam cum profectu ſpirituali, iſte eſt, qui poſitus eſt in tribus punctis. In primo ponuntur ea quæ debent præcedere antequam aliqui accedant ad concionem. In ſecundo ea quæ adeſſe debent, quando auditur concio. In tertio ea quæ facienda ſunt poſt auditam concionem. Antequam ad concionem accedatur, confert primò, vacaſſe alicui exercitio ſpirituali, nempe orationi, aut meditationi, confeſſum eſſe, ſumpſiſſe ſanctiſſimum ſacramentum Euchariſtiæ. Quando enim homo poſt huiuſmodi exercitia ad concionem accedit, habet cor patens, & apertum ad recipienda verba concionatoris, tanquam quædam ſtillicidia diuinæ gratiæ: vnde facillimè fœcundatur diuino verbo, & proficit in via ſpirituali.

Modus audiendi concionem cum fructu.

II. Acceſſurus ad concionem deberet in ſeipſo excitare famem diuini verbi, & tanquam famelicus accedere paſcendus, & inebriandus diuino verbo.

III. Deberet in ſe procurare prodeſſe ſuæ ſaluti ſpirituali, & maximè corrigendo ſe de aliquo particulari defectu, vel comparãdo aliquam particularem virtutem, ex quo percipiantur aliqua à concionatore, quo inflammetur ad illam virtutem, vel etiam audiendo aliquid quo deterreatur ab illo defectu, vel in eo corrigendo adiuuetur.

Circa ſecundum, dum homo audit concionem, debet primò adeſſe cum magna reuerentia non ſolùm in interiori, recognoſcendo ſe præſentem eſſe verbo Dei, & recognoſcendo in prædicatore Deum loquentem, ſed etiam cum magna reuerẽtia exteriori, id eſt cum debita corporis compoſitione, cum demiſſione oculorum, ad nihil reſpiciendo, præterquam ad concionatores, modeſtè ſtando, aut ſedendo.

II. Debet etiam audire concionem deuotè, id eſt cum quadam pia animi affectione: non enim ita debemus atten-

dere verbo Dei,ſicut comediis, & fabulis.

III. Attentè, vt non ſolum facie non diſtrahamur, ſed nec obloquamur, nec colloquamur,non garriamus,&c.

IIII. Vt ea,quæ dicuntur accipiamus tanquam dicta nobis in particulari,præſertim ſi pertineant ad nos ratione ſtatus, nec tanquam dicta à prædicatore ſolum, ſed tanquam dicta nobis in particulari ab ipſo Deo.

Vltimò, vt ex tota concione aliquid in primis, & præcipuè notemus, quòd eſt nobis neceſſarium, & quòd non interſimus concioni tanquam iudices, ſed tanquam humiles diſcipuli parati diſcere. Quantum ad tertium, poſt auditam concionem, primò, debet vnuſquiſque apud ſe, & coram Deo ruminare, præſertim verò ea quæ audiuit, maximè neceſſaria.

II. In ſuo libello quem vnuſquiſque Chriſtianus habere deberet, annotare ea quæ pertinent ad ſuam ſalutem, & notare ex concione aliquid quod ſibi magis neceſſarium eſſe cognoſcit.

III. Si per occaſionem occurrit, deberet aliis repetere audita in concione; hoc enim non ſolum confert ipſi repetenti, ſed etiam prodeſt aliis.

Poſtremò, debet aliqua oratiuncula breui commendare ſe Deo, atque petere vires, quæ in concione percepit, vt impleat,& quærere quamprimũ poterit, occaſionem adimplendi ea.

De Confeſſariis verò,eorum qualitatibus,& officio, dixi in tract.de Pœnitentia,ſub cap.de Miniſtro Pœnit.

DE REGVLARIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Religio vnde dicatur,& quid ſit,in genere,& in ſpecie.*
2 *Religio quot modis ſumatur.*
3 *Religionis,& religioſorum appellatione qui veniant.*
4 *Religionis, & religioſorum ſtatus ex pluribus ſummè commendatur.*
5 *Religioſi ſtatus origo latè recitatur.*
6 *Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis,& quomodo.*
7 *Religioſus ſtatus eſt perfectiſſimus,& excellentiſſimus.*
8 *Religioſus ſtatus debet à Papa approbari.*

De

De Religione ſecundùm ſe. Cap.I.

OBSERVANDVM *eſt in vniuerſum, primo loco,* quòd Religio dicitur ex eo, quia per eã vni Deo religamus animas noſtras ad cultum diuinum, vinculo ſeruiendi, ſic dictum à religendo, id eſt eligendo, inde Religioſi tanquam ex eligendo eligentes, ex diligendo diligentes, & ex intelligendo intelligentes, ꝙ relegant ea quæ ad cultum diuinum pertinent: vt ait Iſid. lib.8.orig.c.2.& lib.9.nu.40. Vel vt dicit Aug lib.vno 83.qq. q.31. ꝙ Religio eſt quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, cœremoniamq́; affert, & Deo nos religat: vt idem dicit lib.10.ciuit.c.4. quod eſt ſummum bonum noſtrum, vt ibi dicit, quia Religio rebus corruptis non conſtat, ſed virtutibus, & eo cultu, qui oritur in cœlo, in quo mens colentis ſeipſam immaculatam Deo victimam ſiſtit, quiſquis igitur præceptis cœleſtibus obtemperauerit, hic cultor eſt veri Dei, cuius ſacrificia ſunt, manſuetudo animi, vita innocens, & actus boni, qui omnia qui exhibet totiens ſacrificat, quotiens bonum aliquid ac pium fecerit. Itaque in aram Dei, quæ verè maxima eſt, quæ in corde hominis collata inquinari non poteſt ſanguine, iuſtitia imponitur, fides, innocẽtia, caſtitas, & abſtinentia; hic eſt veriſſimus ritus, illa lex Dei præclara, & diuina, quæ ſemper recta, & honeſta iubet, & vetat praua: vt inquit Lactan.lib. 6. diuin. inſtit.cap.1.& 2.& hoc pacto anima Deo ligari dicitur, ligari enim dicitur res aliqua, quæ ita aſtringitur, vt alio diuertere non valeat, religari, cum iterum ei rei cui coniuncta erat, & à qua defluens diſtare cœperat, vnitur, omnis verò res ante in Deo extitit, quàm in ſeipſa, cũ verò eſt creata, quaſi quibuſdam paſſibus ab eo ſe remouiſſe videtur, vnde quæ poſſunt & debent, cum eo reuniendæ ſunt, & religandæ, quod fit primò per fidem externis etiam actibus ſignificatam, quibus Deus colitur, & quia non ſola fide Deus colitur, ſed etiã ſpe, & charitate: vnde & *opera charitatis, vt viſitare infirmos, dicuntur Religio*: Iacob.1. Primus modus, eſt communis omnibus Chriſtianis, qui baptiſmo ſe obligant ad Deum colendum; ſecundum, licet quò ad habitum charitatis, & gratiam ſit commune omnibus Chriſtianis, quo tamen ad certa opera charitatis exercenda, ſiue ad vitam actiuam, vel

1 *Religio vnde dicatur.*

vel contemplatiuam pertineant, pertinet ad certum hominum genus, qui Religioſi dicuntur, vt inquit D. Tho. opuſc. contra impugnantes Religionem in princ. Ex his, cum ad omnes pertineat Deo cultum præſtare, ob eius excellentiam, & beneficia in nos impenſa, animo & cultu, ac cæremoniis externis rituum ſacrificiorum, &c. qui ergo Deo ſe ligant, cultu ſe ligant, Religioſi dici valent; qui verò nedum cultu interno, ſed etiam externo, & totos ſe huic muneri dedunt Deo ſacrificandi, propriiſſimè Religioſi dicũtur, qui diuino ſe obſequio addixere, omnibus ſubinde impedimentis obſtantibus amotis, & quia tria præcipuè à Dei famulatu diſtrahunt, ſcilicet diuitiæ, voluptates corporis, etiam in coniugali copula, licet in ea caſtitas ſit, & voluntas propria, quæ in mala ducit, niſi frœnetur: vnde qui Deó ritè mancipare ſe ſtudent, hæc tria impedimenta amouere debent, quod fit per tria oppoſita opera, caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis, idque nõ ſimpliciter, ſed per votum firmata, nam ad ſtatum pertinet, vt aliquid fixum, & firmum habeat ſtabileque: qui enim caret hoc vinculo firmo, licet poſſit eſſe perfectus in ſe, non tamen dicetur eſſe in ſtatu perfectionis, nam perfectio Chriſtiana in amore quidem Dei conſiſtit reiecto omni amore noſtri, & terrenorum: ſed qui id poſſidet non dicitur ſemper eſſe in ſtatu, quia is ſolum ſtatum conditionémve mutat, non qui liberè amico obſequium præſtat, ſed qui in perpetuum ei ſe donat, ac nexu tradit, cum per hoc eius ſeruus efficiatur. Nec eſt opus Religioſo, vt eſt Religioſus, quòd ſit perfectus Chriſtiana perfectione, quæ in Dei amore, & virtutibus animi conſiſtit, ſed ſat eſt ſi aſpiret ad hanc perfectionem, & in via ad eam ſit, & quòd vlterius certa promiſſione, ac voto expreſſo ſe ad opera perfectionis, & Chriſtiana ita ſe obliget, vt iam ei non liceat ab iis ceſſare, vel velle ceſſare, & hæc obligatio non ad certum tantũ tempus, ſed ad totam vitam ſuſcipiatur, ex quibus ſtatus oritur, accedentéque Papæ authoritate, quæ cum in reliquis, tum in religioſis inſtitutis conſtituendis eam vim habet, vt ab eo ligatum in terra, in cœlo quoque ligatum cēſeatur. Et ſummatim Religioſus is proinde dicitur, qui in perpetuum ad tria ſubſtantialia vota vinculo ſe obligauit, ſcilicet, paupertatem, obedientiam, & caſtitatem etiam à matrimoniali copula ſeiunctam, in Religione Papæ authoritate approbata, vt inquit Abb. & alij in c. 1. de Regularibus. cap. de multa. de

Digitized by Google

voto. Ioan. And. in clem. 1. de decim.

II. Obſeruandum, quòd Religio ſumitur dupliciter, *primò*, vt eſt virtus, quæ & dicitur latria, cuius eſt cultum debitum Deo exhibere: ſecundò, pro vniuerſitate hominum Deum colentium, idque vel pro vniuerſitate colente Deum per fidem, & ſic comprehendit vniuerſam Chriſtianam Religionem, & gentem, vt habetur in cap. 1. 97. diſt. in c. gaudemus. de diuort. *vel ſic accipitur*, pro cultu Dei per fidem, & bona opera, de quo Act. 2. & ſic cõplectitur bonos Chriſtianos omnes cap. iuxta. 16. q. 1. cap. quod Deo. 33. q. 5. cap. eccleſia. de conſtit. *vel pro ſtatu clericali Deo magis dedito*. cap. Saluator. 1. q. 3. c. 1. 12. q. 1. *vel vltimo loco* pro illo ſtatu hominum qui profeſſione trium votorum, de quibus ſupra, Prælati imperio ſe ſubjiciunt, in Religione per ſedem apoſtolicam approbata. cap. quod votum. §. præſenti. de voto. in 6.

2 *Religio quot modis ſumatur.*

III. Obſeruandum eſt, quòd Religionis appellatione propriè venit vniuerſitas approbata, in qua tria vota ſubſtantialia promittuntur. cap. de multa. de voto. Ioan. And. in d. cle. 1. de decim. largè verò qui profitetur ſic quòd non licet ei retrocedere, tametſi omnia vota non profiteatur, vel qui regulariter viuit in communi in ſtatu approbato; & hoc pacto mulieres, quæ profitentur Religionem maſculorum in manibus ipſorum dicuntur religioſæ propriè, licet non ingrediantur eorum monaſterium. Abb. in cap. inſinuante. qui cler. vel vou. & idem de maſculo ex cauſa paciſcente, vt maneat extra monaſterium. Innoc. in d. cap. cum habitus tunc non ſit neceſſarius ad profeſſionem, quæ ſine eo fieri poteſt, vt dicit Abb. in cap. porrectum. de regularibus. Fratres verò, & ſorores tertij ordinis ſancti Dominici, & Franciſci ſunt Religioſi largè, & perſonæ eccleſiaſticæ, & ſimiliter hoſpitalarij Hieroſolymitani, qui non poſſunt contrahere matrimonium, nec ab eo ſtatu recedere, & obedientiam ſuperiori promittunt; qui verò hoſpitalarij obedientiam non promittunt, non ſunt Religioſi, ſed perſonæ tantum eccleſiaſticæ, ſi portent aliquod ſignum Religionis, & minus mulieres, quæ dicuntur canonicæ, quæ non profitentur, & matrimonio iungi valent, & proprium habere, dicuntur religioſæ, imò earum ſtatus reprobatur. cap. pernicioſum. 14. quæſt. 2. & ab Epiſcopo viſitantur ordinaria authoritate ſi non ſint exemptæ, aliàs

3 *Religionis, & religioſorum appellatione qui veniant.*

Digitized by Google

apoſtolica.clem.attendentes.de ſtatu mon. Vnde in diſpoſitione odioſa non comprehenduntur, qui non ſunt propriè Religioſi, vt illi de tertio ordine, vel hoſpitalarij, ſecus in fauorabilibus. Abb in d.c.porrectum.

4 *Religionis, & Religioſorũ ſtatus ex plurib. ſummè commẽdatur.*

IIII. Obſeruandum, quòd Religionis ſtatus ob eius excellentiam dentibus comparatur, vt dicit Bern. ſerm paruis 63. Religioſi enim de toto corpore eccleſiæ cãdidiores ſunt, qui carnis ſpurcitias à ſe repellunt, & carne carent, ac fortes ſunt, cùm illis tribulatio pro ſolatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ſit; & munitioni, vt ait Hugo. in Pſal.20. In qua muri ſunt paupertas, vigiles Prælati, turres doctrina, tuba prædicatio, ſcutum, oratio, ſaxa vitæ duritia; & monti Tabor, vbi fuit Petrus, quod ſignificat obedientiam, Iacobus, mundum per paupertatem ſupplantans, Ioannes, virgo per caſtitatem, & terræ promiſſioni, vt dicit Hier. ad Euſtochium & naui firmæ, qua mare huius ſeculi tuto trajicitur, & paradiſo terreſtri, qui locus erat omni voluptate repletus, vt dicit D.Ant.3.p.tit.16. cap.10.§. 11. & ſpeciem gerit quoque cœleſtis paradiſi, vt dicit Laur. Iuſt. libro de perfect.monaſtica, ob incorruptionem, charitatem, & concordiam, vt dicit Baſ conſtit.mon.c.19. & quòd in Religione nulla adſit propria voluntas, ſicut in cœlo omnes cœlicolæ Dei voluntati libentiſſimè ſubjiciuntur, & perfectiſſimæ Reipublicæ, vt pluribus probat Hier. Platus de Bono ſtatus relig. libro 2. cap. 35. Inde Religioſi dicuntur amici filij, & ſponſæ Dei, vt inquit Bernard. ſerm. de ingrat. & idem Platus probat d. lib. 2. cap. 13. & Dei templum, cum Deo conſecrentur, vt idem ibid. cap. 14. & perpetuum ſacrificium ob ſui oblationem quam Deo faciunt, vt idem ait ibid c. 15.

5 *Religioſi ſtatus origo latè recitatur.*

V. Obſeruandum eſt, quòd Religioſis ſtatus vetuſtiſſimus eſt, in lege ſiquidem veteri præſignatus eſt in Elia, qui ſine vxore, ſine familia caſtitatem, in ſumma paupertate coluit, zona pellicea cinctus, victum à vidua, & à coruo quaſi mendicatum accipiens. 4. Reg. 1. & in Eliſæo, qui relictis omnibus, & patre, Eliæ adhæſit. 3 Reg. 17. & 19. & Nazareis, qui Deo cõſecrabantur, & eius obſequio vinculo voto adhibito ſe dicabant. Num. 6. & Ioannes Baptiſta quoque Heremitarum, & Monachorum princeps fuit, vt aſſerunt Naz. orat. in Baſ. vbi Baſilium, quia monachus fuerat, comparat cum Ioanne Baptiſta. Chryſ. hom. 1. in Marcũ. Hier. ad Euſto

Digitized by Google

Euſtochium.de ſeruanda virgi.Caſſia.collat.18.c.6. Sozom. lib.1.hiſt.c.12.Bern.ſerm.de excellentia Io.Baptiſtæ.In lege verò gratiæ à Chriſto Domino eſt inſtitutus. Cùm enim Religio in tribus votis conſiſtat, primum, caſtitatis, in lucem à Chriſto poſitum fuit, cùm dixit. Matt.19.*ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum*, vbi deſignantur non qui ſimplici voluntatis propoſito à coniugio abſtinent, valentes tamen id eligere cùm voluerint, ſed magis qui voto, & ſolemni, ac perpetuo, & in Religione probata eam facultatem ſibi adimerunt; paupertas verò apertè exprimitur, Lucæ 14. *niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, vel dum dicit Luc. 10. *Nolite habere aurum, neque argentum, imò verò neque ſacculum, aut peram.* Obedientia verò Luc.9. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.* In qua abnegatione conſiſtit votum obedientiæ. ex Conc. Senon. Decret.9. Tomo IIII. Concil. & omnia ſimul coniunxit, dum iuueni à ſe poſcenti rationem adipiſcendi regni cœleſtis, reſpondit: *Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, & habebis theſaurũ in cælo.* Matt.19.Marc.10.& Luc.18. cùm enim dicit omnia, vult eum omnibus expoliari, cùm dicit *vendere*, ſignificat abdicationem, quæ perpetua ſit, dum dicit, *ſequere me*, tum cætera, tum maximè obedientia exprimitur, dum dicit, *propter regnum cœlorum*, finis demonſtratur, & cauſa renunciandi, vt explicat Aug.ep.89.q. 4. Quam quidem perfectionem à iuuene illo reiectam ſtultiſſimè, ſancti Apoſtoli ſequuti ſunt. Matt.19. *Ecce nos reliquimus omnia*, id eſt coniugij officium, & bona, vt explicat Hier.lib.1.contra Iouin. quia licèt habuerint vxores aliqui ex iis cum Apoſtoli effecti ſunt, ſtatim officium id reliquere, & poſt nuptias eos fuiſſe continentes, dicit idem Hier. apol.ad Pam. & quòd Apoſtoli vota illa emiſerint, ſentit Aug.17.ciuit.c.4.& D.Th.2.q.88.art.4.ad tertiũ. Hanc verò viuendi formulam, quam Apoſtoli à Domino accepere, primitiuæ eccleſiæ tradiderunt, dicitur enim Act. 4. quòd *cor credentium erat vnum, & omnia communia*; vnde Hier. de ſcript.eccleſ.in Philone, dicit, quòd talis primò credentium fuit eccleſia, quales nũc monachi eſſe nituntur, vt nil cuiuſq; proprium ſit, orationi vacent, lectioni doctrinæ, & continentiæ.& Caſſia.lib.2.c.5.& collat.18. c. 5. dicit cœnobitarum diſciplinam tempore Apoſtolorum cœpiſſe, qui omnia relin

Apoſtoli Religioſi fuerunt, & ab illis cœpit Religio.

Digitized by Google

Moniales quæ primæ fuerint.

relinquentes, ſine vxore, ſolitudine dediti, à ſolitudine monachi, à communitate cœnobitæ ſunt dicti, vt ibi dicit, qui & ibi dicit, Marcũ Euãgeliſtam inter hos primum extitiſſe, & conſtat etiam in Æthiopia Regis filiam à Matthæo fuiſſe Domino conſecratam, Theclam à Paulo in Græcia; Romæ Domicillam à Clemente, in Gallia Martham, Domini hoſpitem, cœnobium ſibi conſtruxiſſe, vbi cum aliis honeſtiſſimis mulieribus Deo dicatis, vitam egit. & Dion. de eccleſ. hier. c. 10. ait, initiandũ interrogari an ſeculari vitę nuntium remitteret, & eum poſt tõderi, ac veſtẽ idem mutare, Philo quoque lib. de vita contemplatiua, ait, ſuo tempore in Ægypto viſas ſacras ædes, quas ſinneas vocabant, vel monaſteria, vbi ſolitarij ſanctæ vitæ myſteriis operã dabãt. & idem dicit lib. de ſupplicum virtutibus, vt refert & Euſeb. lib. 2. hiſt. eccl. c. 17. & quòd iidem continentiam colebant, orationibus operam dabant, ac cibo toto triduo quandoque abſtinebant. Athanaſ. quoque qui proximus Apoſtolis fuit, ait, ante Antonium non fuiſſe eremitas, ſed tantum monachos fuiſſe qui in agris, ciuitatibus vicinis, ſua monaſteria conſtituebant. Tertul. etiam librum edidit de virginib. velandis. & extat vetus decretum Pij I. anno Domini 147. de ritu qui ſeruari debet in virginum conſecratione, relatum ab Euſeb. in vita Conſtantini. & Ignat. ep. ad Tralenſes. Cypr. lib. 1. ep. 11. Orig. hom. 17. & 19. in Luc. mentionem faciunt de virginibus, quæ ſolemni cœremonia Deo conſecrabantur. & Dion. ep. ad Demophilum Monachum. & lib. de eccl. hier. c. 6. formam monaſticæ profeſſionis prolixè explicat. & Euſeb. lib. 2. c. 16. Hier. de viris illuſt. in Philone Aug. ſer. 2. de vita communi clericorum. Iſid. lib. 2. de offic. c. 15. Religiones aiunt ab exemplo Apoſtolorum cœpiſſe, qui vitam communem degebant, nil proprium poſſidentes, à coniugali copula abſtinẽtes, & voto ad eam perfectionem ſe obligantes, vt inquit Aug. 17. ciui. c. 4. De monachis etiã meminit Chryſ. hom. 17. ad pop. & hom. 69. in Matth. libro 3. contra vitup. vitæ monaſticæ. Baſ. in conſtit. monaſt. Et illi antiqui monachi, quò ad eſſentiam à noſtris non differebãt ex emanatione trium votorum, de quibus ſuprà, vt probat Aug. lib. 1. de morib. eccl c. 31. Baſ. loco cit. & c. 22. cõſtitutionum, ſic tamen vt vota illa publicè non emitterentur, ſed tacitè intelligebantur, vt & nunc caſtitas tacitè promittitur ex ſuſceptione ſacrorum ordinũ: vt ait Baſ. ep. 2. ad Amph. can.

19. &

19.& etiam quòd ſi quis rupto voto matrimonium inibat, peccabat,ſed validum erat,vt patet ex Cypr.lib.1.ep.11.Hier. ad Demetriadem.Epiph.hæreſ.61. Aug.de bono viduit.c. 9. & 10.c.viduas.c.de filia.27.q.1.Leo ep.92.c.14.c. de viduis. 17.q. .c.referuntur.27.q.1.Et Innocentius II.primus fuit qui decreuit religionem profeſſos, non poſſe matrimonium contrahere, & ſi contraxerint, inualidum eſſe, teſte Baſ. in regulis fuſioꝛib.c.14.& ep.2.can.6 & 18. Anno verò Domini 350. tempore Conſtantini Religioſus ſtatus florere cœpit,cuius princeps fuit B.Antonius teſte Athanaſ. in eius vita,ad cuius exemplum in Armenia, Scithia, Nitia, vtraq; in Thebaide,& Ægypto monaſteria extruebantur,quæ Antonij conſilio regebantur,& Hilarion qui cœnobia in Paleſtina fundauit,vt dicit Hier. in eius vita, Baſilius in Græcia, vt patet eius ep.63.Ambroſius Mediolani,teſte Aug.8.conf.c.6. His notat.

Sit primum dictum, Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis, probatur ex Dion.c.6.cœl.hier. Ratione, nam ad ſtatũ perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ ſunt perfectionis, cum aliqua ſolemnitate, perfectio verò Chriſtiana conſiſtit in charitate, cùm id dicatur perfectũ,quod contingit vltimum finem, charitas verò eſt quæ vnit nos Deo, qui eſt vltimus finis humanæ mentis, iuxta quam charitatatem, triplex profectio conſiderari poteſt, *vna abſoluta*, qua diligitur Deus,vt eſt diligibilis, & ſic diligitur ſolum à ſeipſo,*altera* ex parte diligẽtis, prout eius affectus ſecũdum totum ſuũ poſſe tendit ſemper in Deum actu, & talis perfectio non eſt poſſibilis in via, ſed in patria, *tertia*, qua non attenditur totalitas ex parte Dei,nec hominis,ſed prout excluduntur ea quæ repugnãt motui dilectionis in Deum, ſcilicet cupiditas, remouendo primò quod contrariatur charitati,ſcilicet peccatum mortale,ſecundò,excludendo ab affectu hominis non ſolum quod contrariatur charitati, ſcilicet peccatum,ſed etiam omne quod impedit ne affectus hominis totaliter tendat in Deum, qualia ſunt conſilia, quæ ſecundariò,& inſtrumentaliter remouent impedimenta actus charitatis,quę tamẽ nõ cõtrariantur charitati,vt matrimonium,res tẽporales,&c. Vnde aliqui poſſunt eſſe perfecti ob charitatem Dei, & proximi, qui tamen non erunt in ſtatu, quia ad eſſentiam ſtatus requiritur immobilitas, & perpetuitas, quod eſſe non poteſt ſi caret vinculo ſolẽnis obligationis 6

Religioſi sũt in ſtatu perfectionis, & quomodo.

tionis ad opera charitatis exercenda, vt ſuprà eſt dictum: Religioſi verò ſe obligant ad ea quæ ſunt perfectionis cum ſolemnitate, & voto, abdicando ſe voto ſolemni, & perpetuò à rebus ſecularibus, quibus vt liberè poterant, vt Deo liberius ſeruiant, in quo perfectio ſtatus conſiſtit, ergo Religioſi dicuntur eſſe in ſtatu perfectionis, nec impedit quin ſint in ſtatu perfectionis, licèt non ſint fortè perfecti, cùm non teneantur profiteri ſe eſſe perfectos, ſed tantum profiteri quòd ad perfectionem tendunt, per abdicationem prædictam, quatenus remouent eius perfectionis impedimenta, vt latè docet D.Th.2.2.q.84.art.1.3.4. & 5. ad primum, & ſecundum. Ex quibus patet, quòd Religioſus non tenetur eſſe perfectus ſub obligatione ſpecialis peccati, nec actu tendere ad perfectionem, quia ſic deſiſtendo actu, peccaret mortaliter, quod nõ eſt dicendum, ſed tenetur habere intentionem proficiendi, nec tenetur habere perfectam charitatem, ſed dare operam ad id, quia tendenti ad finem, non eſt neceſſe, quòd iam finem ſit aſſequutus, ſed quòd per aliquam viam tendat ad eum, nec tenetur etiam implere ea quę perfectionem charitatis conſequuntur, ſed ad id tendere, vnde non peccat ea prætermittens, ſi non cõtemnat. Nec tenetur quoque omnia præſtare quibus ad perfectionem deuenitur, ſed ea quæ taxata ſunt iuxta regulam, quam profitetur, & ſic tenetur Religioſus tendere ad perfectionem intentione, vel habitu, non tamen currendi, & ideò licèt quandoque negligat, vel ex paſſione omittat ea quæ ſunt perfectionis, non tamen dicitur ea contemnere, niſi intendat non intendere ad ea, vel velit à ſe abdicare omnia quæ ad perfectionem tendunt, vt paupertatem, vigilias, &c. quia ſic diceretur contemptor, quòd ſi ſibi placet aliquis actus quo tendat ad perfectionem, & cauet à mortalibus, nõ eſt de eo deſperãdum, licèt regulam tranſgrediendo peccet, quia non dicitur eius contemptor, tametſi malè agat Religioſus ſi nõ potitur perfectione, vel ſaltem non tendat ad eam, quia Deus, qui in religione poſſidetur, plus eſt quàm omnes res creatæ, quarum amore Religioſus à perfectione actuali auocatur.

7 *Religioſus ſtatus eſt perfectiſſimus, & excellẽtiſſimus.*

Secundum dictum. Religioſus ſtatus eſt perfectiſſimus, & excellentiſſimus, probatur ex Dionyſ. cap. 5. eccl. hier. dicente, ſtatum Religioſum eſſe ſtatum perfectorum, perfectione propria, ſicut Epiſcopale perfectione aliena, vt inquit Caiet.2.2. q.189. art.3. & Baſ.ſerm. 1. de mon. inſtit. ſtatum

ſtatum monachalem vitia humanæ naturæ fines procedere ait,& angelicam conuerſationem adipiſci, qui nullo terrenorum affectu tenentur,ſed in ſolo Dei amore quieſcant. & Hier. ep. 1 & 34. monachus apoſtolicam perfectionem adeptos ait, vt qui omnia relinquant, Saluatorémque ſequātur, imò & ſeipſos relinquant, ſic agentes de proprio corpore tanquam de re non ſua, ſed Dei, vt faciendum iis conſulit Bern. ad fratres de monte Dei, ob obedientiæ actum, & votum,& vt qui omnes virtutes poſſideant, ob caſtitatem, quæ ſubjicit corpus Deo, obedientiam, animam, paupertatē, res externas, quas actus omnes virtutes conſequentur, vt probat Platus lib. 2. & 3. de bono ſtatu relig. cap. 9. qui quoque Deo præ cæteris,& Chriſto ſimiles fiant, vt ibi dicit. c. 11. & ob amicitiam cum Deo, Dona Spiritus ſancti, quæ poſſidēt, remotionem ab omni occaſione peccati, & alia multa quæ latiſſimè, & copioſiſſimè in hanc ſententiam deducit idem Platus lib. 1. & 2. de bono ſtatus relig. Ex quibus id quoque conſequitur, eos ſummè mereri, & maxima laude dignos eſſe; ac ipſorum opera ferè omnia meritoria eſſe ex natura actionum, oblatione, & conſecratione ſui, ac coniunctione cum Deo, vt idem probat lib. 1. c. 23. ita vt probabile ſit eum qui ſincera mēte Religionem profitetur, & regulam ſeruat, omnem pœnam peccatis eius debitam euadere, quæ hac actione præſtantiſſima redimatur,& expleatur. glo. in c. ſcriptū. de voto. §. his authoritatib. de pœnit. Ang. ver. Religioſus. nu. 46. D. Bern. de præcept. & diſp c. 40. quis aliquando. §. non ergo neceſſaria. de pœnit. diſt. 1. qui etiam ingreſſus omnem maculam, & irregularitatem citra culpam religioſi emergētem, abſtergit. glo. in ſum. diſt. 36. in c. ex literarum. de apoſt. in cap. cùm deputati. de iudic. Borgaſ. tract. de Irreg 3. p. tit. de diſp. per ingreſſum Religionis, de quo alibi latius tract. de Irregul. non tamen quæ ex bigamia, vel defectu corporis prouenit, & etiam is aſſequitur plenariam remiſſionē peccatorum facta profeſſione probabiliter, vt dicit D Th. 2. 2. q. vlt, art. 3 ad tertium, quod arbitrarer procedere non ex opere operato, quia id ſic ſolū Baptiſmum, & Indulgentia plenaria confert iuncta diſpoſitione in adulto,& indulgentiā ſuſcipiente, ſed ex opere operātis, ob intenſionem charitatis, quæ quis mouetur ad omnia relinquēda,& etiam ſeipſum, vt Deo intimè cōiungatur in Religione, vt & idem per vehementem actū contritionis obtinetur & martyrium.

Fructus quos in profeſſione religionis accipimus.

Tertium

Digitized by Google

8 *Religioſus habet à Papa approbari.*

Tertium dictum. Vt dicatur ſtatus Religioſus oportet, quòd à ſede apoſtolica confirmetur, nam in Religione duo inueniuntur, eſſentia Religionis, quæ in tribus votis conſiſtit, & determinatio ipſius eſſentiæ ad certum modum viuendi; primum non eget apoſtolica confirmatione, cum in Euangelio habeat fundamentum, vt ſupra monſtratum eſt, modus verò quo illa vota ſuſcipi poſſunt, non ità in Euangelio eſt expreſſus: vnde multum eget humana directione, & proinde ſupremi Eccleſiæ Hierarchæ confirmatione. Et licet fortè non legatur Antonium, Auguſtinum, Baſilium, Benedictum, Religionum authores earum confirmationem à ſede apoſtolica petiiſſe; Franciſcus tamen, & Dominicus id petiere, cum ante pauperes de Lugduno à Lucio III. fuerint damnati hæreſæos, teſte Abbate Vrſpergen. in chronico anni 1212. Et hodie clarè deciſum eſt nullam Religionem ſine Papæ approbatione inſtitui poſſe, ex Concil. Lateran. in cap. fin. de relig. dom. & Lugdunen. in cap. vnico. de relig. dom. in 6. cum & collegia iure ciuili, prohibita cenſeantur, quæ ſine Principis licentia eriguntur. ff. & C. de colleg. illicit.

SVMMARIVM.

1 *Religionum ordines varij ſunt, & rectè.*
2 *Religiones à quibus fundatæ ſint, & quo tempore.*
3 *Regulæ diuerſæ quæ inſtituta habeant, remiſſiuè.*
4 *Religio ad quæ opera ordinari poſſit, & quod potius.*

De Religionum diſtinctione, & diuerſitate, earum origine, & inſtitutis. Cap. II.

1 *Religionum ordines varij ſunt & rectè.*

CVM ad ornatum Eccleſiæ pertineat, vt *circumamicta ſit varietate.* Pſalm. 44. & operæpretium ſit Deo variis modis, & à variis perſonis, iuxta earum captum inſeruiri, vt habetur infra tractat. de Sacram. Ord. in princ. Iccirco, Deo ſic diſponente, effectum eſt, vt in eccleſia variæ ſint Religiones, quæ diuerſificantur, vel ex diuerſis operibus charitatis, quibus operam dant vel varietate exercitiorum, cum ſtatus Religionis ſit quoddam exercitium, quò ad charitatis perfectionem quis exercetur,

exercetur, vel ob diuerſos fines, vt ſic vna Religio vacet vitæ cõtemplatiuæ, & Dei contẽplationi, alia actiuæ, vt peregrinorum ſuſceptioni, viſitationi infirmorum, redemptioni captiuorum, & huiuſmodi, quibus proximo ſubuenitur, vel ad militandum, vel ad concionandum, vel ad ſtudendum, & docendum, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 1. 2. 3. 4. & 5. quæ etiam diſtinguuntur, iuxta varios earum inſtitutores, qui & varia inſtituta tradidere.

Auguſtinus igitur Hipponenſis Epiſcopus, antequam Epiſcopus eſſet propè Hipponenſem ciuitatem monaſterium in nemore condidit, cui nunc Eremitarum eſt nomen, quod eo viuo, & mortuo poſt maximè eſt propagatum, & ad varias regiones extenſum, donec Innocent. IIII. anno 1243. Eremitas variè ſparſos, loco & habitu coniunctos ad Auguſtini regulam aggregauit, quod & poſt Alexander IIII. eius ſucceſſor diligenter eſt executus. 2 *Religiones à quibus fundatæ ſint, & quo tẽpore, & primo ordo Eremit. S. Auguſtini.*

Baſilius in Oriente multa ante monaſteria extruxit, vt ſupra eſt dictum.

Benedictus verò, licet alij monachi in Italia extitiſſent ante eum, vt dicit Greg. lib. 2. dialog. c. 1. & 3. nihilominus dicitur eorum pater, quia eos ſanctitati, & diſciplinæ maximopere conſignauit, & regulam eis conſcribens ſumma ſapientia confectam, teſte Greg. 2. dialog. cap. 36. inter has prima fuit Religio Cluniacenſis, quæ ab Odono Cluniacenſi Abbate, ſequuto Benedicti diſciplinam anno 913. cum antea relaxata eſſet, ad priſtinam formam reducta eſt, quem imitati ſunt alij quoque Abbates in Germania, Italia, Hiſpania, & Anglia. Ex eodem genere eſt Camaldulenſis familia, quæ anno 1000. in monte Appennio initium habuit, teſte Romualdo, cui ſucceſſit poſt 173. annos Camaldulenſis Gualberto inſtitutore, *cui crucifixi imago caput inclinauit*, quòd pacem inijſſet cum fratris homicida ob amorem Paſſionis Chriſti ab eo illam petente, qui ordo poſt in varia capita eſt auctus. Huic ſucceſſit Ciſtercienſis, anno 1098. authore Roberto Moliſmenſi Abbate, qui etiam collapſam ad diſciplinam reſtituit, quod item poſt ſanctus Bernardus cum triginta ſociis fecit, & à Bruno Doctore inſigni in hæremo poſt eſt fundata. *Benedictini.*

Carmelitarum ordo tempore Apoſtolorum initium habuit in monte Carmelo, teſte Vald. de ſacram. tit. 9. cap. 84. anno tamen 120. in Italiam tantum eſt illatus, licet anno *Carmelitæ.*

Digitized by Google

Domini 412. Ioannes Hieroſolymitanus Patriarcha, qui ex eo ordine fuerat, regulam eis præſcripſerit, quo notatur eos ante extitiſſe.

Franciſcani. *Franciſcanus ordo* initium ſumpſit 1212. quo tempore ab Innocentio III. eſt confirmatus, & per totum orbem dilatatus, authore B. Franciſco Aſſiſinate, ſub qua regula militant conuentuales, qui ab eo originem duxere anno prædicto, & ij tertij ordinis ab eodem dicuntur inſtituti, qui verò crepidis vtuntur, dicti zoccolanti, à B. Bernardo originem duxiſſe dicuntur, anno 1412. Amadei ab Amadeo Hiſpano 1460. ſub qua regula militant etiam Clarini Clarinelli, & Reformatores. Capuccini originem duxiſſe dicuntur à Fratre Matthæo de Boſchis in ciuitate Camerini, anno Domini 1525.

Dominicani. *Dominicanus ordo* à B. Dominico fuit inſtitutus, qui prius Canonicus regularis extitit, poſt ordinem ſtatuit, quod prædicationi inſiſteret, vnde eſt dictus ordo Prædicatorum, ab Innocentio IIII. tempore Concil. Lateranen. voce, vt dicitur, confirmatus, & poſt ſcriptis adhibitis ab Honorio III. anno 1216.

Seruitæ. *Seruitæ* 1232. cœpere Florentiæ in quodam nemore ſic dicti, quia Beatæ Virginis ſe ſeruos profiterentur, qui militant ſub Eremitanis.

Cœleſtini à Petro Morone, eius regula cõfirmata à Gregorio X. 1274. ſic dicta quia is Petrus Papa eſt poſtea effectus, & Cœleſtini V. nomen accepit.

Canonici regulares. *Canonici regulares* Lateranenſes primò ab Apoſtolis, tum à Beato Auguſtino fuerunt inſtituti, teſte Vincentio Belluacenſi in eius ſpeculo Doctrinali. c. 16. Beato Antonino in eius hiſtoria. lib. 2. tit. 15. & ita ab Apoſtolis cœpit, à Beato Marco apud Alexandriam fuit dilatatus, & à Beato Auguſtino inſtauratus: vt ait Roſetus lib. de relig. eccleſ. tit. 34. & comprobatur ex ſententia prolata à Pio IIII. circa controuerſiam præcedentiæ inter ipſos, & Monachos ſancti Benedicti, vel ſanctæ Iuſtinæ de Padua.

Monaci. *Monaci* in Græcia, & Armenia originem ducunt à ſancto Baſilio, anno Domini 360. alij à ſancto Benedicto, tempore ſupra citato.

Humiliati. *Humiliati* qui militant ſub ordine ſancti Benedicti originem ducunt à Beato Ioanne Cumenſi, anno 1189. qui poſt à Pio V. ſunt extincti.

Ordo

Digitized by Google

Ordo Vallis ombroſæ,ordinis ſancti Benedicti originem duxit à Ioanne Gualberto Florentino,anno 1060.

Monaci Albi Montis Olíueti eiuſdem regulæ principium duxere à B.Bernardo Senenſi, anno 1319. vel vt alij volunt 1370. vel 1406.

Canonici ſancti Saluatoris, regulæ ſancti Auguſtini, originem duxere à Stephano,& Iacobo Senenſibus,anno 1376. vel à quibuſdam Eremitis,anno 1408. *Canonici S. Saluatoris.*

Ordo Eremitanorum, collectus ex quibuſdam Eremitis ſancti Guilielmi,& ſancti Ioannis Boni, & ex congregatione Fabalorum, & Britinorum, qui ſub diuerſis habitibus per Italiam eleemoſynis colligebant, originem duxit ſub Innocentio IIII. anno 1204. qui eis conceſſit, vt viuere poſſent iuxta regulam B. Auguſtini, & horas canonicas, & reliqua iuxta morem curiæ Romanæ recitare, donec à Clemente IIII.in cap.religionum. de relig. dom.in 6. eis conceſſum eſt,vt cum Carmelitis viuere poſſent,donec aliud ab eccleſia decretum fuiſſet. Hic verò ordo Eremitanorum diuiſus eſt in Conuentuales, & Obſeruantes, & Obſeruantes ſubdiuiſi in vndecim congregationes, Illicitenam, authore Magiſtro Bartholomæo Veneto, anno 1387. Carbonariam,authore Fr.Simone Cremonenſi 1399. Peruſienſem 1424. Lombardã,authore Magiſtro Roco Ticinenſi 1444. Montis Ortonij, authore Fr. Simone Camerinenſi 1460. Baptiſtellam authore Fratre Baptiſtæ 1484. Dulcetiam, authore Fratre Felice ex Apulia 1492. Zampanam, authore Fratre Franciſco Calabro 1502. Dalmarenſem eiuſdem anni. Germanam 1514. & illam quæ dicitur ſancti Pauli primi Eremitæ,anni 1550.

Ordo ſancti Hieronymi Fieſolenſis, authore Carolo Comite Granelli,anno 1046.

Ordo ſancti Ambroſij de Nemus, authoribus Alexandro Cribello,Alberto Beſſutio, & Antonio Petra ſancta, Mediolanenſibus,anno 1431.

Congregatio ſancti Spiritus Saxiæ Romæ 1198.

Ordo Eremitarum Diui Hieronymi, authore Lupo Olmeto Hiſpano 1433. vel, vt alij volunt, Petro Ferdinando ſub Gregorio XI.1383.

Ordo Apoſtolorum,ſub Innocentio VIII. anno 1484.

Ordo Diui Pauli primi Eremitæ in Pannonia,anno 1215. confirmatus à Ioanne XXII. 1367.

Digitized by Google

Ordo Redemptionis in Hiſpania, ſub Clemēte IIII. 1266.

Ordo bonorum hominū, authore Ricardo Comite Cornubiæ, anno 1257.

Præmonſtratenſes. *Ordo* Præmonſtratenſis, authore Notoberto Colonien. anno 1122.

Ordo ſanctæ Brigidæ in vno monaſterio, diuiſi tamen virorum, & mulierum, ipſa fundatrice, anno 1367.

Congregatio Alborum, anni 1396. extincta anno 1400.

Ordo Crucigerorum Ceruleorum, ſub Clero II. & ad habitum aſſumpti ſub Pio II. qui recipiebant hoſpites, maximè inopes, anno 1460.

Carthuſienſes. *Carthuſienſes*, qui habent ſtatuta pro regula. Silu. Religio. 1. §7.

Ordo Ieſuatorum, authore Ioanne Colombino conuerſo ob lectionem vitæ ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ, ſub Vrbano V. anno 1356.

Minimi. *Ordo* Minimorum, authore ſancto Franciſco de Paula, Calabro, anno 1450.

Ordo Viſionis in Æthiopia, qui vnum tantum retinet monaſterium.

Ordo ſancti Georgij in Alga; dictus Ceruleus propè Venetias, authore B. Laurentio Iuſtiniano, anno 1407. vel 1408. & cum ante non profiterentur, coacti ſunt profiteri à Pio Papa V. anno 1570. qui ad idem aſtrinxit quoſdam alios Eremitas Beati Hieronymi, authore Petro de Piſis, anno 1380.

Canonici ſancti Marci Mantuæ, qui deferunt caputium album quadrata forma confectum, dicuntur originem ducere à Beato Marco Euangeliſta ad ſimilitudinem canonicorum regularium Lateranen. cum quibus magnam gerunt ſimilitudinem.

Congregatio Armenorum ſancti Bartholomæi Genuæ, appellata ſub congregatione, & regula ſancti Dominici, præterquam nigram patientiam defert.

Religio Fontis Auellanæ, authore Beato Lodolfo, quæ nunc non viget, cum ipſius Abbatia aſſignata fuerit Monacis Camaldulenſibus.

Congregatio Eremitarum Beatæ Virginis Gonzagæ, ſub Innocentio VIII. anno 1490.

Congregatio vitæ communis, authore Gerardo Germano, anno 1376.

Congre

Digitized by Google

Congregatio Diſcalceatorum in Hiſpania, qui vt Capuccini ferè vitam degunt.

Congregatio ſancti Spiritus Venetiarum, vbi vnum obtinet monaſterium, & alterum tantum Pataui, ſub nomine ſancti Michaëlis, qui militant ſub religione ſancti Auguſtini.

Ordo ſanctiſſimæ Trinitatis, authore Fratre Ioanne, anno 1197.

Licet autem tot ſint numero Religioſorum Congregationes, ad quatuor tamen tantum, vt plurimum, vt ad capita, nempe ſancti Baſilij, ſancti Benedicti, ſancti Auguſtini, & ſancti Franciſci, reducuntur.

Sub regula ſancti Baſilij, militant Heremitæ in Græcia, & Orientalibus regionibus, & vt aliqui volunt etiam Carmelitæ, vel melius originem habuere, vt ſupra eſt dictum.

Sub regula ſancti Benedicti, Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Camaldulenſes, Cluniacenſes, Sylueſtrini, vel Mōtis Faui, Montis Olíueti, Vallis Ombroſæ, Humiliatitiam extincti, Cœleſtini, Grandimotenſes, & Buniatenſes, vt dicit Boër. tract. de ſtatu, & vita hærem. numer. 10. & alij de quibus ſupra.

Sub regula Beati Auguſtini, Calaguritani, Heremitani Seruitæ, Ieſuati, Brigidani, ſancti Hieronymi hoſpites, ſancti Antonij, Cruciferi, Milites religionis Maltæ, & Canonici regulares, ac alij, de quibus ſupra.

Sub regula Beati Franciſci Minores tam Obſeruantes, quàm Conuentuales, Capuccini, tertij ordinis, licet hi propriè Religioſi dici non poſſint, & alij de quibus ſupra.

His Religioſis fratribus ſuccedunt Clerici Religioſi, qui vitam cõmmunem ducunt cum iis promiſſionibus, & votis, quæ fratribus ſunt communes, imò hi Clerici Regulares fratres fortè antiquitate præcedunt, cum primi Religioſi ex Clericis extiterint, cum enim Religionis ſtatus in tribus votis conſiſtat, Clerici ad exemplum Apoſtolorum, qui ſacris initiabantur caſtitatem ſpondebant, & licet aliqui vxores haberent, qui ordinabantur, tamen ab earum vſu abſtinebant, vt & Apoſtoli, vt probat Medina. lib. 2. de contin. c. 33. obedientiam etiam proprio Epiſcopo promittebant: vt colligitur ex Greg. lib. 4. Regiſt. ep. 74. quod & hodie in ordinatione ſeruatur, paupertatem etiam dum qui ordinabantur bonis paternis cedebant, & in huius ſignum radebantur. c.

Digitized by Google

duo. 12. q. 1. quod eſt Hier. idem Proſper. lib. 2 de vita contempl. cap. 9. & nihil proprium quiſque poſſidebat, ſed communem quique vitam tenebant, & illis omnia communia erant. c. dilectiſſimis. 12. q. 1. c. neceſſaria. ibid. cap ſcimus. ibi quoque, & Parochi ex diſpenſatione dimittebantur ab aliis, & bona ſeparata illis relinquebantur, quia ob curæ adminiſtrationem non poterant cum aliis viuere, vt & hodie cum monachis fit, qui ſuperiorum iuſſu parochiam adminiſtrãt, vt ibi dicit Medina. cap. 10. lib. 5. qui & dicit Canonicos id ſignificare, quod Regulares, & ſi Clerici quid proprium habuere id ex quadam indulgentia eſt factum, vt ibi dicit Medina. ex Aug. cap. certè. 12. q. 1. vbi dicit Aug. ſe conſtituiſſe nullum ordinare, niſi communem vitam duceret, ſed poſt conſilium mutaſſe, ne quis per ſimulationem regulam violaſſet, & etiam quia charitas cœpit refrigeſcere, & abundare ſui amor, & ſuorum commodorum. Vnde cum difficilè eſſet clericorum vulgus in abdicatione omnium rerum continere, manſit tamen hoc ſtudium in iis in quibus maior feruor erat, vt Ambr. ep. 25. aſſerit de Epiſcopo Vercellenſi, qui clericos ſuos ita inſtituit, vt ab iis exigeret, & monaſterij continentiam, & diſciplinam eccleſiæ, & idem aſſerit ab Auguſtino factum Poſſidonius in eius vita, quod & de Canonicis Regularibus eſt factum, qui tempore Apoſtolorum viguere, & ab Auguſtino reformati, & ſub Gelaſio Afro, Hippone vaſtata, domicilium his eſt aſſignatum in eodem vitæ genere in eccleſia Lateran. qui Miſſas celebrabant, conciones ad populum habebant, & ſacramenta iiſdem miniſtrabant, vt conſtat ex diplomate Eugenij IIII. in quorum loco poſtea ſubſtituti ſunt Canonici ſeculares, aſſignata eis certa ratione redituum, qui ante erant communes, idque etiam in aliis prouinciis locum habuit: & ita Clericorum regularium vnum erat genus, qui Canonici dicebantur. Hac verò ætate cum magno eccleſiæ bono, alij etiam Clericorum ordines regularium, Dei diſponente, ſurrexere.

Canonici & clerici Regulares olim monachi & religioſi.

Clerici Regulares Boni Ieſu Rauennæ, authrice Margarita è Ruſciò, anno 1500.

Clerici ſancti Petri Decollati Mediolani, authore Antonio Morigia, Bartholomæo FerERio, & aliis.

Summaſchorum ordo, authore Hieronymo Mianio nob. Veneto 1528.

Digitized by Google

Clerici Theatini, authore Ioanne Petro Caraffa, qui poſtea ſummus Pontifex fuit.

Societas Ieſu, authore Beato Ignatio de Loyola, nobile Hiſpano, anno 1540. qui docent, prædicant, rudes inſtruunt. ſacramenta præbent, purgant, illuminãt, & perficiunt, ac iuuentutem in purgatis literis erudiunt, iuxta antiqua inſtituta, vt in Monaſteriis, & Eccleſiis ſcholæ haberentur, quo fideles filios ſuos ſuos mitterẽt. ex 6. Sin. c. 4. & 5. Sin. Mogũt. c. 45. & probat Baſ reg. breu. q. 292. quæ & alij multi Religioſi præſtant. *Ordo ſocietatis Ieſu Illuſtriſſimus.*

Militares præterea ordines extant, qui regularem vitam profitentur.

Ordo equitum Hieroſolymitanorum, prius Rhodos nunc Malte, anno 1120. ſub regula ſancti Auguſtini, authore Geraldo, deferunt crucem albam.

Ordo Militum Theutonicorum, authore Theutonico quodam, anno 1333. deferunt crucem nigram ſuper album veſtem.

Ordo equitum Templariorum, ſub Balduino II. Hieroſolymorum rege, & floruerunt anno 1117. & extincti fuere à Clemente V. Pontifice.

Ordo equitum ſancti Iacobi in Hiſpania, authore Petro Bernardino, anno 1170. deferunt crucem vermiculi coloris, ſuper nigras veſtes.

Ordo Nouorum equitum Domini Ieſu Chriſti in Luſitania, cum cruce, vt ſupra, ſub Ioanne XXII. anno 1320.

Ordo ſanctæ Mariæ Redemptionis captiuorum, vel mercedis, authore Iacobo Rege Aragonæ, vtũtur veſtibus albis cum cruce nigra.

Ordo Monteſia, cum cruce vermiculi coloris, authore eodem Iacobo, anno 1512. confirmatus cum ſuperiori à Gregorio IX. anno 1230.

Ordo equitum Calatraue, authore Santio III. rege Nauarræ, vel Toleti iuxta alios, equites vtuntur veſtitu nigro cum cruce rubei coloris in pectore impreſſa, ſub ordine Ciſtercienſi, ſub Alexandro III. & Papa Benedicto, qui illis crucem dedit, anno 1390.

Ordo equitum Alcantaræ, cuius perpetuus Commendator eſt Rex Hiſpaniæ, equites deferunt crucem viridem in pectore Liliorum forma impreſſam.

Ordo equitum ſancti Mauritij, & ſancti Lazari, cœptus *Ordo SS. Mauritij & Lazari.*

Digitized by Google

tempore ſancti Baſilij, teſte Naz. in eius vita, qui ordo augmentatus fuit ſub Damaſo I. anno 366. & ſuſcitatus ſub Pio IIII. anno 1565. equites deferunt crucem viridem, cũ cruce alba in eius medio.

Ordo equitum ſancti Stephani Florentiæ, ſub Pio IIII. ſub religione ſancti Benedicti, equites deferunt crucem rubei coloris in latere pectoris ſiniſtro.

Ordo equitum Cinguli, vulgo della Banda, Hiſpaniæ, authore Alphonſo filio Regis Ferdinandi, & Reginę Conſtantiæ, anno 1368. equites deferunt Cingulum tribus digitis latum rubei coloris.

Ordo S. Michaelis in Gallia.

Ordo equitum ſancti Michaelis, authore Ludouico XI. Galliæ Rege, equites deferunt torquem auream collo appenſam 1469.

Ordo Velleris aurei.

Ordo equitum Velleris aurei, authore Philippo Burgundiæ Rege, anno 1429. equites deferunt imaginem Annunciationis B. Virginis.

Ordo Stellæ.

Ordo Stellæ in Gallia, authore Ioanne Rege Galliarum, anno 1351.

Milites Cruce ſignati Liuoniæ, deferunt crucem cum rubro enſe pallio inſuto, & Cruce ſignati ſub Gotifredo.

Ordo equitũ S. Spiritus.

Ordo equitum ſancti Spiritus in Gallia, authore Henrico III. anno 1579.

Ordo equitum ſancti Franciſci, apud Beatam Virginem Lauretanam, ſub Sixto V. equites Velleris Imperatoris, Annunciationis, Stellæ, Menſæ Rotundæ, Gualthieræ in Anglia, qui Bononiæ fiunt ex priuilegio, Romæ montib. emptis, & à variis principibus.

Qui verè ſint religioſi.

Et his qui tria vota profitentur, vel alia, vt equites Maltæ, & alij propriè dicuntur Religioſi, alij minus propriè.

De regulis, vel inſtitutis Beati Baſilij, & aliarum Religionum.

3 *Religiones diuerſæ quæ inſtituta habeant, remiſſiuè.*

INSTITVTA ſancti Baſilij habentur in eius operibus, in regulis fuſius diſputatis, & in regulis breuioribus, & in conſtitutionibus monaſticis. Tomo II. Alię regulæ habentur in ſingulis Religionibus, quæ quia prolixæ ſunt, ideò ad eas me remitto.

Ex prædictis Religioſorum ſtatibus, ſi eorum prærogatiua cõſideretur præ aliis. not. ex D. Th. 2. 2. q. 188. art. 2. quòd Religio

Digitized by Google

Religionis ſtatus ad charitatem dirigitur, quæ nō ad Deum ſolum, ſed ad proximum quoque, Dei intuitu, refertur, vnde quicquid pertinet ad Dei cultum, & proximi bonum, ad id Religio inſtitui poteſt, vt ad ſtudia literarum, docēdum, opera pia exercēda, vt captiuos redimendo, pauperes ſuſtentando, puellas pauperes nuptui tradendo, infirmis piam operam præſtando, & etiam bellum pro Dei gloria, vel eccleſiæ, aut publico bono gerendo, & huiuſmodi, vt colligitur ex Caſſian. collat. 14. c. 4. qui nedum Dei, ſed & hominum ſe famulos, Dei amore faciunt. Et licet vita contemplatiua, vt quæ Deo coniungitur, & fruitur, potior ſit actiua, quippè quæ cœleſtis manſionis gerat ſimilitudinem, vt inquit Aug. de mor. eccl. c. 31. & Greg. lib. 9. mor. cap. 18. & ob id religio, quæ contemplationi Dei intendit illa ſit potior, quæ circa proximi bonum occupatur, vt inquit D. Tho. loco cit. c. 6. ſi qua tamen ambas contineat potior erit, in contemplatione enim principium, quod eſt Deus, quæritur, in operatione verò ſub graui neceſſitatum faſce laboratur: vnde *& Rachel pulchra, ſed ſterilis, Lia lippa, ſed fœcunda*, quia mens cum contemplando otia appetit, plus videt, ſed Deo minus filios generat, cum verò ad laborem prędicationis ſe dirigit, minus videt, ſed amplius parit, vt inquit Greg. d. c. 18. vnde ſi vita actiua in ſola actione externa verſetur, vt ſeruire hoſpitibus, vel infirmis, vel militare, minor eſt cōtemplatiua, ſi verò fluit ex quadam abundantia contemplationis, qua mens diuino amore incenſa in opera externa agitur, vt concionari, vel docere rudes, & huiuſmodi, potior eſt contemplatiua, ſi ſola, & ſimplex ſit, & nil ex ea in alios vtilitatis ſequatur, quia cum interior meditatio cum exteriori opere ſociatur, ſic in ſe conueniunt, vt hæc ab illa adiuuetur, & illa ab hac ex nulla parte impediatur: vt inquit Aug. ep. 1:6. dicens, ſecuritatem animi, & gaudium illud ſolidum nullis omnino lætitiis vlla ex particula cōferendum, aliquando huiuſmodi contingere, & tanto crebrius contingere, quanto quis magis in mentis penetralibus Deum adoret, neque id ſolum in ſolitudine, ac receſſu, verum in actu quoque humano iſtam manere tranquillitatem, ſi ex illo ad agendum procedatur, ac mihi quidem qui ita virtutem ſuam cum hominibus communicare ſtatuerunt, non modo nihil de virtute ſua deperdere videntur, ſed etiam aliquid atque adeò multum illam augere, quaſi enim

4 *Religio ad quæ opera ordinari poſſit, & quid potius.*

Vita cōtemplatiua actiua iuncta quando ſoli contemplationi præſtet.

Digitized by Google

neceſſitatem quandam Deo injiciunt, vt ipſis primum impertiat quod per ipſos in alios effundi velit, *cùm & hi qui contemplationi ſe dedunt, ſi proximi ſpiritualis agitur cauſa contra officium faciant, ſi non cogitationis ſtudijs relictis, ad eos iuuandos accurrant*: vt inquit Auguſt. ep. 81. & id præſtitit Iulianus à ſpelunca iis rationibus eductus, Acatio Epiſcoſcopo Suaſore, vt Arrianorum impietatem debilitaret, teſte Theodoreto in lib. de Religioſa Hiſtoria, vbi & alia huiuſmodi exempla proponit.

SVMMARIVM.

1 *Religionis ingreſſus quo fine fieri debeat, quo non, & quando non proſit.*

2 *Religionis ingreſſus debet eſſe voluntarius, & quæ vis, vel metus eum annullet, vel dolus, qui non, & quando quis teneatur ingredi eam.*

3 *Religionem ingrediens in qua ætate debeat eſſe conſtitutus, & quis non obligetur ei.*

4 *Religionem vouens ingredi tenetur, & quomodo, ac qualiter obligetur, & quid ſi reijciatur.*

5 *Religionis ingreſſus liber debet eſſe à ſimonia, & quando aliquid accipere liceat, vel non.*

6 *Religionem qui ingredi poſſint, vel non.*

7 *Religionem ingrediens à quo recipi debeat.*

8 *Religionem ingrediens mutare debet habitum, quomodo, & quare.*

9 *Religioſus fiendus debet prius in probatione, & nouitiatu manere, quanto tempore, & quomodo.*

10 *Nouitius an poſſit exire, & quid fiat de eius beneficijs, & bonis.*

11 *Profeſſio eſt fienda ab eo qui religionem eſt ingreſſus, quot modis, quomodo, & quo tempore, & quid requiratur ad eius validitatem.*

13 *Tacita profeſſio quot modis facta intelligatur, & profeſſionis effectus quis ſit.*

14 *Profeſſi bona, & beneficia cui acquirantur, latè declaratur.*

15 *Monaſteria vt conſtruenda, & veneranda, cum eorum priuilegijs.*

De

Digitized by Google

De ipſo Religionis ingreſſu, fine, electione, quomodo ſit fiendus, quis ingredi prohibeatur, Religioſorum habitu, probatione, profeſſione, & eorum bonis, ac beneficiis. Cap. III.

PRIMVM *ſit dictum.* Cum Religionis ingreſſus ſit actus bonus ex ſupra dictis, & actus virtutis ſi fiat principaliter ob bonum Religionis, & virtutum, & è conuerſo, ſi talis ingreſſus actualiter, vel virtualiter non referatur in Deum, beatitudinem, vel aliquam virtututem ei conuenientem, quò ad ingredientem ſit malus, quia cuius finis eſt malus, ipſius quoque opus eſt malum, vt inquit Philoſophus 2. Ethic. cap. 2. & D. Thom. quodlib. 2. artic. 2. dicit, quòd qui ob pecuniam prædicat non meretur, ſed peccat, vt & qui dat eleemoſynam ob vanam gloriam ſaltem venialiter. c. ſi. 23. q. 6. & pluribus probat Nau. in c. cùm miniſter. 23. quæſt. 5. & nullus actus in indiuiduo ſit indifferens, vt aliàs probaui, & in Religione, Deo deſeruiatur, vt ſuprà monſtratum eſt modo excellentiſſimo, ac Deo propter ſeipſum ſit deſeruiendum, vt inquit D. Thom. 2. 2. q. 27. art. 4. & D. Bern. in Cant. ſerm. 40. cùm intentio ſit facies animæ, quæ ita pulchra deformíſve redditur prout illa fuerit, vnde intendere non in Deum, ſed in ſeculum, ſecularis animæ eſt, hipocritæ verò intendere quaſi in Deum, ſed non propter Deum, & intendere in aliud, quàm in Deum, ſed propter Deum, Marthæ negotium eſt, intendere verò in Deum propter ſolum Deum, id Mariæ opus eſt, & perfectum, vt ibi dicit Bern.

1 Religionis ingreſſus quo fine fieri debeat, quomodo, & quando non proſit.

Intentio eſt animæ facies.

Iccirco Religionem ingreſſurus bonum ſibi finem proponere debet, reiectis illicitis, vel repugnantibus, aut minimè congruis, vt ſcilicet Religionē non ingrediatur principaliter, vt ex redditibus monaſterij victũ ſibi quærat, quem in domo paterna fortè non habet, id enim mercenarij exiſtit, nec vt fugiat labores, curas, opprobrium, cõtemptúmve in quibus in ſeculo extat, vel vt ibi fiat Abbas, Prior, & huiuſmodi, vel vt alicui dolorē incutiat, vel de illo ſe vlciſcatur, & id genus, minuſq́;, vt fortè aliquo modo erret, vt nec, vt ob delictũ commiſſum iudicis ſecularis iudiciũ effugiat, ſic enim nõ effugiet quominus ab eo comprehendi poſſit, ſi

Qualis debeat eſſe intentio ingredientis religionem.

id commiſit ante Religionis ingreſſum ſine metu excommunicationis, licèt ab eo non poſſit corporaliter puniri, cùm iam ſit factus religioſus, ſed tantum in pecunia mulctari, & in bonis puniri, vt dicit Couar. pract. qq. cap. 32. nu. 7. Zab. in clem. ne in agro. §. quia verò. num. 10. de ſtatu mon. in perſona verò ante profeſſioně ab Epiſcopo puniri poteſt, modo quo dixi tract. de Clericis, vt ſcilicet ſi abſque fraude eſt ingreſſus, liber ſit omnino à iudice ſeculari, ſi in fraudem, liberatur ab eo quò ad perſonam, non quò ad bona, niſi Epiſcopus eum degradet, & iudici ſeculari tradat; & eſt communis opinio, licet Couar. ibi in fi. dubitet. ſic ſentit Clarus lib. 5. §. fi. q. 36. Germ. lib. [illegible] de ſacrorum imm. cap. 71. & 78. & etiam ſi ante non vouerit Religionem, quia ſi vouit præſumitur fraus abeſſe, & ſtatur eius iuramento, ſed vt abiectis omnibus vitioſis animi affectibus, Deo per gratiă ſe quàm ſimilem efficiat, vt dicit Baſ. de inſtit. mon. ſerm. 1. vel vt remotis peccandi occaſionibus, & illecebris, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ viis, vitam à prauis permotionibus tutam, & tranquillam eligens, diuinæ naturæ ſimilitudinem acquirat, perpetuo deinceps, & in aſſidua beatitudine eo fruiturus, vt inquit Baſ. loco cit. & in hac vita habeat etiam beatitudinem, licet imperfectam viæ, quæ conſiſtit in vitatione peccatorũ mortalium, & conatu, vel ſaltem propoſito tendendi in Deum actualiter ſemper, niſi quãdo neceſſaria vitę ab eo impediunt, conando vt cognitio, & fruitio Dei in eis in dies, iuxta viæ rationem, augeatur, & qui abjiciunt hoc propoſitum tendendi ad hanc perfectionem, peccare eos mortaliter dicit Nau. com. 1. de Regul. num. 10. & 11. dicens etiam bonum finem ingreſſus Religionis eſſe, vincendi carnem, mundum, & diabolum, iccircò attentè conſiderent vires corporis proprias, animi conſtantiam, fiduciam proficiendi, conditionem loci, & perſonarum, quo ſunt ingreſſuri, cùm bellum initurus prius vires ſuas excogitare debeat, & ædificaturus expenſas, ne cum dedecore retrocedat, in dubio tamen ingredi bonum eſt, ſe diuino committendo auxilio, vbi propriæ vires deficiunt, quod ex corde id poſcentibus præſto erit.

2 *Religionis in greſſus debet eſſe volun-*

Secundum dictum. Cùm Religio ſit ſacrificium excellentiſſimum, Deo exhibitum, vt ſuprà eſt dictum, & ſacrificium voluntarium eſſe debeat, vt Deo placeat. Pſalm. 53. iccircò matura deliberatione Religionis ingreſſus fieri debet, quod

Digitized by Google

quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit, quod verò non diligit, facilè contemnit, vt in propoſito inquit Nicolaus Papa in c. præſens. 20. q. 3. in quo notandum, vt inquit D. Th. 2. 2. q. 189. art. 10. quòd *circa Religionis ingreſſum tria poſſunt conſiderari.*

tarius, & quæ vis, dolus, vel metus, eum annulet, vel non, & quãdo quis eam ingredi teneatur.

I. Ingreſſus ipſe quod eſt melius bonum, & ſic nõ eſt dubitandum, quin ſit bonum, & proinde expedire id facere.

II. Ingreſſus ipſe per comparationem ad vires ingreſſuri, & ſic quoque non eſt verendum, quia is non ingreditur putans virtute ſua ſe poſſe ſubſiſtere, & proficere, ſed auxilio virtutis diuinæ, vt dicit Iſ. 40. ſi modo ſit bene diſpoſitus, ita vt velit relinquere omnia, nec remaneat affectus ad gloriam, honorem, carnem, vel ſanguinem, & huiuſmodi, quia ſine hac interiori renunciatione non proficiet, vt ibi dicit Caiet. nec principaliter Religionem ingrediatur etiam militarem cauſa conſequendi honorem, vel commendã, & qui nõ eſt diſpoſitus, lachrymis eam diſpoſitionem, oratione, eleemoſynis, peccatorum confeſſione, lectionibus ſcripturæ, concionum auditione, à Deo procuret, & differat interim ingreſſum donec talem diſpoſitionem acquirat, niſi voto detineatur, quia tunc tenetur intra tempus præfixum ingredi, vt inquit Nau. in comment. 1. de Regular. num. 7. Et ſimiliter ſi adſint impedimenta ſpecialia, vt infirmitatis, æris alieni, & huiuſmodi, ſic requiritur conſilium.

III. Poteſt Religionis ingreſſus conſiderari, quò ad modum, & quæ Religio ſit eligenda, & de huiuſmodi poteſt haberi conſilium, cum iis de quibus ſperatur, & bene conſulant, & non impediant, & vbi non adeſt legitimum impedimentum, ſed tantum deliberetur de modo an ſit agendum nec ne, de viribus propriis, & huiuſmodi, *diuturna deliberatio non eſt habenda*, vt inquit Hier. ep. ad Paulinum: *Feſtina, quæſo te, & hærenti in ſalo nauiculæ funem magis præſcinde, quam ſolue*, vt ibi dicit D. Thom. Voluntarius tamen debet eſſe ingreſſus, vnde inuitus religionem nemo ingredi cogitur, aliàs ingreſſus non tenet, nec obligatur religioni. d. c. præſens. ſi ſit metus cadens in virum conſtantem, quod procedit etiam ſi quis dederit cauſam metui. l. nec timorem. §. 1. ff. quod met. cau. & pariter ſi incertam de certis religionẽ ingredi cogatur. Dec. in c. licet. col. pe. de elect. & etiam ſi adſit ſolùm metus reuerentialis minis adiunctis, ſic enim ingreſſus non tenet, vt ſi puella non audet

contra

contradicere patri imperanti ingreſſum religionis. d.c.præſens.& cap.puellæ.20.q.1. Couar.in 4. Decret.2.p.c.3.§.6.& hodie metum incutientes virgini, vel viduæ, exceptis caſibus à iure expreſſis,ad ingrediendum monaſterium,vel habitum ſuſcipiendum, vel profitendum, cum conſultoribus, & fautoribus, excommunicationem incurrunt, ſicut & qui impediunt ſine iuſta cauſa.ex Conc. Trid.ſeſſ. 25.cap. 18.de Regular.qui tamen metus debet deduci coram ſuperiore, & ordinario intra quinque annos à die profeſſionis, & ante habitus non dimittatur, aliàs is ad religionem redire cogitur cap.19.d.ſeſſ.

Fallit tamen prædicta concluſio, vbi metus eſt ab intrinſeco, vt eſt in vouentibus metu mortis naturalis, vel naufragij,religionem, cum is actus dicatur ſimpliciter volitus, licet ſecundùm quid inuoluntarium.2.Eth.& habetur ſupra tract.de Volunt.& Inuolunt. & in tract.de Sacr.Matr.in impedimento violentiæ.

II.Fallit,ſi metus ſit leuis,nec cadens in virũ conſtantem, attenta eius perſona,& qualitate,vt dicit Cou.loco cit.§.4.

III.Fallit, in ſponſa de præſenti non cognita, quæ dicit ſe velle religionem ingredi, quia tenetur intra duos menſes profiteri,vel marito adhærere.c.ex publ.de conu.coniug.

IIII Fallit in coniuge, qui vxore conſentiente profeſſus eſt,etiam ſi nũquam monaſterium intrauerit, quia ea mortua,tenetur ingredi.c.ex parte abbatis.eo.tit.

V. Fallit, in coniuge, vxore ſciente, & diſſimulante profeſſo,quia ea mortua,tenetur ibi manere. cap.conſuluit. eod.tit.

VI. Fallit,ſi vir de cõſenſu vxoris ingreditur religionem, nec ipſa vouet continentiam,quia poteſt ab ea repeti,ſed ea mortua,tenetur repetere monaſterium. Abb in c. 1 eod.tit.

VII. Fallit,ſi mulier conſentit ingreſſui viri,& ipſa vouit continentiam, & remanet in ſeculo, quia ſi eſt ſuſpecta, & iuris conſcia, tenetur religionem ingredi,& ibi profiteri, ſi verò erat iuris ignara, tenetur tantum religionem ingredi, & ibi manere,non tamen profiteri.Abb. in d.cap.1.in fin.

VIII.Fallit, ſi quis in Epiſcopum promoueatur de conſenſu vxoris, ipſa enim religionem ingredi tenetur. cap.ſané. eod. tit. etiam ſi non ſit ſuſpecta, ſi verò det licentiam coniugi, vt promoueatur ad ſacros ordines, & ſit ſuſpecta, tenetur ingredi religionem.cap.coniugatus eod.tit.

Digitized by Google

IX. Fallit, ſi mulier det licentiam viro ingrediendi, ſi incontinenter viuit, tenetur ingredi monaſterium, non tamen ibi profiteri. c. ſignificauit. eod. tit.

X. Fallit, aliis caſibus, quos notaui in lib. de Caſib. Reſer. in caſu de cogentibus mulierem ingredi religionem, quibus dixi teneri ingredi religionem, & non tantum monaſteriũ, niſi ad pœnitendum.

XI. Fallit, ſi ceſſante cauſa metus, per tempus arbitrio iudicis definiendum, perſeueret in religione, ſi enim duret cauſa metus, poteſt ſemper reclamare, & etiam ſi non ceſſant impedimenta, quibus à reclamando impediebatur, vt dicit Nau. Tom. IIII. de Regular. num. 71.

Vt etiam religionis ingreſſus ſit voluntarius, oportet vt dolo careat, qui tamen dolus non vitiat ingreſſum: vt dicit Abb. in c. veniens. de conu. coniug. quia propriè non eſt dolus cum promoueatur quis ſic ad meliorem vitam, vt ibi d. Abb. vnde ſuperiores debent cupientibus ingredi patefacere onera religionis, nec eos muneribus magnis ad id allicere, nec par etiam eſt cum eis verſari, niſi ſint inſtruendi, cum ſic reuerentiam erga maiores relinquant, & timorem, iuuenum decus præcipuum, abiiciant, ſed grauiter & ſerio, tametſi benignè, cum iis agendum eſt, & inducendi, vt ob bonum ſpirituale, quod in religione fieri cernũt, & nõ ob eius diuitias, & cõmoda, eam ingredi cupiant, nimia ideò familiaritate in monaſterio cum iis nequaquã adhibita, ex cauſa prædicta. nec ſic facilè aditu eis dato ſemper monaſteriũ ingrediendi, iis tamen ab eccleſia nunquam excluſis, vt ibi diuina audiant, & ſacramenta percipiant, aliquo quoque libro res ſpirituales, & maximè quæ ad ſtatum regularem attinent, legendo, eis tradito, quo & eorum monitis in via ſpirituali, & regulari diſciplina inſtruantur.

Vt voluntarius etiam ſit ingreſſus, oportet vt habeant ingredientes rationis iudicium, vnde ætas conueniens requiritur tam in deliberando vouẽdo religionem, & ingrediendum, quàm profitendum. 3 *Religionem ingrediens in qua ætate debeat eſſe conſtitutus, & quis nõ obligetur ei.*

Vnde, *pueri ante vſum rationis, qui regulariter in maſculis eſt anno XIIII. in fœminis duodecimo, non poſſunt ſe voto obligare religioni*, aliàs pater poteſt eos reuocare, quia tũc sũt in poteſtate patris, quò ad eorũ vitæ diſpoſitionẽ. c. 1. c. ad noſtrã. de Reg. & vbi Religio, vel congregatio eſt dura, requiritur plena pubertas, ſcilicet decẽ & octo annorũ ad ingredien

diendum religionem.cap. quia.eod.tit. ſi tamen ante annos pubertatis adſit iudicium rationis, ſic vouens obligaretur Deo. D.Thom. 2. 2. quæſt.89.artic.5. & qui vouit religionem,ſi vouit ibi manere perpetuo, debet id exequi, ſi verò intellexit ſolum velle ingredi, & probare, non tenetur vlterius,ſi verò ſimpliciter vouit intelligitur iuxta terminos iuris communis, ſcilicet vt detur annus probationis ad probandum ſi velit manere, vel exire, vt dicit Diuus Thom. loco cit.art.4.in quo tamen probabiliter videtur dicendum, quòd ibi perpetuò maneat, cum ſimpliciter loquens ſimpliciter,& generaliter eſt intelligendus in omni caſu, & ſic omni etiam tempore; & ſi impubes, vt ſupra, voueat religionem, poteſt is reuocari à patre, ſi ſtatim reuocet cum ſcierit, id eſt ipſa die. Num. 30. & ſi pater reuocauit, licet poſtea conſenſerit, non reuiuiſcit votum, nec tenebitur filius cum ad legitimam ætatem deuenerit, quòd ſi impubes vouit ingreſſum religionis in tempus, vt cum erit adultus, vel ſolutus à patria poteſtate, adhuc pater poteſt id reuocare iuxta communem,vt dicit Silu. Religio.2.num.15.ad fin. Impubes quoque poteſt offerri religioni à parentibus, vel tutoribus, & vt ibi habitum ſuſcipiat, qui ſi habet vnū tantum parentē,is eum poteſt offerre, licet habet tutores alios, quàm parentes, quo caſu & parentes inuitis tutoribus eum poſſunt offerre, & idem probabile eſt de patre inuito auo; Hi tamen impuberes ſic oblati cum peruenerint ad annos pubertatis, extant in libertate manendi vel exeundi, & de hoc interrogari debent cum ſunt profeſſuri,& ſi conſenſere ante annos pubertatis, licet conſenſus non teneat, tamen probabile eſt, quòd non poſſint egredi ante ætatem legitimam ad ſimilitudinem matrimonij carnalis. cap. illud. 20. quæſt.1.cap.de illis. deſponſ. impub. ſed ſtatim ac peruenerint ad pubertatem poſſunt exire, d.cap.præſens.20.quæſt.3. cap.cum ſimus. de Regul. ſi verò quis non conſenſit, quandocunque exire poteſt. cap.puellæ.20. quæſt.1. Et licet iure liceat recipere impuberes in religione, vt dicit D.Thom.3. quodlib. quæſt. 5. niſi conſtitutio alicuius religionis id impediat, hoc tamen non expedit ſemper, & id ferè omnes religiones obſeruant; quòd ſi impuberes propria authoritate ingrediuntur religionem, licet id non poſſint. cap. ad noſtram. de Regul. tamen exire poſſunt quando volunt, & extrahi à patre, tutore vſque ad annum, vel diem. c. puellæ

11.q.

Digitized by Google

11.q.1. à die ſcientiæ.cap.2. de Regul. quòd ſi intra annum reuocarint, vel reclamauerint ad Principem, id eſt Papam, Epiſcopum, vel eius Vicarium, nec pater, nec tutor, nec impubes poterit ſententiam mutare vſque ad legitimam ætatem.d.cap.2.& ſi de eorum conſenſu tacito, vel expreſſo intrauit, vlterius illum reuocare non valent. c.addidiſtis.cap. quicunque. 20. q.1. & vbi pater, vel tutor poteſt extrahere impuberem, id agere debent authoritate regentis monaſterium, licet poſſint eum corrigere ibi cauſa diſciplinæ, non tamen inde ex ſe extrahere; quòd ſi mater velit impuberem auferre reuocaréve, ſi quidem pater viuit, mater eo inuito non poteſt, cum filius non ſit in eius poteſtate. §. fœminæ. Inſtit.de adopt. patre verò mortuo, id poſſunt mater & auia ſi habent tutelam eius, & ſi ea non tranſiuit ad ſecundas nuptias, cum ſic tutelam amittat, & idem poteſt tutor, & ſi ſint plures potior eſt conditio prohibentis.

Tertium dictum. Vouens ingredi religionem, velit nolit, ingredi tenetur, vt inquit D.Thom. d.q.89.artic.3. etiam ſi Epiſcopus ſit de licentia Papæ tamen, & ad id cogi poteſt. Abb.in cap.porrectum.in fi.de Regul. arg. l.in fraudem.vbi Bald.ff.de petit.hæred. 4

Religionem vouens, ingredi teneretur, & quomodo, ac qualiter obligetur, & quid ſi reijciatur.

Ampliatur, vt procedat etiam ſi quis in infirmitate, vel naufragij periculo conſtitutus id voueat. capit. per tuas. de voto. vt dicit ibi D. Thom. ad primum. licet cum huiuſmodi facilius diſpenſetur, vt & cum iis qui leuitate animi vouerunt.

II. Ampliatur, vt filiusfamilias pubes etiam inuitis parentibus voto ſe obligare poſſit religioni, nec tunc ab eis extrahi poſſit, etiam ſi votum non emiſerit.cap.puella.20.q. 2.cap.ad noſtram.de Regul.non autem ante pubertatem, ſic vt non poſſit extrahi à parentibus, etiam ſi malitia ſuppleat ætatem.clem.eos.de Regul.ſi tamen parentes ſint in tali neceſſitate conſtituti, vt ſine filiorum obſequio non poſſit eis ſubueniri, non poſſunt filij ingredi religionem, aliàs ſic. D. Thom.d.quæſt.art.6.

III. Ampliatur, vt voto aſtrictus religioni ſi eligatur in Epiſcopum, teneatur renunciare electioni de ſe factæ, & intrare, quòd ſi denuo eligatur, electionem recipere poterit.c. per tuas.extra.de voto.

IIII. Ampliatur, etiam in eo qui vouet ingredi religionem in pœnam, vt puta ſi luſerit, ſi enim cōtrauenit, tenetur

Digitized by Google

ingredi, & cum eo ſolus Papa diſpenſat, ante tamen tranſgreſſionem, Epiſcopus cum eo in illo voto diſpenſare poteſt. Sot. de iuſt. & iure. lib. 7. quæſt. 4. art. 2.

Quòd ſi quis vouit ingredi certam religionem, quæ illum recipere nolit, tenetur facere quantum in ſe eſt, vt ibi recipiatur, & quærere per prouinciam, non autem per totum mundum, vt recipiatur, & vlterius non tenetur. D. Tho. d. q. 89. art. 3. ad primum: ſi tamen vouit certã religionem, cum intentione ſe obligandi ad religionem principaliter, eligendo tamen hunc, vel illum locum, vt ſibi magis congruum, tenetur aliam ingredi, ſi ibi non recipiatur, & idem ſi Prior periit, vel eſt reprobata, nec ſimiliter tenetur diſcurrere per totum mundum, vt recipiatur, & ſi inuenit vnam tantum, vel duas quæ eum reciperent, de quibus credit probabiliter, quòd ſi cogitaſſet, nõ ſe obligaſſet, probabile eſt, quòd non teneatur intrare, & ſi dubitat de intentione, eligenda eſt via tutior; & ſi vouit religionem indeterminatè, & nulla eum recipere velit, liber erit, & poterit nubere, ſi non vouiſſet ſi id cogitaſſet, & ſi dubitat, tutum eſt, vt maneat ſub obedientia Epiſcopi; & ſi incidit in impoſſibilitate implendi votum ex ſua culpa, faciat quod poteſt, & de culpa pœniteat. Silu. Religio. 2. num. 16. 17. & 18.

Quòd ſi quis vouit certam religionem, poteſt induci ad aliam ſtrictionem, ob maius bonum, niſi infirmitas impediat, vel ſpes maioris boni in minori, ad minorem induci non poteſt ſine licentia ſuperioris, ſi tamen ingreditur, & profitetur, profeſſio tenet. cap. qui poſt. de Reg. in 6. licet videatur tranſgreſſor ſimplicis voti. Quòd ſi quis vouit non intrare religionem, votum huiuſmodi non tenet. Ric. quodlib. 3. q. 14. non poteſt tamen is ingredi monaſterium, quod eum allicit cauſa lucri, ſed aliud. cap. beatus. 22. q. 2. c. conſtituit. 20. q. 3. Silu. Religio. 2. in fin.

4 *Religionis ingreſſus liber eſſe debet à ſimonia, & quãdo aliquid accipere liceat, vel nõ.*

Quartum dictum. Ingreſſus Religionis liber eſſe debet ab omni labe, & ſimonia, vnde ſi ſuperior pro receptione Monachi recipit pecuniam ex pacto, ab officio, & beneficio ſuſpenditur, & pecunia eſt reſtituenda, & taliter receptus in aliud monaſterium eſt transferendus, quod arctius ſit, poſt renunciationem tamèn, in eiſdem, vel aliis monaſteriis poterunt collocari, ſi iis ignorantibus pecunia ſit data. cap. non ſatis. cap. veniens ad nos fr. cap. de Regularibus. de ſimon. *licet tamen accipere à ſponte dante ſine pacto.* glo. in d. cap. non

Digitized by Google

non ſatis. pro ingreſſu verò religionis nullo caſu licet aliquid accipere quaſi pretium religioni, cum ſtatus religionis ſit ſpirituale, & ſpiritualia, vel eis annexa vendere illicitum ſit; ſi verò monaſterium eſt ita inops, vt non valeat ſuſtentare plures perſonas, poteſt exigi aliquid à volente intrare, non vt pretium religionis, ſed vt habeat monaſterium, vnde ei prouidere poſſit, dicendo ei, nos non poſſumus tibi prouidere, ſi vis viuere, & intrare, fer tecum, vt inde viuere poſſis: vt dicit d. glo. *ſed ſi monaſterium eſt diues non licet ſine ſimonia aliquid exigere à petente ingreſſum*; Nec licet taxare ſine ſimonia, quòd certum quid detur, nec facere pactum de ſeruanda conſuetudine, nec poſt receptionem poteſt ad id cogi, ſi tamen gratis eſt receptus, poteſt monaſterium agere pro alimentis contra patrem, vel eius hæredes; nec licet etiam offerre ſuperiori pecuniam ſi velit eum recipere, nec etiam ſi recipientes petût, recipiendus tacet, poteſt ibi manere; nec licet etiam paciſci deſeruiendo monaſterio, ſi poſt tempus certum recipietur, nec aliud pactum inire vt recipiatur, poteſt tamen monaſteriũ reſpuere recipiendum, niſi didicerit artem ſutoriam, vel ſtuduerit, & huiuſmodi, ſine ſimonia, & pariter ſi ingreſſus ſit intentione in mente retenta dandi aliquid, & ſic etiam receptus, talis ſimonia pœnitentia deletur, vt inquit Turre Cre. in ſumm. 1.q.2. ea quoque obſeruando, quæ latè ſupra tract. de Simonia, circa hoc ſunt explicata, vbi eſt locus ſuus.

Quintum dictũ. Religionem ingreſſurus, debet eſſe perſona legitima, nec ingredi prohibita, in quo notãdum, quòd omnis, qui non prohibetur, cenſetur permiſſus, prohibentur autem plures perſonæ à religionis ingreſſu. 5 *Religionem qui ingredi poſſint, vel non.*

I. Enim ſeruus ſine conſenſu domini, vel eo ignorante, aut contradicente religionem ingredi non poteſt, nec debet recipi, vel ſciatur an ſit ſeruus, vel ignoretur an ſit ſeruus, vel liber, & ſi ingrediatur, reſtituitur domino cum omnibus, quæ attulit, fide tamen accepta de eius impunitate poſt triennium verò non poteſt repeti, niſi eſſet tam longè, quòd non poſſet inueniri, ob conſenſum domini præſumptum. cap. ſi quis incognitus. 17.q.2. & ſi interim profiteretur reſtitueretur domino, non obſtante profeſſione, ſi in profeſſione eſt vſus fraude, vt probando ſe liberum per falſos teſtes. c. oportet. de ſeru. non ordin. & domino reſtitutus, quò ad ſe erit religioni obnoxius, vnde manumiſſus contrahere non

 poſſet.

Digitized by Google

poſſet. cap.de viduis.27. quæſt.1. quòd ſi monaſterium fuit in culpa ſciens eum eſſe ſeruum, vel negligens inquirere cum eſſet cognitus,manebit in religione, ſed monaſterium domino ſatisfaciet.arg.cap.ſi ſeruus.54.diſt.& tempus triennij incipit currere à die ſcientiæ domini. *Filius verò familias ſi pubes ſit etiam inuito patre ingredi poteſt*, probatur à ſimili Geneſ.12. *Egredere de domo tua, & de congregatione tua.* Pſal.44. *Obliuiſcere populum tuum, & domũ patris tui.* Matth.10. *Qui amat patrem, vel matrem pluſquam me, non eſt me dignus.* Ex Concil.Tolet.10.c.vlt.Tribur.can.24.cap. puella.20.q.2.c.cum virum.de Reg. Ex Patribus Hier.ep.ad Heliodorum, percalcato perge patre &c. Ambroſ.lib.3. de virg.Chriſ.hom.84.in Ioan.Aug.ep.38. ad Lætam.D.Tho. d.q.vlt.art.8. ad ſecundum. *quia pubes eſt ſui iuris in ijs quæ ad Deum ſunt*, qui eſt magis ſequendus, quàm homines, cum in hoc liber habeatur, ſi tamen parentes ita inopes ſint, vt ſine eo ſuſtentari non valeant, probabiliter ingredi non poteſt tuta conſcientia, nec vbi ſine notabili iactura, & detrimento ſui ſtatus, & conditionis,pater non poteſt ſine eo viuere, & oporteret eum mendicare,vel aliis ſeruire cum detrimento ſui ſtatus, etiam ſi ex voto in habeat, vbi ſine detrimento ſuæ ſalutis filius poteſt in facere.Angel.Religioſus. num.11. D.Thom.3.quodlib. quæſt.5. Pater verò èconuerſo non poteſt iuſtè ingredi liberis relictis ſine rebus neceſſariis ad eorum alimenta, & educationem. D.Thom. d.quæſt.89.art.6.

II. Obligatus ad ſoluendum debitum alicui, non poteſt id licitè prætermittere, vt religionem ingrediatur: vt dicit D.Thom.d.artic.ad tertium. quòd ſi is velit cedere bonis,& ingredi religionem feruore charitatis. Silu. d. verbo, Religio.2. num.4.cum poſſe. Nauar. verò comment. 1. de Reg. num.7. ver. contrarium tenet. Maior. id negat. In quo ego ſic diſtinguerem, quòd aut ingrediens eſt perſona induſtria pollens, vt Medicus, Iuriſperitus, artifex magnæ induſtriæ, qui ideò manens in ſeculo facilè, & probabiliter poſſet creditoribus eius induſtria ſatisfacere, & hic iuſtè ingredi non poteſt, ſi verò nulla, vel parua pollet induſtria, facta ceſſione bonorum, ingredi poterit, ſic tamen vt monaſteriũ teneatur,de his quę eius occaſione acquiſiuit donatione, ſucceſſione,teſtamẽto,& huiuſmodi,& nõ plus, & æquũ eſt etiam vt ſi quid lucratur ſcribendo,abſque detrimẽto officij diuini,

diuini, & obſeruantiæ regularis, id cedat beneficio creditorum, licèt abſolutè is non teneatur operari, vt ſoluat debita, quia caret propria voluntate, & poſt ingreſſum acquirit monaſterio, etiam ſi ad debitum fuiſſet iuramento aſtrictus.c.licet.de Regul.& eo magis ingredi poteſt de conſenſu creditorum. Innoc. & alij in rubr.de oblig.ad rat.& idem de eo qui accepit vxorem quæ patitur aliquod intereſſe, ſufficit enim cedere bonis, cum & hoc caſu requiratur eius conſenſus, vt ſupra eſt tactum, ſi matrimonium eſt conſummatum, ſi verò ratum tantum, ipſa nubere poterit poſt eius profeſſionem.

III. Qui obligatus eſt ad aliquid faciendum, tenetur id præſtare ſaltem per alium, niſi ſit electa induſtria perſonæ, quia tunc per alium id explicare non poteſt.cap.fin. de offic. deleg. & tenebitur ei ad intereſſe ex bonis, quæ attulit ad monaſterium, vel iis cedendo, vt ſupra, & ſi prædicta prçſtare non poteſt, ingredi poteſt etiam ſi iuraſſet illa præſtare, vt regere ciuitatem per annum, vel legere, quia non dicitur violare iuramĕtum, qui id in melius commutat.c. peruenit. de iureiur.Silu.Religio.2.num.5.

IIII. Qui obligatus eſt ad ratiocinia reddenda, ſi quidem ciuitati, vel alij perpetuo, ingredi non poteſt. c. legem. diſt.4.& prius debet ſe expedire, ſi verò obligatus eſt perſonæ priuatæ, honeſtum eſt, vt prius ſe expediat, ſed non neceſſarium. Hoſt.in ſumma de oblig.ad rat.§.quis obligatus. ver.nunquid autem.

V. Qui matrimonium contraxit per verba de præſenti, ingredi non poteſt ſi ſit conſummatum poſt matrimonium contractum, ſi verò eſt cõſummatum tantum ante celebrationem contractus, vel ſi tantum eſt ratum, ingredi poteſt, & magis qui tantum ſponſalia contraxit.c.veniens. de ſpõſ. c.ex publico.c.verum.c.ex parte.de conu.coniug.& etiam ſi ſponſus iuraſſet aliquam ducere.arg.d.c.peruenit.de iureiur. Silu.d.loco.nu.9.Angel.d.verbo.nu.14.

VI. Nec qui eſt in Epiſcopali dignitate conſtitutus ſine licentia Papæ.c.licet.de Regul. *Inferiores* verò Epiſcopo ingredi poſſunt Epiſcopo etiam inuito, vt Decani, Præpoſiti, Archidiaconi, Archipresbyteri, Canonici, Curati, &c. c.duæ. 19.q.2.D.Th.q.prædicta.art.7. quam tamen petere debent, licet non obtineant.d.c. licet. de Regul. & interim eorũ beneficia non vacant, niſi poſt profeſſionem tacitam, vel ex-

Nn 3 preſſam,

Digitized by Google

preſſam, vel ſi euidẽter appareat, quòd vitam mutare velint, aſſignata tamen portione fructuum beneficij alicui qui eorum loco beneficio inſeruiat. c. beneficium. de Regul. in 6. reliqui verò fructus monaſterio dabuntur, ne ei ſit oneroſus. c. de lapſis. 16. q. 6. & interim erit Canonicus, &c. & intererit electionibus, &c. cum propriè non ſit religioſus. c. religioſo. de ſent. excom. in 6.

VII. Furioſus ob defectum conſenſus admitti non poteſt, ex dictis ſuperius de impubere. Silu. Religio. 5. num. 2. dum durat infirmitas, vt ibi dicit, etiam ſi ibi maneret centum annis, ſecus ſi ceſſet, & credatur ſanus, vt idem ſentit.

VIII. vt ibi dicit Ang. nu. 15. requiritur, vt ingrediẽs ſit corpore ſanus, legitimè natus, nulla vulgari infamia notatus, animo promptus, competenter literatus, vel ad honeſtos labores aptus, ex conſtitutione minorum; dicit tamẽ ſi cum his vltimis impedimentis reciperetur, tenere receptionem.

Vltimò, ex cõſtit. Sixti V. requiritur, quòd ingreſſurus non fuerit homicida, nec ſit bannitus, nec de criminali crimine accuſatus, nec illegitimus Gregorius tamen XIII. declarauit prædictam conſtitutionẽ in eius Bulla, & reduxit eam ad ius communẽ.

Ingreſſus tamen religionem ſi illegitimus ſit, diſpenſatur ad ordines minores, & ſacros, non tamen Epiſcopatum, dignitates, vel beneficia curata. cap. 1. de fil. presb. in 6. Rebuff. in praxi benef. tit. de diſp. ſuper defe. nat. num. 67. iure communi, in quo ſtatur, & Bullis prædictis hodie, vt & ingreſſus tollit irregularitatem prouenientem ex delicto occulto, excepto homicidio, non tamen quò ad bigamiam, nec quò ad deformitatem corporis, reſpectu ordinum, licet ſic reſpectu profeſſionis. Nau in c. non dicatis. nu. 92. 12. q. 2.

6 *Religionem ingrediens à quo recipi debeat.*

Sextum dictum. Ingreſſurus religionem recipi debet, & approbari à ſuperiore monaſterij de conſenſu capituli, ſi ibi obligatur monaſterio, & non ordini tantum, niſi Prioratus vacet, quia ſic conuentus poteſt eum recipere nomine Abbatis futuri: vt dicit Franch. in c. fin. de Regul. in 6. ſi electio ſimilis ad vtrunque ſpectat, ſecus ſi ad ſolum Abbatem ex priuilegio, vel præſcriptione, cum iure communi, ſolus ſine capitulo id non poſſit, vt ibi not. glo. & alij; qui debẽt diligenter examinare qualitatem admittendi, animum, & an verò ſimiliter in religione ſit profecturus, non reſpiciendo carnẽ, vel ſanguinem, nec acceptationẽ perſonarũ exercendo, & diligẽter inſpiciendo, ne admittẽdus aliquo canonico impedi-

impedimẽto, de quibus ſupra eſt dictũ, detineatur, in dubio tamen in clementiã magis inclinãdo, quàm in ſeueritatẽ, ne quis ſine graui cauſa, tãto bono, quale eſt Religio, priuetur.

Septimum dictum. Religionem ingrediens mutare debet habitum, & nomen. arg. c. ſuper eo. de Regul. c. monaſteriis. 19. q. 3. Hoſt. in ſumma. de Regular. §. pen. ad fi. c. 1. in fi. cap. ſtatutum. de Regul. in 6. clem. eos qui. de Regul. quod intelligitur de habitu religionis, quam ingreditur, nec ſufficit deferre alterius religionis habitum. gl. in d. c ſuper eo. & ſic habet conſuetudo legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Silu. Religio 5. nu. 5. & vetuſtiſſimus mos eſt in eccleſia, vt qui mundi contemptum, & pœnitentiam profitentur, ſingulari habitu vtantur, quod monachi faciunt: vt dicit Dion. c. 6. eccl. hierarc. quòd ſacerdos ſigno crucis eum conſignatum tondet, omniq́ue veſte detracta, eum alia induit: & Athanaſ. lib. de virginitate medium, monet ſanctimonialem, vt fuſcam, & vilem veſtem gerat. Idem Baſ. lib. de quæſtionibus fusè explicatis. q. 22. Chriſ. hom. 69. in Matth. ait, monachos habitu imitari Heliam, & Ioannem. idem Ambr. lib. 6. ep. 36. Hier. ep. 4. ad Ruſticum monachum. Aug. lib. 6. contra Fau. c. 9. Greg. lib. 2. dial. c. 1. Caſſian. lib. 1. de inſt. mon. & Conc. III. Cartag. can. 104. diſtinguit habitũ laicalem ab habitu religioſo, & habetur in d. c. ſuper eo. cum multis aliis. Idq́ue congruè, vt oſtendatur vitæ prioris mutatio per habitus mutationem: vt dicit Dion. loco cit. Secũdò, vt propriæ profeſſionis moneantur, cũ aliter ij atque alij induãtur. Tertiò, vt etiam inuiti cogantur rectè viuere, cum habitu ab aliis diſtinguãtur, & cognoſcantur, vt inquit Bal. d. q. 22. *Vtuntur etiam cucullis* adde notandum ſimplicitatẽ infantilem, & innocentiam ad quam monachi redire cupiũt, vt ibi dicit Caſſian. *vtuntur etiam veſte vili, & aſpera*, tum ad humilitatem, tum ad pœnitentiam, & mundi contemptum, exemplo Achab. 3. Reg 21. Heliæ. 4. Reg. 1. *Quòd etiam monachi tondeãtur*, patet ex Dion. d. c. 6. Athanaſ. loco cit. Hier. ep. 26. ad Aug. & Conc. IIII. Cartag. can. 44. prohibet clericos alere comã, vel barbam, & can. 40. iubet vt clerici toto capite detonſo, ſolum circulũ capilli circa aures relinquant, quod ſoli monachi retinere, idq́ue congruè, ad exprimendam imaginem coronæ ſpineæ Chriſti, vt ei maximè clerici, & monachi conformentur, vt dicit Beda lib. 5. hiſt. c. 22. & vt illa nudatione capitis ſignificetur vita pura, & aperta, non fucata vlla ſimulationis ſpecie, quam monachi ha-

8 *Religionem ingrediens mutare debet habitũ, quomodo, & quare.*

Quid cuculla & habitus monachũ doceat.

 bere

bere debent, vt dicit Dion.d.c.6.& vt ſignificetur eos debere ſuperflua maximè vitioſas cupiditas amputare, vt dicit Iſid. lib.2.cap. 4.de diui.offic. Rab. lib.1.de inſt.cler. cap. 3. & vt moniales, quæ nunquam lauabantur paterentur vermium puncturas: vt dicit Hier. in ep. ad Sabinianum. olim tamen non raſura, ſed tonſura erat in vſu, pili enim tondebantur, ſic tamen vt cutis tecta maneret, vt patet ex Clem. Alex. lib.3. pedag. c. 11. vt dicit Bellar. lib.2. demon.; c.40.

Olim nō radebantur ſed tondebantur clerici & monachi.

De mutatione etiam nominis id patet ex vſu, ad ſignificandum prioris vitę mutationem, per prioris depoſitionem, quod nomen ex aliquo Sancto ſumi debet, tum vt eius orationibus monachus iuuetur, tum vt ad eius imitationem ipſe monachus excitetur.

9 *Octauum dictum.* Religionem profeſſurus, debet prius in nouitiatu, & probatione manere, probatur in c. Gonſaldus. 17.q.1.c.ad apoſtolicam.de Regular.c.1. eod. in 6. vt ſic ingrediens probet an poſſit ferre onera religionis,& in ea profecturus ſit, & monachi pariter, & hoc tempus, licet olim de hoc eſſet controuerſia, non debet eſſe minus anno, aliàs qui minori tempore in religione ſteterit ſi profiteatur, profeſſio non tenet, nec obligat talem ad religionis obſeruantiam.ex Conc.Trid.ſeſſ.25. de Reg. cap. 15. quod tempus debet eſſe continuum, non interpolatum. Abb. in d. cap. ad apoſtolicam.vt ſic omnes regulæ obſeruantias probare poſſit, tam ieiuniorum, vigiliarum, diuinorum, & huiuſmodi,& debet etiam probationem facere in habitu propriæ religionis, non alterius. Silu. Religio.5.num.4.& 5.quæ tamen veſtes debent eſſe diſcretæ à veſtibus profeſſorum, clemen.eos qui. de Regul. qui annus probationis non ſufficit, niſi fiat poſt pubertatem, & hodie incipit tantum in quintodecimo anno, cum profeſſio fieri non poſſit ante decimumſextum annum expletum, ſiue ſit Religio virorum, vel mulierum.d. c.15.in Trid.Conc.

Religioſus fiēdus debet prius in probatione manere, quanto tempore, & quomodo.

Interim verò nouitij in vno conclaui à monachis ſeparato, ſi impuberes ſint, ſub cuſtodia fidelis ſenioris erudiendi manere debēt, ac piè in via domini religioniſque obſeruantia dirigendi.c.1.12.q.1.iubendo, vt deuotè pſallant, & diuinis interſint, ſemel in hebdomada peccata confiteantur viro ſeniori, & probato, & ſacram communionem ſemel ſaltem in menſe percipiant, in laboribus, & oneribus religionis exerceantur, ieiunia ſtata obſeruent, & alia peragant,

quæ

Digitized by Google

quæ Religiones ſanctè inſtitutę ſeruari mandant, vt in adoleſcentia optima diſciplina vtentes, in dies magis, Deo præſtante, in bono, quod eſt religionis finis, proficiant. Et cum nouitiis in religione tantum cauſa eam experiendi maneat, ex prædictis, ideò non eximitur à populo, nec venit appellatione cleri, etiã in odioſis. Tiraq. tract. de retr. lign. §. 1. gl. 8. nu. 32. niſi clericus ſit, qui tamen etiã ſi clericus non ſit gaudet priuilegio. can. ſi quis ſuadente. cap. religioſo. §. 1. de ſent. excom. in 6. & quieſcit ſub protectione eccleſiæ, & ideò coram iudice eccleſiaſtico eſt conueniendus. Hoſt. in c. ſtatuimus. ver. poſſe. de Regul. Io. And. Franc. in c. beneficium. de Regul. in 6. & remanet ſubiectus parochiæ cui ante ingreſſum ſubditus erat, vnde canonica portio, ſi moriatur illi debetur, non vbi cùm moritur degit. Hoſt. Io. And. in c. de his. de ſepul. in c. relatum. eo. tit. & eſt ordinandus ab Epiſcopo, à quo ante ingreſſum erat. Anch. Franc. in c. cùm nullus. de temp. ord. Nec poteſt dici verè monachus. c. ad apoſtolicam. de Regul. Franch. Gem. in cap. 1. eo. in 6. & poteſt exire mo- 10
naſterium ante profeſſionem factam nulla Prælati venia impetrata, ac ſine ſolutione impenſarum facta à monaſterio in eius victu. Abb. in d. c. ſtatuimus. de Reg. c. non ſolum. eo. in 6. vltra quæ victualia nouitius nil hodie poteſt dare interim monaſterio, & ſi exit, tenetur monaſteriũ ei reſtituere omnia quæ ſua erãt, ſub anathemate, & ab Epiſcopo ad id cenſuris cogi poteſt. c. 16. d. ſeſſ. 25. de Regul. in Tr. Conc. & ſi moritur in nouitiatu, bona quæ in ingreſſu contulit monaſterio, ipſi acquiruntur non hæredibus. Abb. in c. in præſentia. de probat. teſtans de communi, cui tamen in ingreſſu nil dari poteſt, præter pertinentia ad victum, & veſtitum. d. c. 15. & 16. ſeſſ. 25. de Regular. & ideò talis applicatio locum habere non poteſt, verum eſt tamen quòd nouitius, licèt non poſſit renunciare bona ſua, poteſt tamen de eis teſtari, etiam relinquendo monaſterio, ex communi, vt teſtatur Molina de iuſtit. tract. 2. diſput. 129. & ſic intelligitur quod & infra de hoc dicitur; & ſi delictum patret ob quod ex conſtitutionibus monaſterij debeatur perpetuus carcer profeſſo, ei debetur. cap. non ſolum. vbi. Gem. eo. in 6. Nec eius beneficium interim vacat, vt ſuprà eſt dictum. d. cap. beneficium. de Regul. in 6. & minus bona patrimonialia ei ſunt auferenda. cap. quòd à te. de contu. non ſolum quæ ipſius erant, ſed nec ad quæ ius habebat, vt feudalia, vt dicit Tiraq.

Nouitius an poſſit exire, & quid fiat de eius beneficijs & bonis.

Nn 5 loco

Digitized by Google

loco cit.nu.28.& etiam teſtamentum facere poteſt. gl.Arch. Franch. & alij in c.1.& 2.eod.in 6.de Reg.Tiraq.ibid.num. 29.quòd ſi exeat recuperabit ea tantum bona quæ intuitu religionis præſumitur ei donaſſe, vnde ſi omnia donaſſet,ea recuperabit, ſi verò non intuitu ingreſſus, ſed ob aliud ei donauit, non recuperabit, nec ea quæ ſciens profeſſionem non tenere ei largitus eſt.Doct.in auth.ingreſſi.C.de ſac.ſan. eccl. Silu.loco cit §.fi. & ſi ibi decedit, bona quæ monaſterio contulit, ei cedent, alia verò de quibus nil diſpoſuit ad coniũctos pertinebũt.Abb.in d.c.in pręſentia.de probat.Silu. loco citat.§.12. & iſta opinio videtur æquior,licet cõmunis ſit in contrarium, quòd omnia acquirantur monaſterio, vt dicit Dec.in d.c.in præſentia.nu.73.de probat. Nouitius tamen iudex,vel arbiter eſſe nõ poterit,nec procurator.Tiraq. loco cit.nu.23.Nec beneficiũ conferri poteſt.c.religioſo.vbi Dom.& Anch.de Regul.in 6.nec eſt paſſim vocãdus ad electionem in ecclesia,vbi erat canonicus,niſi patronus ſit, vel ius aliud ſingulare habeat. Tiraq. loco cit. nu.24.Silu. loco cit.§.11. Nec is poteſt renunciare bona ſua, niſi cum licentia Epiſcopi,vel eius Vicarij id fiat ante duos menſes ante profeſſionem,quæ & valida non eſt, niſi ſequuta profeſſione.c. 16.cit.ſi tamen non intuitu religionis in ſeculo facta ſit talis renunciatio,valet.Molina loco cit. vt nec annullatur teſtamentum factum à nouitio, etiam ſi nil reliquerit monaſterio, & idem ſi ante nouitiatum eſſet teſtatus, qui & in hoc ſolemnitatibus aliorum vti debet, maximè clericorum.Molina ibi.

Finito tempore nouitiatus, ſuperiores,nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, vel è monaſterio ejiciant.d.c.16. ſeſſ.25. de Regul. in Trid. Conc. poſſunt tamen ſuperiores ex iuſta cauſa prorogare profeſſionis emiſſionem vltra annum, vt ſacra congregatio Cardinalium Cõſilij cenſuit,teſte Graffio.de Regul.num.16. Et debent examinari qui habent profiteri de fine quo ingrediuntur, de eorum ſtabilitate, & deliberatione, & etiam de ſcientia,ſi futuri ſunt clerici,vt hodie communiter ſunt omnes monachi, vt dicit Abb.in c.cum illorum.de ſent.excom. aliàs in eis ſufficit bonitas vitæ. glo.in c.legi.16.quæſt.1 & debent habere tantam ſcientiam ſaltem, vt poſſint explere munus ſuum, & ad ſacros ordines promoueri. Graff. ibi. num.10.

Nonum

Nonum dictum. Religionem ingreſſus tranſacto tempore nouitiatus, profeſſionem facere debet religionis, in qua eſt probatus. d. c. 16. per quam quis fit religioſus, & eſt ſolemne votum, per quod quis propriè efficitur religioſus. D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 2. 11

Professio est facienda ab eo qui religionē est ingressus, quot modis, & quomodo, & quo tēpore, & quid requiratur ad eius validitatem.

Hæc verò profeſſio fit voce, vel ſcriptura, idque pluribus modis.

I. Promittendo ſeruare regulam, id eſt vitam regularem, quæ conſiſtit in tribus votis, vel promittendo viuere ſecundùm regulam, quod eſt cautius, vel & melius, promittendo obedire ſecundùm regulam, vel quæ Prælatus iuſſerit, iuxta regulæ tenorem exequi, vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. 9. & 1. quodlib. q. 9. tranſgreſſio verò aliorum non obligat, niſi ad veniale, & alicubi etiam tantum ad pœnam taxatam per conſtitutiones, vt apud prędicatores, vbi etiam poſſet eſſe peccatum veniale, vel mortale, ex cupiditate, negligentia, vel contemptu, vt ibi dicit D. Th. *Duplex verò eſt profeſſio, Expreſſa, & tacita*: expreſſa, q̃ fit verbis expreſſis: tacita, delatione habitus, vt infrà dicetur.

Duplex professio expressa & tacita.

Ad hoc verò vt profeſſio expreſſa teneat, oportet vt multa concurrant.

I. vt ſteterit per annum ſaltem in probatione, & expleuerit decimum ſextum annum. ex d. c. 16. in Trid. Conc. & hoc tempus ſufficit etiam vbi eſt congregatio durior, cum cap. quia in inſulis. de Regular. conſuetudine ſit abrogatum, vt dicit Silu. Religio. 3. nu. 2. ver. Fallit tamen ſi aliqua congregatio ſtatuat, vt differatur profeſsio ad decimumoctauum, vel vigeſimum annum, id ſtatutum valebit, vt de Cartuſienſibus dicit Abb. in c. quia. de Regul. quòd non profitetur ante vigeſimum annum, cùm minor tantum ætas prohibeatur, non maior.

II. Requiritur, vt intentio ſit recta iuncta cum expreſſione verborum, in quo notandum, vt dicit Paul. 4. diſt. 26. q. 3. Silu. religio. 3. nu. 6. quòd ſi quis intendat eſſe religioſus, licet ſimul intendat peccare, vt furari, contendere, & huiuſmodi, tenet profeſsio, quia intendit ſe obligare ad vota, & ſola obligatio ad vota, non impletio eſt de eſſentia religionis: ſi verò intendit aliquid contrarium eſſentiæ religionis, vt non viuere caſtè, nec ſe obligare animo ad hoc, profeſsio non tenet, cùm id contrarietur eſſentiæ religionis, vt dicit Abb. in c. vt clerici. de Regul. vt & ſi id reluctetur voto continen

Intentio requiritur in profitente.

Digitized by Google

tinentiæ, obedientiæ, & paupertatis. Couar. de ſponſ. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 18. & idem de aliis votis, vnde ſi exprimatur aliquid contrarium eſſentiæ religionis, non erit profeſſus, aliàs ſic ſi non repugnat, vt quòd liceat ei habere pecuniam de licentia ſuperioris, illius voluntati ſe ſubmittendo: ſic etiam ſi dicat, non intendo ſeruare caſtitatem, licet promittam, non tenebit profeſſio; ſic ſi quid exprimatur contra particularem auſteritatem, vt quòd liceat comedere carnes, ſi id ſcit contineri in regula, quã profitetur, tenetur, ſecus ſi neſcit, *quando verò animo diſſentit*, qualitati contrariæ eſſentiæ religionis, verbis tamen contrarium exprimens, arbitror, eum teneri in conſcientia aſſenſum præſtare liberum, remota illa qualitate ad ſimilitudinem matrimonij carnalis, vbi publicè contrahens, animo tamen diſſentiens eſt, vt dicit Silu. Matrimonium. 4. nu. 8. ſic etiam ſi quis profitetur cum conditione contraria eſſentiæ religionis, vt quòd ei liceat habere proprium, profeſſio non tenet. Abb. in cap. fi. de cõd. appoſit. & ſi ſimpliciter dicit, ſe velle poſſe retinere ſua, in dubio cenſetur id voluiſſe, vt obedientiarius monaſterij. Abb. in cap. inſinuante. qui cler. vel vou. quòd ſi hanc conditionem apponit per viam conditionis reſolutiuę, vel ſuſpenſiuæ, vt non intendo aliter profiteri, nõ erit religioſus: ſi verò abſque conditione reſolutiua, apponit tale pactum retinendi ſua per viam contractus, fit interpretatio, vt ſit oblatus monaſterij, licèt non quò ad omnia, & non religioſus propriè, quia cùm verba ſint contra naturam cõtractus, fit tranſitus ad alium contractum, ſi id fieri poteſt ex verborum interpretatione, quòd ſi ex verborum ſignificatu, non poteſt fieri tranſitus ad alium contractum, actus in totum vitiatur, vt dicit Silu. Religio. 3. nu. 7. & 8.

III. Oportet, quòd profeſſio fiat in religione approbata, aliàs is obligatur religioni in genere, vt dicit Silu. ibi num. 10.

IIII. Si monialis fit, ante profeſſionem debet Epiſcopus explorare eius voluntatem an coacta, vel volens ingrediatur. c. 17. ſeſſ. 25. in Trid. Conc.

V. Requiritur, vt dolo quis profeſſionẽ non emittat, quæ tamẽ valet, nec metu ſi cadat in virum conſtantẽ, quæ non tenet, vt ſuprà eſt dictum. Couar. in 4. decret. de ſponſ. 2. p. cap. 3. §. 6. numero vlt. teſtans de communi, etiam ſi metus ſit tantum reuerentialis, vt ibi dicit; nec blanditiis, quo caſu, profeſſio

profeſſio tenet, ſed bona illius non monaſterio allicienti, ſed hæredibus ingredientis debentur. c. conſtituit. 20. q. 3. Sil. ibi num. 11. nec metu, vt ſupra, qui tamen id excipiens non auditur, niſi infra quinquennium, & interim habitum non dimittat. ſeſſ. 25. cap. 19. in Tr. Conc.

VI. Requiritur, quòd vir profiteatur in monaſterio virorum, non mulierum, & è conuerſo, ſi tamen mentito ſexu, ſecus fiat, licet ibi eſſe nō poſſit, profeſſio tenet, cū profiteatur ſubſtantialia, quo caſu maſculus cogetur ad monaſteriū monachorū, & èconuerſo, idq; in foro fori, & etiam animæ ſi intentio erat profitendi, licet non ſeruandi profeſſionem, modo ſupra expoſito, idque tenetur exequi quò ad eandem religionem in ſpecie, vel ſaltem in genere, licet non in ſexu, quo eſt profeſſus. Silu. d. verbo. num. 9.

VII. Requiritur, quòd profeſſio fiat ab ipſomet, qui vult ingredi ſub his verbis, vel ſimilibus, trado me tibi in monachum, & in fratrem, dummodo recipiatur ab habente poteſtatem incorporandi religioni, vel cum mandato eiuſdem ſuperioris, promittendo ſe, ipſi Prælato accipienti, omni ſtudio, Deo fauente, curaturum, vt incorruptam ſeruet continentiam, prout humana fragilitas patietur, & obedientiam Prælato debitam, & malam vitam mutet, ſi hactenus habuit, & religioſus regulam ſeruet, omnia ſimul, & vniuerſa bona à ſe abdicando. Spec. in tit. de Regular. in princ. quæ tamen poteſt fieri per procuratorem ſpecialiter profeſſuro ad id conſtitutum. Silu. loco cit. nu. 15. & valet facta in monaſterio laxiori ab eo etiam qui vouit ingredi ſtrictius, licet ei ſit iniungenda pœnitentia pro voti tranſgreſſione. c. pen. de Reg. in 6.

VIII. Requiritur, vt fiat in monaſterio, vbi eſt profitendum. Si tamen fiat extra clauſtrum, etiam habitu non mutato, & profitens bonis ſuis vſus ſit, tenet, & profeſſus tenetur ad regulæ obſeruantiam. Abb. in cap. ſunt nobis. num. 1. 2. & 3. de Regul. in c. porrectum num. 7 eod. quæ tamen ſine cauſa extra clauſtrum fieri non poteſt. idem in cap. ex publico. num. 10. de conu. coniug. & etiam in domo propria in manibus abbatis, vt idem dicit in cap. inſinuante. qui cler. vel vou.

IX. Requiritur, vt fiat coram Abbate, vel ſuperiore alio monaſterij de conſilio totius conuentus, aliàs profeſſio non tenet, niſi Abbas ex priuilegio, vel conſuetudine præſcripta habeat,

Digitized by Google

habeat, vt ſolus poſſit id explicare. c.fin.de Regul.in.6.Abb. in c.porrectum de Regul.Silu.d.verbo. num.15.idem Abb. in c.ad apoſtolicam.eod.quia cum ex profeſſione monachus obligetur religioni, & Religio teneatur eum perpetuo alere, oportet quòd id fiat ab eo qui poteſt religioni incorporare, qui eſt Abbas, & ſuperior, modo quo ſupra, vt dicunt prædicti, poteſt tamen acceptari ab alio etiam clerico, vel laico,cum mandato ſuperioris,& idem ſi ſine mandato eius id fecit,nomine tamen eius, & ſuperior poſtea id ratificet, vt dicit Silu.loco cit. num. 16. & ſi Abbas eſt mortuus, poteſt fieri coram conuentu,qui recipiat nomine futuri Abbatis, ſi tamen receptio pertinet ad vtrunque ſimul,aliàs ſecus. cap.fin. de Regul.in 6.quòd ſi fiat coram epiſcopo,is erit verus religioſus, & manebit in domo Epiſcopi ſub obedientia eius, quod intelligitur ſi admiſerit eum nomine alicuius Prælati,alicuius regulæ approbatæ, & ad monaſterium ipſi Epiſcopo ſubiectum, quo caſu matrimonium poſt per eum contractum irritum erit, etiam ſi talis maneret in ſeculo, ſi verò monaſterium ſit exemptum,licet Epiſcopus eum recipiat ad profeſſionem nomine monaſterij, ſi monaſterium id poſt non ratificet,non tenebit profeſſio,& matrimonium poſt contractum erit validum, cum irritetur matrimonium per profeſſionem ſi modo fiat in religione probata, & non aliter,& ordinem ſactum.cap. vnico de voto.in 6.quia Epiſcopus non poteſt incorporare aliquem religioni inuitis fratribus, vnde in materia ſtricta hic non dicetur religioſus. Abb.in diſt.c.porrectum.Silu.Religio.3. num.14.& inferior Prælatus Epiſcopo non poteſt admittere aliquem, etiam hoc modo ad profeſſionem, cum id ſpecialiter Epiſcopo concedatur,vt ibi dicit Abb.conuentus tamen ſolus mortuo Abbate,vbi receptio ad vtrunque pertinet poteſt aliquem ad religionem recipere.cap.fin de Regul.in 6.

X. Requiritur, quod fiat vni religioni probatæ in ſpecie. dic.c.vnico.de voto.in 6.vnde profeſſio,qua quis obligatur religioni in genere,non tenet, vt ſi fiat vni ex mendicantibus,& matrimonium poſt actum erit validum,licet peccet. Silu.loco cit.num.18.ver.tertio.

XI.Requiritur,quòd fiat de tribus votis,ſcilicet,obedientia,paupertate, caſtitate, quæ ſunt ſubſtantialia religioni.c. cum ad monaſterium.de Regul. vnde ſi deducit in pactum, quòd ad vnum tantum ex his velit teneri,non erit profeſſus

propriè,

propriè, ſi verò id non deducit in pactum expreſsè, tenet profeſſio de vno voto obedientiæ ſolummodo, ſi addatur ſecundùm regulam tale, vt dicit Innoc. in d.cap.cum ad monaſterium. Silu.d.num.18.ver.quinto.

XII. Requiritur, vt mutet veſtes diſtinctas à veſtibus nouitiorũ benedictas à ſuperiori ante altare maius, & ſeruatis cœremoniis in Põtificali, & Cœremoniali ſtatutis ingrediatur monaſterium animo ibi morandi.c.1.c.ſtatutũ. de Reg. in 6. clem. eos qui. eod. qui tamen habitus non eſt de ſubſtantia religionis.c.porrectum. eod. c. conſtitutionem.eod. in 6. cum & ſi quis vt malè agat habitum religionis ſuſcipiat, cogi non poſſit, vt monachus fiat, licet aliàs grauiter puniatur.glo.in cap.tuarum.ver.ſignatos.de priuil.

XIII. Debet profeſſio exarari in ſcriptis, vt dicit Spec.tit. de Reg in princ. Abb.in c.cum cauſam.n. 7 de elect.nec vis eſt per quæ verba concipiatur, dummodo conſtet de mente. Abb.in d.c.porrectum. quæ tamen ſcriptura non eſt de ſubſtantia profeſſionis. Abb.in c.nuper.de teſtib.& tenet emiſſa etiam per excommunicatum. Idem in c.ex publico.de conu.coniug. Et hæc de profeſsione expreſſa, & vbi in aliqua religione requiritur profeſsio expreſſa, ad id ſunt cogẽdi.ex deciſ.250.congr. Conc. & tenet profeſsio, etiam ſi non ſeruetur forma religionis, modo ſeruetur forma cõciliaris, in foro conſcientiæ. Boer.deciſ.1.num.40.cum ſeq. Abb.in c.quia in inſulis.de Regul.& fit his verbis. *Ego N frater, vel ſoror N. voueo, profiteor, & promitto Deo, Beatæ Virgini, & omnibus ſanctis, & tibi Reuerendiſſ D. Epiſcopo, vel Priori, Abbati, &c. caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, & obſeruare omnia, & ſingula in regula contenta, & clauſuram, ſi ſit monialis.* Et hæc profeſsio obligat ad omnia onera religionis, & ad obſeruantiam.cap. 1.& 19.ſeſſ.25.in Trid.Conc.& etiam ſi tacita ſit. Zerola in praxi.verbo, Profeſsio.

Altera verò profeſſio, quæ tacita dicitur: eſt quæ fit ſine voce, & ſcriptura, & ex qua, ex ſignis, vel coniecturis, iuris interpretatione, & præſumptione, elicitur conſenſus, atque profeſsio, idque pluribus caſibus, quando conſtitutus in ætate legitima, ideſt, qui expleuit decem & ſex annos, & ſtetit in probatione per annum, ſciente eo qui poteſt incorporare religioni, vel alio de eius mandato, & conſentiente, vel poſtea ratum habente, in religione approbata, iuxta not. in d.c.vnico.de voto.in 6.in c. conſtitutionem. de Regul.in 6. ſciens, & volens ſe ingerit actibus, qui profeſsis tantũ iure, vel

12 *Profeſſio tacita quot modis facta intelligatur.*

Digitized by Google

vel conſuetudine conueniunt, ſi ſit tamen nouitius, & ſciat ea conuenire profeſſis tantum, quia ſi ignoret, præſumptio ceſſat, & ſi ſpontè ſe ingerit, non metu, puta electioni, & ſi perſeuerat in tali actu ſpatio tridui, vel loco tridui, habitum ſuſcepit, & id egit cum habitu profeſſorum diſtincto in colore, ſciſſura, vel forma, & ſimul exercuit actum profeſſorũ, vt quia interfuit conuentibus capitularibus, ſimul cum profeſſis, quibus profeſſi, tantum interuenire poſſunt: quibus duobus concurrentibus, ſcilicet ſuſceptione habitus profeſſorum, & exercitio actus ad profeſſios tantum ſpectantis, non requiritur illa tridui perſeuerantia, concurrentibus tamen iis de quibus ſupra, vt optimè exponit Abb. in cap. vidua. de Regular. dicens tamen oportere, vt is ſit nouitius, quia ſi clericus ſecularis ſic intereſſet, non cenſeretur profeſſus. Aliæ quoque coniecturæ adſunt, ex quibus elicitur, quòd elapſo anno probationis conſtitutus in ætate legitima, tacitè voluerit profiteri.

I. Quando ſpontè renunciauit beneficium eccleſiaſticum, quod poſſidebat multis laboribus acquiſitum, abſque proteſtatione, quòd per hoc non intendit relinquere ſeculũ:

II. Quando confitetur nunc quòd tempore ingreſſus habuit animum dimittendi ſeculum.

III. Quando tempore ingreſſus id expreſſit.

IIII. Quando tempore ingreſſus obtulit expreſsè ſe, & ſua, omnia ſcilicet vel maiorem partem, aliàs non eſt præſumptio, quòd voluerit vitam mutare.

V. Quando renunciauit omnino propriis, vel quando caſtitatem, & obedientiam ſolemniter promiſit.

VI. Signum, quando nouitius fecit magnam tonſuram:

VII. Quando nouitius ob delictum commiſſum ſpontè ſuſcepit pœnitentiam conſuetam profeſſis tantum imponi.

VIII. Quando nouitius acceptat beneficium regulare, vel Prioratum, quæ profeſſis tantum dantur. cap. nullus. de elect. in 6. vt declarat Fran. poſt tex. & glo. ibi. in cap. non ſolum. num. 6. de Regul. in 6. quibus tamen caſibus, quinto, & octauo excepto, poſſe admitti probationem in contrarium exiſtimarem, cum ſit præſumptio iuris tantum. Franch. in cap. 1. §. qui verò. de Regular. in 6. in princ.

II. Tacita inducitur profeſſio, quando nouitius in ætate legitima conſtitutus, vt ſuprà, habitum profeſſorum ſuſcepit, qui diſtinctus ſit ab habitu nouitiorum, idque ſciens is

per

per hunc actum fieri profeſſionem tacitam de iure, vel conſuetudine, ac ſpontè non metu coactus, & ab eo qui poteſt incorporare religioni,& ſub eius obedientia, & triduo in eò propoſito perſeuerat, his enim concurrentibus tacita profeſſio inducitur. c.ad apoſtolicam. vbi Abb. extra de Regul. c.conſtitutionem. eo. in 6. quæ ſi fit intra annum probationis obligat religioni in genere,non illi in ſpecie,vnde ad laxiorem etiam regulam tranſire poterit.d.c. conſtitutionem. & Abb in d.cap.ad noſtram. ſequitur Silu. verbo, Religio.3. num. 19. ver. ſecundo; quod tamen hodie non Poteſt euenire intra annum probationis,cum profeſſio non teneat,niſi quis ſaltem per annum cum habitu in probatione ſteterit. c.15.ſeſſ.25 in Trid. Conc. poteſt tamen & hæc tacita fieri, ſi quis tranſactis decem & ſex annis ætatis ſuæ, & poſtquam in probatione per annum ſtetit, huiuſmodi habitum,ſeruatis ſupra dictis,ſuſcepit.

III. Tacita inducitur profeſſio, vbi in ætate quindecim annorum expletorum conſtitutus per annũ continuum defert habitum nouitiorum non diſtinctúm patenter colore, ſciſſura, vel forma ab habitu profeſſorum, licet ſit benedictione occulta,vel alio modo occulè diſtinctus,ſcienter tamen & concurrentibus iis de quibus ſupra.text. eſt in cap.1. §.qui verò eod.in 6.clem.eos qui.de Regul.ſufficeret tamen diſtinctio ſolius benedictionís, quando vbi dantur profeſſis benedicuntur, non autem quando dantur nouitiis tantum. d.cap.1.in fin.Zab. in d.clem. eos qui vbi & dicit, quòd ſi in monaſterio erat cõſuetudo, quòd moniales poſt ſuſceptum habitum poterãt redire ad ſeculum ante ſuſceptum velum, non intelligitur ex ſuſceptione habitus ſublata, & ſic nec tacita inducta profeſſio,vt nec ſi is qui detulit habitum proteſtatus ſit, ſe non intendere per hoc profiteri. Dicitur verò habitus diſtinctus patenter per colorem,ſciſſuram, vel formam; latenter diſtinctus dicitur per perſonam quæ dat,per locum vbi datur, & per formam dationis, quæ vltima non conſideratur, ex d.clem. & hic annus intelligitur incipere à ſuſceptione habitus,licet interim nouitius illum paruo tempore dimiſerit, & poſtea reaſſumpſerit, vt dicit Franch. in d.cap.1.in princ.eod.in 6.licet in hoc hodie ex Concil.Trid. dici poſſit vt annus non ſit interpolatus, per dictionem ſaltem ibi appoſitam, & hæc procedunt quando geritur in eodem monaſterio, quia ſic obligatur illi monaſterio is, &

Digitized by Google

etiam quando habitus eſt indiſtinctus ab habitu profeſſorum, diſtinctus tamen à ſecularibus ſecum degentibus, quia ſi ſeculares ſecum degentes eodem habitu indiſtincto vterentur, quo profeſſi, per delationem huiuſmodi habitus, non intelligeretur facta tacita profeſſio, vt dicit Silu. d. verbo, Religio. 3. num. 19. ver. tertiò inducitur. Sunt & alij caſus in quibus inducitur tacita profeſſio, præter ſupra enumeratos: vt dicit Franc. in d. cap. 1. §. qui verò.

I. Quando quis renunciat mundo, & pompis eius, & beneficio conſtitutionis ſtatuimus eod. extra; quod tamen vltimum hodie non procederet. arg. cap. ſi diligenti. de foro compet. & profeſsio tacita incipit in vltimo inſtanti anni probationis. Zerola loco cit.

II. Quando in habitu communi compleuit annum probationis, niſi conſuetudo habeat, quòd requiratur verbalis profeſsio, vel alia ſolemnitas, quia tunc nō ſufficeret delatio habitus, & minus ſi nō ſit habitus religionis. ex Conc. Trid. d. c 15. & ſimiliter ſi monaſterium ingreſſus in minori ætate, elapſo anno poſt maiorem ætatem, in monaſterio permanſerit, nec reclamauerit, ſic enim cenſetur ratificaſſe. deciſ. Rom. 216. 2. p. num. 6. in nouiſſ.

III. Quando iurauit quòd nunquam exiet.

IIII. Quando ſub hac conditione fuerit manumiſſus pubes, vel impubes.

V. Quando eſt conſuetudo in aliquo monaſterio, quòd non fiat expreſſa profeſsio, ſed ſolum quòd conuertendus in ingreſſu promittat in manu Prælati obedientiam.

VI. Quando quis deliberatè emiſit votum intrandi aliquam religionem, & poſtea per interuallum ſuſcepit habitum ibi ab eo qui poteſt incorporare illi religioni, vel ſi vno contextu votum emiſit, & ſolemniter habitum ſuſcepit, animo mutandi ſeculum, concurrentibus tamen iis de quibus ſupra, ætate ſcilicet, probatione per annū, &c. Zab. in d. clem. eos qui. num. 4. quibus tamen caſibus, vbi expreſsè non eſt facta profeſſio, admitteretur probatio in contrarium, cum ſit præſumptio iuris tantum, vt dicit Franc. in d. cap. 1. §. qui verò. licet in caſu delationis habitus. Zab. cenſeat eſſe iuris, & de iure præſumptionem. ex d. clem. eo. dicente, decernimus eo ipſo religionem illam eſſe profeſſos.

11 *Profeſſionis* *Effectus verò tacitæ profeſſionis eſt*, vt obliget illi religioni, vbi eſt facta in ſpecie, ſicut & expreſſa, ſi legitimè fiat, niſi alicubi

Digitized by Google

alicubi adſit conſuetudo, quòd profeſſio non teneat, niſi facta ſit expreſsè, quæ valet, vt dicit Zab. loco cit.reiecta diſtinctione inter mendicantes,& alios,cum hodie non liceat profiteri,niſi poſt annũ probationis,nec niſi poſt decimumſextum annũ completum. ex Trid.Conc. ſupra relato,clem. eos qui. de Regular.& is tenetur ad tria vota religionis ſubſtantialia, ad alias verò obſeruantias, in quibus Prælati diſſimulando videntur diſpenſare, non obligat, maximè ſi ſit ſimplex,vt dicit Silu.poſt D.Thom.d.verbo.num.20.nec is poteſt promoueri ad prælaturas regulares,vel beneficia.cap. nullus.de elect. in 6.clem.ne in agro.§.ſanè.2.eo.qui tamen tacitè profeſſus cogere poteſt monaſteriũ, vt eum expreſsè recipiat. Abb.in cap.ſi cauſam.num.8.de elect. *effectus quis ſit.*

Facta profeſſione,homo fit verè, & propriè religioſus. c.ad noſtram.eo.clem.eos qui. cum aliis ſupra allegatis, & liberatur à patria poteſtate. Abb. in c. ſi quis de Regul.& cenſetur mortuus mundo,quò ad actus ciuiles.cap.placuit.16.q.1. l.Deo nobis.C.de epiſc. & cler.in his quæ ſunt iuris poſitiui nõ naturalis.Abb.in cap.2.de vita,& hon.cler. nec in iis quæ ſpectant ſuum,vel monaſterij fauorem. Berous in c.in præſentia. num.538. de probat. eo tamen modo quo ſigillatim inferius loco ſuo, declarabitur, quod & fallit in caſibus, de quib.Fel.in c.cum dilecta.de reſcript.Capr.reg.85.in quibus non habetur pro mortuo.Et obligatur ad tria vota ſubſtantialia regulæ,nec poteſt quenquam excipere, quòd vi ſit ingreſſus, &c. niſi intra quinquennium habitum non dimiſerit,& cauſas coram ordinario,& ſuo ſuperiore probarit,aliàs vlterius non auditur. Zerola loco citat.verbo, Profeſſio. ex Conc.Trid.ſeſſ.25. de Regul.cap.19. & ſi promittit obedire ſecundùm regulam,tranſgreſſio aliorum eſt ſolum venialis, & profeſſioni minorum contrariatur tranſgreſſio trium votorum, & contemptus expreſſus, vel poſitiuus regulæ, & negatiuus cuiuſlibet ſtatuti notabilis regulæ, & ex forma profitendi,trãſgreſſio omnium facientium ad tria vota,imò omnium contentorum in regula, licet fortè Beatus Franciſcus aliam intentionem habuerit; profeſsioni verò monachorum contrariatur tranſgreſsio trium votorum, contemptus expreſſus, vel poſitiuus regulæ, & negatiuus cuiuſlibet ſtatuti regulæ, non tamen tranſgreſsio omnium facientium ad tria vota, vel contentorum in regula; profeſsioni prædicatorũ contrariantur duo prima, ſed non contemptus

alicuius ſtatuti notabilis,ſed contemptus omnium,quod eſt commune omni profeſſioni, quia ſic contemnitur perfectio, quam quilibet regularis tenetur intendere; & prædicatores promittunt obedientiam ſecundùm regulam, & conſtitutiones, & licet tranſgrediendo conſtitutiones ex vi conſtitutionum non peccent,niſi ratione præcepti,vel contemptus, ſecus tranſgrediendo regulam, quia patres voluerunt conſtitutiones non obligare ad culpam, ſed id non dixere de regula, nec etiam ſtatuere potuere, quia regulæ approbatæ non poſſunt mutari,niſi per Papam,conſtitutiones verò mutari poſſunt per Prælatos religionis, vnde omnis tranſgreſſio eorum quæ ſunt in regula,citra pręcepta,eſt eis venialis. Silu. Religio.3.nu.15. & ſi ingreditur quis religionem relaxatã,quæ poſtea reformetur,ſi erat doctor, vel perſona ſagax,aut ſibi eſt lecta regula antiqua,& nil reſpondit, tenetur ibi eſſe,ſi verò dixit, ſe velle ſeruare tantum quæ vigent tunc, poterit ingredi regulam laxiorem,ſi reformetur, & interim ſi viuat ſecundùm eam relaxatã, ſi relaxatio non eſt circa tria vota,vel ordinata neceſſario ad illa, aut præcepta, ſed alia, & ſi in his eſt conſuetudo tanti temporis cuius initij memoria non extat,excuſatur à peccato,ſi eius animus fuit ſe obligandi prout regula tunc vigebat, quæ ſi poſt reformetur, ſi reformatio eſt circa tria vota, vel ordinata ad illa neceſſario,aut præcepta,tenetur obedire, nec poteſt exire,ſi circa alia accidentalia non grauia,poteſt ingredi laxiorem.Abb.in cap.ſuper eo.de Regul.Silu.loco cit. num.12.& ſi alicubi antiqua regula non ſeruetur,ſi reformetur,tenetur eam ſeruare, vel exire. Silu.ibi. *Sunt & aliqui religioſi.* qui dicuntur oblati, qui ſe & ſuo habitu non mutato monaſterio offerunt,cum èconuerſo, conuerſus dicatur, qui prædicta facit habitu mutato, licet dicatur, laicus, cum ad ordines non promoueatur, monachi verò hodie ſunt qui ad ordines promouentur,licet ſecus olim fieret. Abb. in cap. non eſt dubium de Regul. & iſti oblati magis aſtringitur monaſterio, quàm monachi, quia ſunt quaſi ſerui monaſterij, nec poſſunt tranſire ad ſtrictiorem religionem, nec mutant habitum,quia non aſſumunt habitum religionis,ſed tamen diſtinctũ ab habitu ſeculari,& quidam dicuntur plenè oblati, qui ſe, & ſua dedunt religioni profitendo tria vota, non tamen aſſumpto habitu religionis, quidam non plenè, vel mutato habitu diſtincto à ſeculari, vel datis ſuis rebus loco

Oblati & conuerſi qui dicantur.

mutatio

Digitized by Google

mutationis habitus Silu.Oblatus.Abb.in c. vt priuilegia. de priuil.& vt dicit Abb.in cap.inſinuante.qui cler.vel. vel vou. fœmina poteſt profiteri religionem maſculorum in manib. eorum,& erit vera religioſa, licet non intret monaſterium monialium,ſed moretur in domo ſua,imò & ſi nõ acceptetur ab aliquo,vt ibi dicit Apoſt. quod tamen hodie nõ procedit.ex d cap 15 Conc.Trid.ſeſſ.25.de Regul.ſubdens idem Abbas,quòd etiam quis poteſt profiteri in manibus Epiſcopi, vel Abbatis in domo propria, qui poterunt ei aſſignare certum locum vbi moretur, & dare ei ſua bona in adminiſtrationem,non poſſunt tamen obligare ſe vt perpetuò eum ibi relinquant,quia Papa ſolus id poteſt, vt ibi dicit Abbas. Et Epiſcopus proinde curare debet, vt moniales ſtatim elapſo anno profiteantur,ſi ſint legitimæ ætatis profitẽdi, cum plus ſic mereantur in actibus religionis, quàm ante,cum ſit magis meritorium aliquid facere ex voto,quàm non.D.Th. 2.2.q.88.art.6.Nau.c.12.nu.32.notab.4.Sot.4.ſent.diſt. 19. q.1.art.1.colum.fin.

Et quòd ingreſſus religionem, ſi de nouo in totum reformetur, non teneatur ad illam reformationem, teſtatur de communi.Graph.de Regul.num.47. niſi illa reformatio ſit circa aliqua parua quæ potuit præuidere,& cadunt ſub obedientia, vel niſi reformatum fuiſſet in regula, & relaxatio noua cuius initij memoria extat,quia id potuit cogitare, vel ſi eſt perſona docta,& ſagax,vt ſupra dictum eſt,quia ſic tenetur,& modo reformatio ſit iuxta ordinem,& regulã.Dec. in c.ad noſtram.num.4.de appell. vel circa ſubſtantialia religionis,vel ad id tendentia,ſic tenetur, & tutius eſt omnia ſeruare,ob obedientiæ votum emiſſum. *An tenentur religioſi ad nouam reformationẽ.*

Decimum dictum. Bona omnia profeſſi, vnà cum eius perſona,religioni,quam ingreditur,addicuntur.cap.quia ingredientibus.19.q.3.authen.ingreſſi.C.de ſac.ſan.eccl.idque ipſo iure,vt ibi dicit Iaſ.in princ. Molina de iuſtit. tract. 2. diſput.140.Dec.in c.in præſentia.de probat.cum retineat iura ſuitatis, & ideò patris hæreditatem etiam non aditam, tranſmittat ad monaſterium.Iaſ.in l.ſub conditione.nu.1.de liber.& poſth.Alex.conſ.57.lib.2. 14 *Profeſſi bona,& beneficia cui acquirantur, latè declaratur.*

II. Ampliatur,vt procedat etiam in vſufructu quod debebatur ingreſſo, quia licet non ius, commoditas tamen vtendi acquiritur monaſterio,dum monachus viuit,vt dicit Bald.in d.auth.nu.31.q.7. penſiones tamen eccleſiaſticæ de-

bitæ ingredieti per religionis ingreſſum extinguuntur. Gig. de Penſ.q.67.id pluribus probans.

III. Ampliatur, vt ſi filius in poteſtate exiſtens tranſeat ad religionē, qui habeat bona aduentitia, proprietas eorum tranſit ad monaſterium, ſalua patri legitima, & vſufructu, vt dicit Spec. de ſtatu mon.nu.9.q.5.& multo magis caſtrēſia & quaſi tranſeunt ad monaſterium: vt ibi dicit additio; ſi verò è conuerſo pater ingreditur, dimidia vſusfructus aduentitiorum patri debetur.

IIII Ampliatur, quòd ſi filius regis ingreditur monaſterium, & pater moritur ſine aliquo hærede monaſteriū ſuccedat de iure, licet de facto non ſeruetur, vt ibi dicit q. 11. nu.15.in quo tamē Dec.in c.in præſentia.nu.74.contrarium ſequitur, ſed prior opinio eſt verior iure, niſi ſtatuta regni ſecus diſponant à Papa in hoc approbata.

V. Ampliatur, vt mortuo filio monacho, monaſterium ſuccedat patri ab inteſtato, cum monaſterium habeatur loco filij, vt ibi dicit q.10.num.14.Alex. conſ.57.lib.2. Dec.in cap. decernimus.col.11.de iudic.etiam mortuo ipſo monacho poſt patrem. Ang.in §.alienus.Inſtit.de hære.inſt. vel ante.

VI. Ampliatur, vt ſi profeſſo hæreditas relicta ſit, monaſterium abſque vllo monachi facto ſuccedat. Clarus in §.teſtamentum.q.28.Corn.conſ.88.col.2.& conſ.272.lib.3.Soc. conſ.183.lib.2. Berous in c. Raynutius. num. 390. de teſtam. Couar.in cap.1.nu.21.de.teſtam.

VII. Ampliatur, quòd ſi tranſit de vno monaſterio ad aliud: primò, acquiſita acquirantur primo monaſterio: ſecundò quæſita ſecundo, & ſi non habet vnde viuat, in ſecundo habebit vſumfructum bonorum primo quæſitorum, remanente tamen proprietate primo monaſterio. Spec. ibi. q.6.num.10.

VIII. Ampliatur, vt ſi monachus decedat ante aditionem hæreditatis, vel ipſam repudiatam, quòd nihilominus monaſterium præferatur ſubſtituto, vt ſupra. Didac. loco cit.

IX. Ampliatur, vt non liceat monacho paternam hæreditatem recuſare in præiudicium monaſterij. Spec. ibi. q. 9. nu.13.ſi tamen eam nō vult adire, non acquirit monaſterio, niſi ſaltem coactus adeat, vt ibi dicit. q.8. verius tamen non requiritur aditio monachi, quia hęreditas ipſi delata eo ipſo

tranſit

tranſit in monaſterium abſque vllo facto monachi, & monaſterium ipſum, vel Abbas ſolus adire poterit, & ſi is decedat ante aditionem hæreditatis, vel repudiet, tamen monaſterium præfertur ſubſtituto, & ſi is ſubſtitutus fuit alicui, hoc iure nõ priuatur per ingreſsũ religionis, vt dicit Cucch. de Regul.nu.104.cum ſeq.iure ſcilicet canonico, vt ibi dicit, cum iure ciuili eius factum eſſet neceſſarium, vt transferat id ius in monaſterium.

X. Ampliatur, vt ſi monachus ſubſtitutus alicui in hæreditate ſit, monaſterium primo decedente, ſuccedat in ſubſtitutione, ſi monaſterium capax ſucceſſionis ſit, quo tamen caſu ſi is egreditur religionem incapacem, ſubſtitutionis ius recuperabit. Bald.& Angel.in l. ex facto. ff. de vulg. Crau. conſ.152.

XI. Ampliatur, vt ſi à patre, vel matre potuerit exhæredari ob aliquod vitium ingratitudinis iam non poſſit, quia hoc vitium per religionis ingreſſum tollitur.c.fr.19. q.3. vbi gl. & in c.ſi qua mulier.ea.

XII. Ampliatur, vt ſi pater ingreſſus ſit religionem, filius legitimam ad ſummum habere poſſit, eo profeſſo. Soc. in reg.180.

XIII. Ampliatur, vt ingrediens religionem non poſſit facere pactum de retinendo bona propria, ſed acquiruntur eo ipſo monaſterio. Iaſ.in d.auth. nu. 30. 77. qui tamen poteſt ſibi reſeruare poteſtatem diſponẽdi de parte bonorum, vt poſſit teſtari, vel contrahere. Cagnol. in l.fi. num.186. ad 209.C.de pact.quod intelligi poteſt ante profeſſionem, poſt eam enim id ei non licet.

XIIII. Ampliatur, vt ſi quis dedicet ſe, & ſua monaſterio, etiam quòd non fiat monachus, ſed ſit tantum oblatus, in hac dedicatione veniunt etiam bona futura. Abb.& Butr. in c.fi.in princ.de ſucceſſ.ab inteſt.

XV. Ampliatur, vt ſi teſtator ſic diſpoſuerit, quòd ſi filius eius deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus ex ſe procreatis, talis ſubſtituatur, ſi is filius ingreditur monaſterium, excluditur ſubſtitutus, quia monaſterium habetur loco filij, quia hoc caſu non eſt præſumendum, quòd cogitauerit neceſſariò de excluſione monaſterij, ſecus quando appareret quòd teſtator cogitauerit de monaſterio, & voluerit omnino ſubſtitutum id excludere, vt inquit Dec.in d.cap. in præſentia.num.58.propè fin.de probat. & in dubio

Digitized by Google

excluditur ſubſtitutus à monaſterio bonorum capace. Fulg. conſ.53. Ang.conſ.80.Bald.conſ.416 vol.2.Anch. conſi. 165. Tiraq.in l.ſi vnquam.nu.42.C.de reuocan.donat. cum magis communi.

XVI. Ampliatur,vt ſi quis habeat liuellũ,vel precarium, & ingrediatur monaſteriũ,acquiratur monaſterio, niſi adſit clauſula,quòd non tranſeat in militem,eccleſiam,vel potentiorem.Iaſ.in d.auth.nu.46.

XVII. Ampliatur,vt procedat etiam in feudo, ſi debeat tale ſeruitium,quod monaſteriũ poſſit præſtare, vt annuam penſionem,vel ſit ſeruitium perſonale, quod honeſtè poſſit à monaſterio præſtari per ſe,vel alium,ſecus ſi ſit ſeruitium perſonale militare, & huiuſmodi,quod non conuenit Religioſis.Iaſ.in d.auth.nu.47.Dec.in d.c.in præſentia.num.74. & ſi eſſet feudum fœminæ tranſit etiam in monaſterium, quia poteſt ſeruire per ſubſtitutum, vel ſi ſit feudum Francum,id eſt liberum,& conceſſum ſine iuramento fidelitatis. Dec.ibi nu.75.& 76.

XVIII. Ampliatur, in emphyteuſi à priuato conceſſa, quia tranſit in monaſterium,pro vita tamen ingredientis,& non vltra,ſicut & vſusfructus, non autem ſi ſit emphyteuſis eccleſiæ,quia tranſit tantũ in filios, & non in monaſterium, vt ibi dicit Dec.nu.77.

XIX. Ampliatur, vt ſi quis ante ingreſſum inſtituit extraneum hæredem,ſi non cogitauit de ingreſſu, rumpatur teſtamentum,quaſi mutata voluntate,& poſthumi agnitione,ſecus ſi cogitauit, & præſumitur cogitaſſe ſi de recenti poſt conditum teſtamentum ingreditur, vt dicit Bald. in auth.ſi qua mulier num.9.vſque ad 13.C.de ſac.ſan.eccl. & ſi cogitauit de ingreſſu, & nil reliquit ei, rumpitur teſtamentum tanquam nato poſthumo, cum monaſterium habeatur loco filij, & ideò debet inſtitui ſaltem in legitima, aliter ad eius ſupplementum agere poteſt. not. in authen. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. omni modo. C. de inoffic. teſtam.

XX. Ampliatur, vt ſi ingrediens monaſterium habebat filios,& nil diſpoſuit de bonis ſuis,legitima eis debeatur,reliquis monaſterio debitis.Bald.in d.authen.ſi qua mulier. in princ.C.de ſac.ſan.eccl.

XXI. Ampliatur,vt non valeat conditio appoſita inſtituto,ſi nõ ingreditur monaſteriũ, vt nec valet ſtatutũ, quòd ingre

ingrediens monaſterium, non ſuccedat, quia vtroque caſu quis retrahitur à religione, quod intelligitur ſi retrahitur à religione in genere, ſecus ſi à tali monaſterio, quia aliam ingredi poteſt; è conuerſo verò valet conditio, & inſtitutio, religionem ingreditur, quia licèt retrahatur à matrimonio carnali, inuitatur tamen ad ſpirituale quod melius eſt. Dec. in d.c.in præſentia.nu.53.ad fin.& 54.

XXII. Ampliatur, vt ingrediens monaſterium, ſi ante ingreſſum non condidit teſtamentum, liceat ei hęreditatem inter filios diuidere, legitima eis non diminuta, & quod eis non dederit monaſterio competet, quòd ſi omnem ſubſtantiam inter filios diuidere velit, ſuam perſonam cum filiis annumerare debet, & æquam portionem eis retinere. d.auth.ſi qua mulier. & ſi moritur poſt ingreſſum legitima eis debetur, & reliquum monaſterio.d.auth.

XXIII. Ampliatur, vt ingrediens monaſterium non poſſit quid ſibi reſeruare, vt proprium, nec vſumfructum, licet Abbas poſſit pro bona cauſa aliquid ei relinquere, non ſic tamen, quum idem ei id auferre non poſsit, nec ex pacto id fieri valet.d.Bald.in d.auth.ingreſsi.nu.21.

XXIIII. Ampliatur, vt ſi profeſſus relinquat medietatem bonorum filiis, & de alia medietate nil dicat, quòd illa debetur monaſterio. Bal.in d.auth.ſi qua mulier.nu.31. C.de ſac.ſan.eccl.

XXV. Ampliatur, vt ſi quid legetur monacho cum conditione, quòd nil quæratur monaſterio, proprietas acquiritur monaſterio tamen, & Abbas poteſt concedere illi monacho adminiſtrationem illius relicti pro libris, veſtibus, &c. quòd ſi nolit, relictum remanebit penès grauatum. d. Abb.in c.2.nu.8.de ſtatu mon.

XXVI. Ampliatur, vt bona, & eorum poſſeſsio monaſterio acquiratur eo ipſo, quando tacitè veniũt; vt ex ingreſſu, ſecus ſi ei dicentur, quia tunc requiritur appreheſio. Dec. in d.c.in præſentia, in fi.

XXVII. Ampliatur, vt falcidia, vel trebellianica non deducantur ex relictis monaſterio, vt nec cauſæ piæ.auth.ſimiliter.C.ad leg.Falcid. §. ſi autem. auth. de eccleſ. tit. Silu. Legitima.q.9.

Limitatur verò prædicta concluſio, quod bona profeſsi non tranſeant in monaſterium.

I. Quando quis dolo inductus eſt à monachis vt fieret

monachus, vel regularis, quòd aliàs non feciſſet, ſi ſic inductus non eſſet, quia licet hoc caſu teneat ingreſſus, niſi ſit talis dolus, qui etiam prudentem quemq; deciperet, quia ſic vitiaretur profeſſio. Dec. in d. c. in præſentia nu 9. de probat. bona tamen ipſius non fortè tranſeunt in monaſterium, ſed debentur eius agnatis: inquit Bald. in d. auth. ſi qua mulier. q. vlt. nu. 33. C. de ſacroſan eccleſ. Cœpol. caut. 201. Aymo. conſ. 160. quod intelligitur quādo totum monaſterium fuit in culpa, vel maior pars: ſecus ſi aliqui tantum religioſi id feciſſent, quia id non præiudicaret monaſterio, vt ibi inquit Dec. num. 7. & 8.

II. Limitatur, ſi pater legauit mille filiæ ſi nubat, & ducentum tantum ſi monaſterium ingreditur, quia ea ingrediente ducentum tantum debentur. Decius in d. cap. numero 59. in quo tamen alij contrarium cenſent, vt dixi tract. de Clericis, quòd debeat habere mille, fauore religionis, & verius.

III. Limitatur, quando quis tranſit ad eccleſiam ſecularem, quia eius bona non tranſeunt in eccleſiam, niſi expreſsè ſe, & ſua illi offerat: vt inquit Bal. in d. auth. ingreſſi. nu. 18. vbi rationem diuerſitatis aſſignat inter eccleſiam regularem, & ſecularem, licet limitatio non ſit de regula.

IIII. Limitatur, quando quis ob delictum in monaſterium intruditur, quia ſic eius bona illi non acquiruntur, vt ibi dicit Bal. nu. 20. vlt. oppoſ.

V. Limitatur, ſi ingrediens monaſterium reuocatur, vt quia vxoratus ab vxore: nam hoc caſu bona non tranſeunt in monaſterium, cùm non poſsit emittere profeſsionem, niſi expreſsè in ingreſſu ea donaſſet monaſterio, vt inquit Bal. in d. auth. ingreſsi. num. 27. ſicut nec cùm profeſsio non tenet ratione ætatis, vt ibi dicit.

VI. Limitatur, vt licet per ingreſſum monaſterij, omnia acquirantur monaſterio, id tamen non impedit lucrum dotis, vel donationis propter nuptias. Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier. nu. 8.

VII. Limitatur, ſi ingrediens monaſteriū, cogitans prius de ingreſſu, illud prætereat, quo tamen caſu rumpitur teſtamentum, & vt ſi filium prætereat, & ſi minus legitima eſt relictum monaſterio, aget ad ſupplementum, vt ſuprà probatum eſt.

VIII. Limitatur, ſi ante ingreſſum quis bonis ſuis renū-

ciauo

Digitized by Google

ciauerit, vel ea alteri obligauerit, vel reliquerit, quæ tamen renunciatio non valet facta ante decē & ſex annos, etiam in fauorem cauſæ piæ, & cum iuramento, niſi cum licētia Epiſcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & non aliàs intelligatur id ſortiri effectum, niſi facta profeſſione. c. 16. ſeſſ. 25. in Trid. Concil. de Regul. parua tamen diſtantia duorum menſium probabiliter non irritat diſpoſitionem de eis. d. Zerola in praxi ep. verbo, Monachi. num. 8.

IX. Limitatur, quando quis ingreditur religionem fratrum Minorum, cùm ſint incapaces hæreditatis in communi, & in particulari, & eorum regula non poſſit ab ipſis mutari, nec annui redditus eis relinqui poſſunt. clem. exiui. de verb. ſign. qui & ſucceſſionum ſunt incapaces, & legatorum in fraudem ſucceſſionis factorum, qui nec poſſunt hortos, vel vineas ſic amplas habere, vt præter victum quotidianum aliquid venale ſuperſit, nec granaria, vel cellas vinarias repletas, nec ædificia, templa, aut ſuppellectilem eorum nimis pretioſam, & habent tantum arctos rerum vſus, licet ingredientes poſſint aliquid eleemoſynę gratia eis elargiri, & eis relinqui valeat cauſa eccleſiæ, vel operis extruendi, & in ſubſidium ſtudij, & diuini cultus, vinum & triticum pro ſacrificio, pecunia pro luminaribus, & libri. clem. exiui. de verb. ſign. c. exiit. eo. in 6. Cucch. de Regul. num. 23. cum ſeq. & tunc ſi aliter eis relinquitur, vel ingreſsi moriantur, niſi ex Papæ diſpenſatione aliud eis concedatur, ſuccedunt eis venientes ab inteſtato. Abb. & Dec. in d. c. in pręſentia. de probat. Iaſ. Bal. & alij in d. auth. ingreſsi. quòd ſi ingreditur alias religiones mendicantium, vt prædicatorum, Carmelitarum, &c. hi poſſunt capere bona, non vt ea retineant, ſed vt vendant, & eorum pretium in ipſorum neceſsitatibus conuertatur; niſi Papæ priuilegium habeant, vt ea bona retineant, vt aliqui & fortè omnes ex iis habent, & vſu dignoſcitur; idque iis cōceditur potius ex priuilegio, vel conſuetudine, cùm de iure ſint incapaces hæreditatis, vt inquit Dec. in d. c. in præſentia. n. 68. 69. & 70. & ſi huiuſmodi poſſunt mutare regulam, quòd propriū retinere poſsint, eo magis id obtinebunt etiam quò ad bona immobilia. Bald. in d. auth. ingreſsi. num. 35. in quo tamen crederem quòd ſi ſint ex ordine mendicantium, quòd id non poſsint ſine Papæ authoritate, repugnat enim d. Dec. ibi. habere proprium,

&

Digitized by Google

& mendicitatis profeſsionem facere. & Alu. de planctu eccl. lib. 2. c. 55. quod intelligi poteſt, vt ita diuites non fiant, vt mendicare eis opus non ſit, vt omnes faciunt, & Bald. in d. auth. nu. 54. cum ſeq. dicit, quòd non poteſt relinqui minoribus, vt res vendantur, & pretium in eorum vſus neceſſarios conuertatur, niſi quò ad ea de quibus ſuprà eſt dictum, eis eſſe conceſſa, vel niſi Papæ authoritas accedat, ſi verò non ſint ex ordine minorum, ſed aliorum mendicantium maximè prædicatorum, ſuccedant, modo quo ſuprà. Clarus. §. teſtamentum. q. 29. & tenent etiam ſtabilia ex priuilegio Papæ. Bened. in c. Raynutius. verbo, Vxorem. de teſtam. cum communi.

X. Limitatur, ſi lata ſit ſententia, quòd profeſsio non teneat, à qua non eſt appellatum, ſi in ingreſſu obtulit tantum ſe, nulla de bonis facta mentione, nam reuocata perſona reuocatur & bona, quæ ſunt ei acceſſoria. Spec. de ſtatu mon. num. 11. ſecus ſi in ingreſſu expreſſè obtulit ſe, & ſua Deo, quod procedit etiam, quando reuocatur ab vxore, vt ibi dicit.

XI. Limitatur, ſi relinquitur fratribus minoribus ad vtendum, nam non valet relictum, niſi modo vt ſupra, ſicut nec ſi quis eis relinquat palatium, vt conſtituãt ex eo eccleſiam, cùm non poſsint acquirere noua loca ſine licentia Papæ. c. fin. de priuil. in 6. nec valet etiam ſi quis annuos redditus eis relinquat, poteſt tamen eis relinqui, vt ſuprà, ad diuinum cultum, vt pro luminaribus, & ad vſum licitum, vt ſuprà. Bal. in d. auth. ingreſsi. nu. 54. cum ſeq.

XII. Limitatur, ſi monaſterium refutet, bona ingreſsi antequam monaſterio ſint quęſita, quod poteſt ex cauſa, vel ſi conniuentibus oculis patitur ea poſsideri ab agnatis ingreſsi, pietate, vel affectu motum. Bal. in auth. ſi qua mulier. cit. nu. 41. de qua re habetur tract. de Prælatis.

XIII. Limitatur, ſi monachus fiat Epiſcopus, quia dę poſt quæſitis teſtari poterit, vt inquit Iaſ. in d. auth. ingreſsi. nu. 13. modo de quo alibi.

Poſt poſſeſsionẽ verò non poteſt religioſus teſtari etiam ad pias cauſas, vt ſuprà cap. quia ingredientibus. c. ſi qua mulier. 19. q. 3. & d. auth. ingreſsi. Molina de iuſtit. tract. 2. diſput. 141. vbi & de commendatariis agit an poſsint teſtari, de qua re, & aliis, quæ idem agit. d. diſput. 140. & 141. latè eſt dictum ſuprà, & dicetur alibi.

Quòd

Digitized by Google

Quòd ſi regularis poſſidebat beneficium eccleſiaſticum, facta profeſſione, eo ipſo vacat. c. beneficium. de Regular. in 6. vt & penſio eccleſiaſtica, vt ſupra, & reſeruatio fructuum. Gig. q 67. de Penſ.

Et hæc de bonis ingredientium.

Quo demum ad monaſteria Regularium, multa ſunt obſeruanda.

I. Vt monaſteria non ædificentur, niſi de conſenſu Epiſcopi ciuitatis. ex Conc. Calcedon. act. 6. cap. 1. & act. 15. can. 4. Agaten. c. 27. & 58. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. nec aliqui poſſunt de nouo ædificare monaſteria in parochia, in qua non habent, ſine Papæ licentia, ex deciſ. 120. & 141. ſacræ congr. aliàs incurrunt excommunicationem. cap. vnico. §. confirmatos. & §. ſanè. de relig. dom. in 6. & c. vnico. de exceſſ. præl. in 6. vnde hodie practicatur, quòd Epiſcopus dat aſſenſum monachis ædificandi monaſteria, reſeruato aſſenſu, beneplacito, & cõfirmatione ſedis apoſtolicæ, infra certum tempus impetrandum. ex Zerola.

15 *Monaſteria vt conſtruẽda, & veneranda, cũ eorum priuilegÿs.*

II. Monaſterium monialium debet ædificari remotum à monaſteriis virorum, & ob inſidias diaboli, & oblocutiones. ex Concil. Agaten. canone. 28.

III. Debent ſic conſtitui, vt neceſſaria illis haberi poſſint, & intus ſint omnia neceſſaria, ne monachi extra foris vagari cogantur, & clauſuram firmam, & tutam habeant. ex Conc. Mogunt. c. 20.

IIII. Monaſteria monialium extra vrbem, vel oppida poſita, intra vrbem reducantur. cap. 5. ſeſſ. 25. in Tr. Conc. ne facinoroſis expoſitæ ſint, quæ tranſlatio fieri debet ad aliud monaſterium eiuſdem ordinis, quando ob ſcandalum, vel aëris peſtilentiam ſupereminentem ibi morari non poſſunt. ex elucid. 123. ſacræ congr. 105. & 505. & ex aquæ defectu. elucid. 619.

V. In monaſteriis mendicantiũ, & aliis mulierũ, vel virorum magnus numerus non recipiatur, ſed is tantũ, qui ex reditibus, vel conſuetis eleemoſynis ali poteſt. ex Concil. Mogunt. c. 19. Tr. ſeſſ. 25. cap. 3. in fin. nec noua monaſteria ideò ædificẽtur, niſi Papæ conceſſu, modo, vt ſupra, & hodie ſanctiſsimus D. D. Clemens VIII. ſtatuit in multis ſaltem religionibus, vt nulli ſine eius licentia habitũ ſuſcipiant, & vbi moniales vltra numerũ conſuetum recipi volunt, licentia à Papa petenda eſt, & prius obtinenda, vt ex vſu patet.

XI.

V I. Monaſteria monialium duas tãtum ianuas habeant, vnam pro iumentis, alteram vſibus hominum neceſſariis, & ſi vna ad vtrunque ſufficere videtur, id fiat, quæ ianuæ fiant duplici aſſere firmo ſine vlla rimula, cum limine marmoreo ianuæ ſtrictim coniuncto. Conc. IIII. Mediol. ſub cap. de monialibus, vbi & multa alia conſiderantur, & mandantur circa conſtructionem monaſteriorum, & latius in fabrica eccleſiaſtica Mediolanenſi, quæ videantur, cum prolixa ſint.

V I I. Ad monaſteria monialium nullus, niſi propinquus accedere permittatur. ex Conc. Epauuenſi tit. de monaſteriis puellarum, & ob id auditorium fieri debet, in quo moniales cum viris coram teſtibus loquantur. ex Conc. Cabilonen. c. 62. idque de Epiſcopi licentia aliis etiam concedi poteſt ſi ſint honeſtæ perſonæ. ex Conc. Foroiul. cap. 12. nec clerici etiam ibi habitare permittuntur, nec cum eis familiaritatem habere, aut ſecretò loqui. ex Conc. Matiſcon. I. cap. 2. vel eorum monaſteria frequentare ſine manifeſta, & neceſſaria cauſa, aliter ab Epiſcopo coerceantur, & ſi incorrigibiles ſint beneficiis priuentur. ex Conc. Lateran. ſub Alexandro III. cap. 11. & cum monialis cum aliquo loquitur, niſi mater, vel ſoror ſit, etiam ſi licentiam ab Epiſcopo habeat, præſens ſit eius ſermonibus, monialis ætate, & moribus grauis à præfecta deputata. ex. IIII. Conc. Mediol. tit. de monialibus, & ita quòd intra ſepta non ingrediantur, cum illa non dicatur cauſa neceſſaria ingrediendi. Conc. I. Mediol. p. 3. tit. de monialib. in fin. nec illuc accedere debet etiam clericus docendæ muſicæ cauſa, vel alterius artis, niſi de licentia prædicta, non ingrediendo tamen, vt ſupra.

V I I I. Nullus vir, vel mulier cuiuſcunque ætatis ſit, ſepta monaſterij ingredi poteſt ſine licentia in ſcriptis Epiſcopi, vel ſuperioris monaſterij, aliter excommunicationem incurrit. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. quæ hodie Papæ reſeruatur, ex Bulla Gregorij. XIII. incip. Vbi gratia. 1575. quæ licentia concedi non poteſt, niſi perſonis honeſtis, & ex cauſis monaſterio neceſſariis, vt medicis, &c. diſt. c. 5. quæ licentia quotannis eſt renouanda, ſic etiam vt quæ intus fieri poſſunt, ad id præſtandum nulli intus admittantur, & ibi morentur ingredientes tantum dum neceſſitas poſcit, nec aliquis ibi pernoctare poſſit, niſi cõfeſſor cum aliqua eſt morti proxima, vel medicus in caſu neceſſitatis, & præſente ſemper

vna

Digitized by Google

vna ætate, & moribus graui, nec etiam ipſe Epiſcopus, vel ſuperior ingredi poteſt, niſi ex cauſa neceſſaria, & præfecta debet eligi ad feneſtras collocutionis non intus. ſeſſ. 25. c. 7. & ex Bulla 36. & 75. Gregorij XIII. aliàs iidem etiam Prælati ingredientes ſine cauſa neceſſaria, excommunicationem Papalem incurrunt, locis prædictis, aliqui tamen ſentiunt, quòd ſi quis ingreditur non vt aliquid mali ibi faciat, nec vigore facultatis Papæ, vel ordinarij, quòd eſſet tantum excommunicatus excommunicatione Concilij, & non Papali. Tiraq de retr. conu. §. 2. glo. vnica. num. 30. tutius tamen eſt à Papa abſolutionem conſequi, nec etiam licet matri, vel ſorori ingredi cauſa viſendi monialem infirmam. congr. deciſ. 489. & minus dum aliqua ibi habitum ſumit, nec etiam procuratores monaſterij, niſi ex euidenti vtilitate, & quòd ſint ætate, & moribus graues. ex deciſ. 115. ſacræ congr. & vbi caſus vrgens ingrediendi contingit, debet Epiſcopus, & ſuperior id arbitrari. ex Concil. prædicto. Dicitur tamen ſacram congreg. reſpondiſſe, etiam in monaſteriis rectis per Regulares ſolos Epiſcopos licentiam ingrediendi concedere poſſe, in quo vero me remitto, hic tamen Veronæ Regulares eam concedere audiui in monaſteriis prædictis. Sic etiam in monaſterium Regularium non poſſunt ingredi mulieres, aliàs vterque excommunicationem Papalem incurrunt ingrediens, & admittens. ex Bulla Pij V. 24. Octobris 1566. & Gregorij. XIII. 28. incip. Vbi gratia.

IX. è monaſteriis moniales egredi non poſſunt, etiam ad modicum tempus, ſed manere in perpetua clauſura, aliter incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam. cap. 1. de Regul. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. niſi cauſa incendij, lepræ, vel peſtis, vt ſupra, ex Bulla Pij V. Cal. Febr. 1569. idque de Epiſcopi licentia, niſi periculum ſit in mora, ſic tamen vt ſtatim id Epiſcopo ſignificetur, quam excommunicationem incurrunt etiam eas recipientes, niſi in graui neceſſitate. Nau. com. 4. num. 51. & ceſſante impedimento mox reuertantur, & vbi viuere non poſſunt, niſi emittantur ad quæſtuandũ, non plures octo emittantur, quæ binę incedant, nec diſiungantur, & excedant trigintanouem annos, & ſint vitæ probatæ, & non pernoctent extra oppida, vbi habẽt monaſteria, niſi de Epiſcopi licentia, & tunc ſimũl dormiant, & de cætero nullæ accipiantur, donec ad numerum redactæ ſint, qui ex redditibus, vel conſuetis eleemoſynis ali poſſit, ex Bulla

Digitized by Google

Bulla Gregorij XIII.3.Cal. Iunij 1572. & literis congreg.4. Idibus Febr.1573.niſi ingrediens dotem aſſignet,qua alatur; quæ tamen minui poteſt vbi laboribus victus quæritur.

X. Monaſteriorum facultates ab Epiſcopo contingi non debent.ex Conc.Ilerden. c.3 ſibi ſcilicet eas appropriando, ſed benè curando, vt rectè diſpenſentur, & ideò ſuperiores monaſterij habent eligere officiales qui adminiſtrent bona monaſteriorum, & non Epiſcopus, licet eſſet eius ſuperior. c.2.ſeſſ.25.de Regul.ſacra congr.elucid.341.

X I.Monaſteria tam virorum,quàm mulierum regulariter ſecundùm regulam viuere debent, aliter ab Epiſcopo cum Rectoribus corrigantur.ex Conc.Vernen.c 5.& ex Sin. Ticinienſi. ver. de monaſteriis, hodie verò ſi id non ſeruatur, Epiſcopus monere poterit eorum ſuperiores,vt regulam aſſumant, qui ſi intra ſex menſes nō paruerint,ipſe Epiſcopus viſitare, & corrigere eos poterit iuxta eorum inſtituta. ſeſſ. 25. cap. 8. & ſimiliter ſi monaſterium non habet ſuos ordinarios viſitatores, vel non ſubſit Capitulis generalibus, & non veniat ad congregationes,aliter enim Epiſcopo in omnibus ſuberit.d. ſeſſ.25.cap. 8.de Regul.qui & vbi monaſteria ſunt ſub immediata protectione ſedis apoſtolicæ, & non ſub Capitulis generalibus, ſupplet defectus Priorum, qui non faciunt Capitula in Regnis,& Prouinciis. cap.in ſingulis.de Regul.

X I I. Monaſteria,exempta ſunt ab annua penſione Epiſcopis debita.ex Conc. Tolet.V I I.can. 4.& à decimis præſtandis de ſuis prædiis. Tomo I I I I.Conc.par. 13.tit.de Religioſis viris decimas.c.9.niſi Papa aliud ſtatuat.

X I I I.Monaſteria prophanantes ſi clerici deponi,ſi laici excommunicari debent.ex Conc. Nicen.II.cap.13.& Conc. Melden. can. 60. Treueren. tit. de monaſteriis non moleſtandis.

X I I I I. Monaſteria monialium vbi à monachis gubernantur, patres probatæ vitæ iis præfici debent, qui curam redditum,fabricæ,& neceſſariorum gerant,vt virgines ſoli Deo vacent, qui tamen cum eis familiaritatem non habeant,nec vſque ad veſtibulum accedant, niſi caſibus ſupra dictis, nec cum moniali ſola loquātur,ſed in præſentia duarum,vel trium ſororum,cum locutione breui, & raro acceſſu, agendo ſolum de his quæ ad mores, vel neceſſaria attinent.ex Conc.Hiſpalen.II.act.11.

X V.

Digitized by Google

XV. In monaſteriis monialium Abbatiſſa ea eligatur, quæ ſe, & gregem ſubditum in religione, & ſanctitate cuſtodire norit, prouidendo, vt in lectione, in officio, & pſalmorum recitatione ſtrenuæ ſint, illis in omnibus ducatum præbens, non loquendo cum aliquibus horis incompetentibus, ſed à Prima ad Veſperam, coram pluribus, niſi ex cauſa neceſſaria alia hora id opus ſit, quæ matutinas horas, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, & Completorium, quotidiè recitent, & omnes in dormitorio dormiant, niſi infirmitas aliquam detineat, & ad collationem omnes veniant, nec cum maſculis edant, & portaria eligatur ætate grauis, & probata vita, ex Concil. Cabilon. cap. 52. cum ſeq.

XVI. Monaſteriorum fructuum adminiſtratores bis in anno ſaltem rationem reddant, iuxta monaſterij conſuetudinem, de receptis; & expenſis. ex Conſtit. Oxionon. ver. quia ſunt plerique. & hodie ſemel procuratores eorum in anno. ex Conc. Mediol. I. tit. de monialibus. §. de concionatoribus. in fine.

XVII. Monaſteriis monachorum, vel puellarum, quibus donata aliqua ſunt à clericis, vel laicis, tales præficiantur, qui prodeſſe norint & præeſſe, & ad Epiſcopum recurrant, & gregem commiſſum debitè paſcant ex Sin. Moguntinen. cap. 25.

XVIII. Monaſteria monialium ſanctæ ſedi apoſtolicæ immediatè ſubiecta ab Epiſcopis gubernentur. ſeſſ. 25. cap. 9. in Trid. Concil. nulla verò à ſecularibus, ſacra congr. elucid. 341.

XIX. Monaſteria Commendata, Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ, in quibus non viget regularis obſeruantia, beneficia curata, & non curata: regularia, & non, quomodocunque commendata, & exempta ab Epiſcopis, ab iis vti delegatis apoſtolicis ſingulis annis viſitentur, prouidendo etiam cum ſequeſtratione fructuum, vt quæ reparatione egent, reparentur, & cura animarum, & alia officia laudabiliter exerceantur. ſeſſ. 21. cap. 8. in Trid. Conc. & Monaſteria Commendata cum vacant, Cardinalibus tantum, & perſonis qualificatis ſunt commendanda, qui ſi menſam habent ſeparatam à conuentuali, quartã partem ſuorum reddituum pro fabrica, & paramentis erogare debẽt, ſi verò menſa fuerit cõmunis, tertia pars fructuum dicti monaſterij erogatur.

ex Concil. Lateran.ſub Leone X. in Bulla reform. Tom. V. Conc. Bulla 7. Sacro. vbi & dicitur non eſſe ſeparanda à ſuo capite, & vt fructus diuidendi.

XX. Monaſteria in quibus duo, vel tres tantum morantur, improbātur, cum ibi debita officia, & diſciplina, ac exercitia ſpiritualia in vſum induci non poſſint, & videntur reformanda: vt dicit Alu. de planctu eccl. lib. 2. cap. 24. Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 15. num. 47.

XXI. Monaſteria curam animarum habentium, quò ad curam ab Epiſcopis viſitari poſſunt, præter Cluniacen. & vbi Regulares iuriſdictionem Epiſcopalem in Parochos, & parochianos habent, niſi Epiſcopi maiorem iuriſdictionem ibi habeant. ſeſſ. 25. cap. 11. in Trident. Concil. qui Epiſcopus, nec ſe debet in monaſteriis ingerere, in quibus viget regularis obſeruantia, ex elucid. ſacræ congr. 249. nec quæ ſunt ſedis generalis. ſacr. congr. elucid. 342. & in exemptis, Vicarij perpetui, vel temporales ab Epiſcopo poni non poſſunt, ſed tantum à ſuperioribus, præuio tamen conſenſu, & examine Epiſcoporum. ſeſſ. 25. cap. 11. in Trid. Conc. ſac. congr. elucid. 520. vbi ſcilicet cura animarum viget, & ſi monaſteria malè adminiſtrentur, Epiſcopus poſt monitiones in ſpiritualibus tantum poteſt prouidere. d. cap. 11. ſeſſ. 25. ſacr. congr. elucid. 561.

XXII. Monaſteria Deo dicata ſecularibus dari non debent. ex Sin. Aquiſgran. capit. 18. niſi de Papæ licentia, vt ſupra.

XXIII. Monaſterium depauperatum, vel deſolatum debet alteri vniri. Abb. in cap. quia monaſterium. de relig. dom. & debet habere Abbatem ſolitum, & cōgregationem monachorum, niſi vniatur, vt capella, vel niſi ſit depauperata eccleſia, tunc enim ſat eſt, quòd in ea deſeruiatur per clericum ſecularem, vt ibi dicit Abb.

XXIIII. Licet monaſterium erigatur in Cathedralem, eſt tamen ibi ſeruanda religio, & tenetur ad eleemoſynas, & hoſpitalitatem. Abb. in cap. 1. ne ſede vac.

XXV. Monaſteria habentia populum ſubijciuntur Epiſcopo in pertinentibus ad legem diœceſanam, in iis quæ reſpiciunt populum, aliàs non, non autem ad legem iuriſdictionis: vt dicit Abb. in cap. 1. de ſtatu mon. quæ verò pertineant ad legem diœceſanam, vel iuriſdictionis, ibi declarat Abbas; & ego dixi latè ſupra, de ſtatu Epiſc. cap. 3. circa princ.

Digitized by Google

princ. vbi & dixi ad quæ talia monaſteria teneatur Epiſcopo, & ad quæ nō; & regulariter licet monaſteria ſint exempta à ſolutione iurium Epiſcopalium, non tamen eorum eccleſiæ, vel capellæ, quæ ſcilicet habent populum in iis quæ ad populum pertinent. Franc. in cap. 1. de præb. in 6. & ſi monaſterium eſt exemptum cum capellis, & non populus, tunc Epiſcopus habet curare populum. idem in c. per exemptionem. de priuil. in 6. ſic tamen vt monaſteria prouideant de ſacerdotibus, & neceſſariis, qui circa idem tractat alia in c. 1. §. cæterum. de verb. ſign. in 6. quæ intelliguntur, ſi ex priuilegio monaſterium ſit exemptum à iuriſdictione Epiſcopi, prout illa virorum communiter ſunt, cum aliàs ceſſante priuilegio omnia monaſteria iure communi ſubſint Epiſcopo: vt ibi dicit Abbas, & monaſteria non ſubſunt presbytero parochiali in iis quæ ſunt fori contentioſi, nec etiam pœnitentialis, ſed bene moniales, vt ab eo recipiant ſacramenta, niſi aliter ex priuilegio obtentum ſit. Abb. in cap. dilectus. num. 16. & 17. de cap. mon.

XXVI. Monaſterium poteſt prætendere ſubiectionem, vel ius eligendi actiuè, & paſſiuè in alio monaſterio. Abb. in cap. inter monaſterium. in princ. de re iud.

XXVII. Monaſterij poteſtas tota eſt penès Abbatem. idem in cap. Ioannes. num. 4. de Regular.

XXVIII. Monaſterium tenetur monachos ſuſtentare. Idem in cap. ſuper inordinata. num. 10. de præb.

XXIX. Monaſterio vacante ſuccedit conuentus, vel Capitulum in adminiſtratione tẽporalium, & ſpiritualium, niſi Abbas propter culpam deponatur, quia tunc deputatur adminiſtrator idoneus, cum ſic præſumatur contra Capitulum, qui deputabitur per viſitatores, & præſidentes ſi monaſterium ſit exemptum, aliàs per Epiſcopum. Abb. in cap. ea quæ. num. 8. & 9. de ſtatu mon.

XXX. Monaſterium poteſt erigi in eccleſia Cathedrali Papa mandante. Abb. in cap. 1. ne ſede vac.

XXXI. Monaſterium debet regi per Religioſos eiuſdem ordinis, ex cauſa tamen poſſunt ibi poni alij alterius ordinis, qui omnes ſi incorrigibiles ſint, debent ibi deputari clerici ſeculares. Abb. in cap. relatum. num. 4. & 5. ne cler. vel mon. ídque per Epiſcopum, ſi ſuperiores ſint negligentes, vt ibi dicit, niſi tamen priuilegia, vel alia aduerſentur.

Digitized by Google

XXXII. Monaſterio oblationes factæ cedunt ei non eccleſiæ parochiali in qua ſunt, vel Epiſcopo. Abb.in c.dilectus. de offic.ord. vbi & tractat ad quæ teneantur monaſteria Epiſcopo, vel non, & ego dixi latè de ſtatu Epiſc.cap.3.in princip. nec poſſunt ab Epiſcopo grauari nouo cenſu. idem Abb. in c. ſcientes. de cenſib. cum regulariter immunia ſint ab omnibus oneribus, & præſtationibus, vt ibi dicit, præterquam in caſibus de quibus dixi d.cap.3.

XXXIII. Monaſterium condemnatur in expenſis ex contumacia Abbatis, & Capituli. Abb.in cap.Nicolao. extra. de appell.

XXXIIII. Monaſterium ſi eſt exemptum, eccleſia, cœmeterium, atria, domus, hortus, areæ, quæ propè eccleſiam ſunt dicuntur exempta. Franc.in c.1.de priuil.in 6.non tamen vbi monaſterium eſt priuilegiatum, eius familiares dicuntur priuilegiati, niſi ſpecialiter id habeant, vel niſi eſſent perpetui, & religioſi, vt de admittendis familiaribus ad diuina tempore interdicti priuilegium quandoque conceditur, quo caſu poſſunt aſſumi etiam familiares de nouo ex cauſa rationabili, non autem ex voluntaria. Franc.in c.licet. num.4.de priuil.in 6.

XXXV. Monaſteria quædam ſedi apoſtolicæ reſeruantur, quæ & certo modo debent expediri. ex Bulla 1.Nicolai V.& 27. Pauli IIII. quibus tamen nemo ſe immiſcere debet electus, niſi ex confirmatione apoſtolica, & literis expeditis. ex Bulla 1. Clementis VII. & 117. Pij IIII. Sanctiſſimus.& eorum fructus, vt ſpolia camaræ apoſtolicæ applicantur. ex Bulla 1. Pij V.

XXXVI. Monaſteria exempta ſiunt à militum hoſpitio. ex Bulla 154. Pij V. incip. Cum ſicut.

XXXVII. Si monaſteria monialium inopia ſint, eleemoſynæ in loco legatæ pauperibus iis interim ſunt diſtribuendæ, ſic tamen vt de cætero eæ tantum recipiantur, quæ ex reditibus, vel eleemoſynis conſuetis ali poſſint, vt dicit Fuſchus lib.2. de viſitat.cap.18 nu.20.21.& 22. Gregorium XIII. conceſſiſſe, de licentia ideò Papæ.

XXXVIII. In monaſteriis monialium, tot tantum recipi debent quot ex eorum redditibus, vel conſuetis eleemoſynis commodè poſſint ſuſtentari cap.periculoſo.§.ſanè. vbi Anchar.nu.3.de ſtatu Regul.in 6.& ſacra congreg.deciſ. 216. & talia loca erigi non debent ſine licentia Epiſcopi, ex Bulla

Digitized by Google

Bulla 9. Pij V. & etiam Papæ licentia accedente, vt ſupra.

XXXIX. Monaſteria debent habere librum, in quo deſcribantur tacitè, vel expreſsè profitentes. deciſ. congr. 410. cum profeſſio debeat fieri in ſcriptis, vel ad ea redigi, vt obuietur ei qui contrauenerit. gl. & Franc. in c. nullus. verbo, Expreſsè. de elect. in 6.

Cętera ad monaſteria pertinentia, videre licebit ſupra dé ſtatu Prælat. c. 1. & c. de Abbatibus, & hoc tract. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Votum requiritur ad Religionem, in quibus conſiſtat, & ad quæ ſe extendat, & quare.*
2 *Vota Religioſorum quot ſint, & quare.*
3 *Paupertas rectè Deo vouetur.*
4 *Obedientia rectè Deo vouetur.*
5 *Caſtitas rectè Deo vouetur.*
6 *Religioſi à quibus cauere, & quæ agere debeant.*

De Votis ipſis Religioſorum, & quod ex iis potius, vel dignius exiſtat, & de iis quæ Religioſi agere, & à quibus cauere debeant. Cap. IIII.

1 CVM Religioſus ſtatus ſit per quam ad perfectionem tenditur, vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 5. & ſupra eſt explicatum, ad ſtatum verò requiratur obligatio cum aliqua ſolemnitate facta, ne quis ab eo retrocedere valeat, ideò requiritur, quòd Religioſi ſe obligent ad ea quæ ſunt perfectionis cum ſolemnitate, quæ fit per votum, vt in eo quis immobiliter maneat, vt inquit D. Thom. d. 2. 2. q. 186. art. 6. Et cum ſit ſtatus perfectionis, exigitur, vt hoc votum, & obligatio ſe extendat ad ea quæ ſunt conſilij, & perfectionis. Dicuntur verò conſilia ea quę à Christo Domino nobis non ſunt mandata, ſed cõmendata, vt quæ maiorem difficultatem habeãt in executione, quàm ea quæ ſunt præcepti: vt inquit Ambr. lib. 1. de virg. & Aug. ſerm. 18. de verbis Apoſt. & proinde conſilia nobis ſint commendata, vt quæ faciliorem viam aperiant ad aditum regni

Votũ requiritur ad religionem, in quibus conſiſtat, ad quæ ſe extendat, & quare.

Digitized by Google

cœleſtis.Iſa.56.non dicat Eunuchus,ego lignum aridũ, quia hæc dicit Dominus *Eunuchis,qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & ſeruauerint,fœdus meum dabo eis in domo mea, & in muris meis locum,& nomen melius à filÿs,& filiabus, nomen æternum dabo eis quod non peribit,* qui locus intelligitur de continẽtibus voluntariis: vt ibi explicant Hier. & Cirill.& Sap.3. *Fœlix ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum.* Matth. 19. *Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.* Idem probant ſancti Patres Hier.lib.1.contra Iouin.Aug.lib.de ſancta virg. c.24.Athanaſ.lib.de Humanitate Verbi. poſt mediũ. Chryſ. hom.8.de pœnit.Ambr.lib.de viduis.Greg.lib.15.Moral. c.9. vt opera hæroica, quibus ob id maius præmium debetur, quàm aliis operibus.

2 *Vota Religioſorũ quot ſint,& quare.*

Et cum ad ſtatum perfectionis pertineat remouere impedimenta,quæ ad illam perducunt,inter cętera verò impedimenta,maximum ſit quod in bonis temporalibus,carnis illecebris etiam in ſtatu coniugali, & propriæ voluntatis ſequela conſiſtit, ideò meritò ſtatus Religioſus conſiſtit in voto paupertatis,caſtitatis perpetuæ,& obedientiæ,per quæ prædicta impedimenta optimè remouentur, vt ſupra latè probatum eſt.

3 *Paupertas rectè Deo vouetur.*

Et quòd voluntaria paupertas rectè Deo voueatur, probatur.Matth.5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ*, qui locus intelligi poteſt de iis qui propter Deum ſponte eligunt paupertatem, & inde etiam humilitatem,vt exponunt.Ambr.in 6.Lucæ.Hieron.Niſſ.in 5 Matth. Baſ.q.205.& Matth.19. *Si vis perfectus eſſe,vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo,&c.* vbi commendatur paupertas perfecta, quæ ſuſcipitur cum propoſito, & voto ſemper ita manendi, quod fit per profeſſionem monaſticam,prout eum locum ſic intelligit Aug.ep.89.q.4.& in Pſalm.103.conc.3.Bern.in d.locum. Idem probatur.Act.4.& 5.& idipſum ſentiunt ſancti Patres. Chryſ. hom.12. in acta Apoſt. Hier. ep. ad Demetriadem. Aug.ſerm.27.de verbis Apoſt.Greg. lib. 1. ep. 33. Vnde Baſ. de conſt.monaſt.c.vlt. ait, monachum furem eſſe, & alterum Iudam,ſi quid priuatim poſſideat,& Caſſia.lib.4.de inſtit.c.3.dicit,ſumma diligentia perquiritur, num de priſtinis facultatibus ſuis inhæſerit ei vel vnius nummi contagio,

ſciunt

Digitized by Google

ſciunt enim eum ſub monaſterij diſciplina diuturnum eſſe non poſſe, ſi in conſcientia eius pecuniæ quantulum latuerit, & Hier. ep. 22. ad Euſtochium, dicit, *ſuo tempore non licuiſſe monachis etiam neceſſaria petere, licet præſides curarent, vt nil eis deeſſet*, & Caſſian. lib. 4. de inſtit. renunc. c. 13. monachis ait, *non licere fiſcellam, vel peculiarem ſportellam poſſidere*, & in Conc. Aurelian. I. cap. 21. monachi puniuntur qui aliquid proprij poſſident.

Et quòd votum paupertatis rectè aſſumatur in religione, probatur: nam ſtatus Religioſus eſt exercitium ad perfectionem charitatis, ad quod requiritur, quòd quis omnino affectum ſuum abſtrahat à rebus mundanis: *Minus enim Deum amat qui ſecum aliquid amat, quod non propter eum amat*, inquit Aug. lib. 10. confeſſ. c. 29. dũ ergo qui res mundi poſſidet, eius animus allicitur ad earum amorem, quia terrena arctius diliguntur adepta, quàm concupita, ergo ad perfectionem charitatis acquirendam, primum fundamentum eſt voluntaria paupertas, vt aliquis abſque proprio viuat: vt inquit D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 3. quoties enim pecuniam, vel aliquid huiuſmodi, quo ad fragiles, & caducas diuitias pertinet, nobis reſeruamus, neceſſe eſt eſſe in his mentem noſtram veluti in cœno quodam conſepultam, & animo ad rerum diuinarum contemplationem aditum præcludi: vt inquit Baſ. reg. fuſ. diſp. cap. 8. ſic Abrahæ dictum fuit, vt *de domo ſua egrederetur*, & Heliſæus ab Helia vocatus eandem reliquit, & par boum, quod tantummodo poſſidebat. 3. Reg. 19. & Apoſtoli *relictis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum*. Matth. 19. & monachum oportet, cum primis nihil in vita, quod iuris ſui proprium ſit, poſſidere: vt dicit Baſ. de cultu pietatis. Initium enim charitatis eſt terrenorum omnium abrenunciatio, finis verò Deus, vt ait Clim. c. vlt. totius libri.

Geneſ. c. 12.

4 *Obedientia rectè Deo vouetur.*

Quòd etiam obedientia rectè Deo voueatur, probatur. Ierem. 35. vbi *laudantur, & remunerantur à Deo filij Ionadab, qui vt obedirent patri ſuo, non bibebant vinum, non ſerebant agros, non habebant domos, ſed habitabant perpetuò in tentorijs*. At omne opus bonum rectè Deo vouetur, ergo vt verè ſit perfecta obedientia neceſſariò includit votum abnegationis ſui ipſius, ſic vt non poſſit retrocedere, quia non eſt perfecta abnegatio ſui ipſius obedire alteri ad tempus, & poſt non obedire; vnde Caſſia. lib. 4. de inſtitutis

Digitized by Google

cœnobiorum inquit, verus ac perfectus monachus ſimilis crucifixo eſſe debet, qui enim cruci affixus eſt, non ſolùm non ambulat, quo vult, ſed nec poteſt ambulare; Vnde meritò votum obedientiæ, quo ſe quis ſuperioris voluntati perpetuò ſubdit, rectè in religione aſſumitur, quia ſtatus Religioſus eſt diſciplina, & exercitium, quò ad perfectionem tenditur, qui verò exercitantur, vt perueniant ad aliquem finem, oportet vt directionem alicuius ſequantur, ſecundùm cuius arbitrium inſtruantur, vel exercitentur, vt perueniant ad eum finem, ergo oportet vt Religioſi ſub ſuperioris obedientia viuant: vt inquit D. Thom. d. q. 186. art. 5. quod patet etiam ex vſu eccleſiæ, apud quam obbedientia in monachis in vſu antiquitus fuit, vt docet Baſ. in conſtit. monaſt. c. 22. Hier. ep. ad Euſtochium. de cuſtodia virginitatis. Aug. lib. 1. de moribus. eccl. c. 31. Greg. hom. 20. in Ezech. quod & miraculis illuſtratur, dum enim quidam ignem, obedientiæ gratia, ingreſſus eſſet, flamma ei non nocuit, & alius iuſſus, vt ligno arido ſiſteret, donec vireſceret, mox viridis eſt factus, vt ait Sulpitius. lib. 1. dialog. de virtutibus ſancti Martini. & ſanctus Maurus ad Abbatis imperium ſuper aquas ambulauit. teſte Greg. lib. 2. dial. cap. 7. & Abbas Ioannes ob obedientiæ virtutem ad prophetiæ donum eſt ſublimatus. teſte Caſſiano lib. 4. de inſtitutis renunc. cap. 23. qui & debent à rixis, & controuerſiis cauere, vt charitatem ſeruent.

Verus monachus crucifixus eſt.

Obedientia monaſteria miraculis illuſtrata.

5 Quòd demum continentia rectè Deo voueatur, probatur. Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco?* qui locus intelligitur, quòd Beata Virgo votum continentiæ emiſerat, vt exponunt Niſſ. in orat. de natiuit. Domini. Auguſt. lib. de ſancta virg. cap. 4. Bern. ſerm. 4. ſuper Miſſus eſt. Athanaſ. ſerm. de ſanctiſſima Deipara. Idem probatur. Matt. 19. vbi *Eunuchi vocantur qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.* Quod intelligitur ex voto, vt dicit Epiph. hæreſi 58. & Hier. in d. c. 19. Aug. lib. de ſancta virgin. c. 30. & 1. Timoth. 5. Concilia quoque id probant Anciranum. can. 18. Calcedon. c. 16. Cartag. III. c. 33. Cartag. IIII. c. vlt. Tolet. III. c. 55. Turon. II. c. 16. Moguntin. c. vlt. Rom. ſub Silu. c. 10. Ex Patribus Dion. c. 6. p. 2. eccl. hier. Tert. lib. de velandis virg. Clem. Alex. lib. 3. ſtrom. in princ. Orig. hom. 23. in Num. Ilar. in Pſal. 64. Cypr. lib. 1. ep. 11. Athan. lib. de Humanitate Verbi. Baſ. in procœmio conſtit. monaſt. Naz. orat, de

Caſtitas rectè Deo vouetur.

Digitized by Google

de obitu patris ſui.Chryſ.hom.15.in 1.ad Corin. Ambr.lib.3. de virgin.ante medium.Hier.ep.ad Sabinianum. Aug. lib.1. de adult.coniug.c.24.idque meritò, cùm omne Deo rectè voueatur, quod eſt illi gratius ſi fiat, quàm ſi non fiat, huiuſmodi verò eſt votum continentiæ, quæ eſt perfectior vita,& portio prima gregis Chriſti, vt inquit Cypr.lib.de habitu virg.& Dion.loco cit. Nazian. orat.de obitu ſancti Baſilij.Baſ.c.18.conſtit. monaſt. Chryſ.lib.3.adu. vituperatores vitæ monaſticæ.Aug.lib.1.de moribus eccl. c.31. & eo magis ſi id fiat ex voto, cùm ſic Deo ſit gratius, quàm ſine eo factum,cùm ſic Deo voluntas,& opus offeratur,& id fiat ex voluntate confirmata in bonum, & arctius in eo perſeueretur,vt latè probat Bellar.lib.1.& 2.de monachis,vnde & meritò perpetuæ conſcientiæ votũ aſſumitur in religione,nam ad ſtatum religioſum requiritur abſtractio ab iis quæ impedire poſſunt ne homo totaliter feratur in Deum, vſus verò carnalis copulæ id impedit ob vehementiam delectationis, & ob ſollicitudinem,quam ingerit de gubernatione vxoris, familiæ,*qui enim cum uxore eſt ſollicitus eſt quæ ſunt mundi,& quomodo placeat vxori*: ideò continentia perpetua à coniugali copula requiritur ad perfectionem religionis, vt inquit D.Tho.d.q.186 art.4.

Opus cũ voto melius quã ſine eo.

1.Cor.c.7.

Ex his verò votis,votum obedientiæ præcipuum eſt,primò,quid per id Deo offertur propria voluntas, quæ potior eſt,quàm corpus,vel res externæ,quæ per alia vota offeruntur, & quia ſub obedientia cadit paupertas & continentia, non è conuerſo,& quia eſt eſſentialius Religioni votũ obedientiæ,quàm cætera, quia licet voueatur continentia, vel paupertas, etiam ex voto, id tamen ſine obedientia non pertinet ad ſtatum Religionis, qui præfertur etiam virginitati ex voto ſeruatæ,vt inquit d.Th d.q.art.8.

Obedientiæ votum eſt alijs præcipuum.

Et in his tribus actibus conuenienter dicitur conſiſtere religionis perfectionem, quatenus per eos tolluntur impedimenta per quæ mens impeditur, ne totaliter feratur in Deum,quod facit cupiditas,quæ tollitur per votum paupertatis,concupiſcentia venereorum,quæ tollitur per votũ continentiæ, & inordinatio propriæ voluntatis, quæ aufertur per votum obedientiæ,& quia per hæc tria vota tollitur inquietudo mentis circa terrena,vt ſupra eſt dictum,& etiam quia per hæc perfectum holocauſtum offertur Deo, dum in iis illi offeruntur res externæ, proprium corpus, & pro-

Digitized by Google

pria voluntas: vt inquit D.Th.d.q.186.art.7. ergo in iis conſiſtit meritò religionis perfectio.

Præter hæc tria vota, *non tenentur Religioſi ad alia conſilia ſupererogationis, vt benedicere maledicentibus, præbere alteram maxillam percutienti.* Qui tamen debent ad huiuſmodi conſiliorum obſeruationem contendere, qui & peccant ſi huiuſmodi conſilia contemnant, quia talis contemptus aduerſatur contentioni ad perfectionem, ad quam tenentur, qui & non tenentur implere conſilia quibus tenditur ad perfectionem, vt abſtinentiæ, niſi prout regula pręcipit: vt dicit Valent.2.2.de ſtatib. diſp.10. q.4.punct.4.qui & poſſunt ex eleemoſynis viuere, & mendicare, ſi id agant gratia neceſſitatis, vtilitatis, vel humilitatis, non autem cauſa auiditatis, vel otioſitatis: ſi enim non egerent, tenerentur ſic collecta pauperibus reſtituere, vt & peccarent ſi ob id otiosè viuerent, quia fraudarent benefactores participatione bonorum operum, cuius ſpe eleemoſynas erogarunt. Ij etiam congruè vtuntur habitu abiecto in ſignum contemptus mundanarum rerum, qui ritus antiquiſſimus eſt, ex Dion. c. 6. de eccl. hier. Conc. Gangr. propè fi. Aurelian.V.c.19. Cartag. IIII. c.11. & 104. qui & ex facultate ſuorum ſuperiorum, & Epiſcoporum commiſſione poſſunt, docere, concionari, & confeſſiones audire, & rectè. c.nemo.c placet.16.q.1.c.moderamine. cap.nonnulli.ibid.modo vt alibi.

Pauper fictus ad reſtitutionem tenetur.

6 *Regulares quæ agere, à quibus cauere debeãt,*

Vt ergo Regulares ad perfectionem, quam profitentur perueniant, debent exactè vota emiſſa ſeruare. Et primò, quòd ad paupertatem attinet, nil proprium habere debent, aliàs peccatum proprietarij incurrunt, & mortaliter peccant. cap. ſuper quodam.cap.monachi. cap. cùm ad monaſterium. de ſtatu monac. ita vt nec dicere poſſint aliquid eſſe ſuum. cap. non dicatis.vbi glo.12. q.1. vnde quicquid habent ex donatione, legato, ſucceſsione, laboribus, vel alia ratione, cùm id omne monaſterio acquirant, debent ſtatim ſuperiori conſignare, & in cõmune erogare. Doct.in d.c. cùm ad monaſterium.qui ſuperiores prius eis quibus deſtinatum id eſt in neceſſariis prouidere debent, vt alibi dicitur. ex ſac. congr. elucid.96.& vbi quid defertur ad moniales, debet conſignari Abbatiſſæ, vel Præpoſitæ Rotæ præſente earum procuratore.ſac.congr.elucid.380.nec ſuperior poteſt eis concedere, vt ſtabilia retineant etiam nomine conuentus, nec mobilia

non

Digitized by Google

non neceſſaria, ſed ſuperflua, quæ neceſſaria & eis concedi non valent, niſi reuocabiliter ad nutum ſuperioris. c. nullus. 18. q. 2. c. fi. 20. q. fi. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 2. & quò ad ſimplicem vſum facti, & detentionem naturalem tantum: non autem proprietatē, vel ius vſusfructus, & ſic intelligenda ſunt circa hoc aliàs dicta; qui tamen ſuperior curare debet, vt nil ex neceſſariis eis deſit, iis compatiendo, qui vt Chriſtum ſequerentur, omnia dereliquerunt; minusque ij donare poſſunt, niſi de licentia ſuperioris in vſus pios, & neceſſarios, ac honeſtos, & ſeruata Bulla ſanctiſſimi Clementis VIII. circa munera edita, incip. Religioſæ. 13. Calend. Iulij 1594. ne incurrant pœnas in ea contentas, ſcilicet reſtitutionis, & priuationis officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, nil donādo alicuius momenti, niſi re in Capitulo generali diſcuſſæ, nec poculenta, & eſculenta, niſi de conſenſu ſuperioris, & conuentus, quò ad res minutiores, vel res ſacras pertinentes, vt nec inter ipſos Regulares donare licet, modo vt ibi habetur; qui & ideò poſt profeſſionem teſtari non poſſunt, cùm careant proprio. c. illud. 13. q. 2. licèt fortè diuidere poſſint bona inter filios in ſeculo relictos, iuxta formam. auth. ſi qua mulier. & auth. nunc autem. C. de epiſc. & cler. & ſi ſit nouitius debet, cogitans de ingreſſu, legitimam relinquere monaſterio, cùm habeatur loco filij. Bart. in auth. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. eccl. Rota Rom. deciſ. 92. 2. par. in nouiſſ. Quò verò ad caſtitatē, tenētur perpetuam ſeruare continentiam, ex Conc. Ancit. can. 18. Cartag. III. c. 33. Cartag. IIII. c. vlt. Tolet. IIII. c. 55. & ſi tranſgrediuntur hoc votum, peccāt duplici peccato, ex lege diuina, & ex vi voti, & ſacrilegi extāt: & ſolus Papa cū iis diſpenſat, vt matrimonium contrahere poſſint. Doct. in d. c. cùm ad monaſterium. ex graui tamē cauſa boni duplici. *Quo verò ad obediēntiam*, tenentur regulares ſuo Prælato ſub peccati obligatione obedire. Rom. 13. 1. Petr. 2. c. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. & magis quàm patri naturali, vbi neceſsitas poſt ingreſſum patri ſuperuenit, ſecus ſi ante. Diuus Thomas 3. quodlib. arti. 16. Silu. Religio. 6. §. 9. quod intelligitur cùm Prælatus aliquid præcipit iuxta regulam per ſe votam, in quibus regula expreſsè, vel tacitè, directè; vel indirectè Prælato eum ſubjicit. Diuus Thomas 2. 2. quæſtione 104. articulo quinto. vel ſi ſcandalum ſubſit ſi non obediat, vel ſi Prælatus aliquid præcipit ſub pœna excommunicationis, dummo

Quæ religioſis poſſidēda poſſunt concedere Prælati.

Non parere Prælato eſt peccatum mortale.

dummodo id quod præcipit non ſit iniuſtum, vt & excuſantur ſi non potuere obedire. c. impoſſibilium. de reg. iur. in 6. & non obedire ſine cauſa iuſta eſt mortale, ſi quod præcipitur eſt contra regulam obligantẽ ad mortale, vel adſit ſcandalum graue, vel contemptus, vel præceptum graue, veniale ſi ſub veniali obligat, in dubio tamen eſt obediendum. Silu. Religio. 6. §. 6. vt & promptè eſt obediendum, ſimpliciter. Iac. 1. & velociter.

Ii etiam debent recitare horas canonicas, non ex vi profeſſionis, ſed regulæ, quæ ita ſe habeat. Nau. de celeb. Miſſ. conſ. 18. *qui & debent peccata confiteri ſemel in hebdomada, & communicare ſingulis menſibus.* clem. ne in agro. §. ſanè. de ſtatu mon. idque tantum confeſſoribus proprij ordinis, niſi de licentia Prælati, præterquam in itinere, in articulo mortis, vel in Iubileo id concedente. Graph. de Regul. num. 107. & 108. *qui & tenentur ire ad proceſſiones generales, niſi viuant in ſtrictiori clauſura.* cap. 13. ſeſſ. 25. de Regular. & debent ſingulo triennio Capitula celebrare in Prouinciis. c. in ſingulis. de ſtatu mon. & ſtatuta regulæ ſeruare. d. c. cùm ad monaſterium. & in eorum monaſteriis lectio ſacræ ſcripturæ haberi debet. cap. 1. ſeſſ. 5. in Trid. Conc. & debent ordinari ad Abbatis iuſſionem, niſi iuſto impedimento detẽti. Zab. in d. clem. ne in agro. §. ad ampliationem. & in eorum monaſteriis publicare cenſuras ab Epiſcopis latas, & eas ſeruare, modo vt dicit Nau. cap. 27. num 146. & ſeruare dies feſtos ab Epiſcopo ſtatutos. c. 12. & 13. d. ſeſſ. 25. de Regul. qui tamen non ſubſunt Epiſcopo, niſi in caſibus expreſſis, vt in cap. 3. ſeſſ. 6. de reform. ſeſſ. 25. de Regul. c. 14. ſeſſ. 7. c. 14. in Trid. Conc. & in aliis caſibus expreſſis tantum.

A quibus cauere debent Religioſi.

Ii verò à multis cauere debent. Primò enim nõ debent Baptiſmũ, Matrimonium, Vnctionẽ extremã, vel Viaticum laicis, vel clericis ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi, miniſtrare, aliàs excõmunicationem incurrũt. cle. 1. de priuil. niſi credãt, quòd Parochus cõſentiet, vel parochianus dicat ſe talem licentiã habere: qui nec debẽt ſine licentia ſuperioris, ex iuſta cauſa cõceſſa, exire de monaſterio. ex Conc. Oxionen. ver. quia nonnunquam. *qui & ſi Epiſcopi fiant, habitum mutare non debent.* ex Syno. 8. generali. canon. 27. qui tamen tunc de quæſitis ex beneficio, beneficio acquirunt, & poſſunt fructus in vſus pios, & honeſtos expendere, qui nec debent

debent exire ad Leges, vel Phyſicam audiendam.c.2.c.ſuper ſpecula.ne cler.vel mon. nec poſſunt audire confeſſiones ſecularium etiam ſacerdotum, niſi ab Epiſcopo approbati. ſeſſ.23.in Trid.Conc.c. nullus, *ſemel tamen admiſſi ſi ſint ex mendicantibus, & examinati, non ſunt iterum examinandi:* facia congr.elucid.277. Conc.Trid.ſeſſ.23.c.15. nec debent admittere mulieres intra clauſtra, aliàs incurrunt ſuſpenſionem à diuinis, & priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa, & excommunicationem. ex Bulla Pij V.24. Octobr. 1566.incip.Regularium. & Gregorij XIII. 28. Ianuarij 1575. nec debent dare pecuniam pro habendo aliquod officium in monaſterio, aliter cum accipiente deponuntur. Abb.in c. monachi.de ſtatu mon, nec poſſunt etiã ire ad ſtudia Theologiæ, ſine licentia Prælati, & maioris partis conuentus, niſi ſuperior ſine conuentu ſoleat dare licentiam, vel niſi vadant ad eorum monaſterium, vbi eſt ſtudium, aliàs excommunicationem incurrunt. cap.2.ne cler. vel mon.in 6.qui nec ſepelire debet ſcienter hæreticos in loco ſacro, aliàs excommunicationem incurrunt.cap.2.de hær.in 6.nec interdictos, niſi in caſibus iure expreſſis, nec excommunicatos, aut vſurarios manifeſtos, ſub eadem pœna. clem. 1. de ſepult. *nec poſſunt petere aulas Principum animo nocendi ſuis Prælatis, vel monaſteriis*.clem.ne in agro.§.quia verò. de ſtatu mon. nec retinere arma intra clauſtra ſine licentia Abbatis, ſi ſunt offenſiua.d.§.& modo vt dicit Nau.in Man.cap.27.num.39. nec mendicantes accipere nouas domos, modo vt habetur in clem.cupientes.de pœnis.& per Nau.d.cap.num. 144.qui nec poſſunt obtinere beneficia eccleſiaſtica ſecularia, etiam curata, licet ſint Canonici regulares. ſeſſ.14 cap. 11.in Trid. Conc. Epiſcopatum tamen ſic de licentia Papæ. Abb.in c.fi. num.3.de voto.in cap.quod Dei. num.12. de ſtatu mon. qui nec debent celebrare in oratoriis priuatis non conſtructis, de licentia Epiſcopi, nec admittere ſacerdotes peregrinos ſine dimiſſoriis ſui Epiſcopi.ſeſſ.22.decre. de obſer. & euit.in Trid.Conc.nec admittere laſciua, vel prophana in diuinis.d. ſeſſ.nec tumulos, aut vexilla cõtra Bullam Pij V.5.Cal.Aprilis 1566.in eccleſia admittere, nec abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, ex literis congreg. Concilij elucid. 428. niſi priuilegia pontificia ſpecialiter id concedant; *nec debent admitti ad ordinem ſacrum abſque atteſtatione authentica, quod in religione profeſſionem emiſerint* : ex Bulla 75.Pij.V.

incip.

Digitized by Google

incip. Romanus Pontifex. nec poſſunt inducere aliquem ad vouendum,iurandum,vel promittendum, eligere ſepulturã in eorum eccleſiis,vel electam non mutare,d. clem.cupientes §.fi. de pœnis.modo vt ibi dicit Franc.*qui tamẽ celebrare poſſunt officium defunctorum ſuper defunctis,quos ſepeliũt in eorum eccleſiis,& non canonici,nec clerus,licet adeſſe poſſint,& Parochi inuitari,vt interſint.*ſac.cõgreg. elucid.309. & 320. qui nec debent ſecularia negotia ſequi, & maximè turpe lucrum.ex Sin. Mogunt.c.13. Tolet.IIII.can.51.& 52. nec habitum ſuſcipere,ſpem,vel promiſſionem habentes,vt fiant Abbates, ex Sin. Conſtantin. ſub Nicolao II. Tomo IIII. Conc. nec prædicare in eorum eccleſiis ſine benedictione Epiſcopi, in alienis, ſine eius licentia, & examine. Conc.Trid.ſeſſ.5.c.2.nec in eorum prædicationibus debent aliquid dicere ad auertendum à ſolutione decimarum. Nau. c.27.num.145.nec in eorum concionibus detrahere Prælatis eccleſiarum.clem dudum.de ſepul.Nec eſſe debent fugitiui recedendo ab obedientia ſuperioris,& monaſterio, animo tamen redeundi,aliter mortaliter peccãt, minuſque eſſe apoſtatæ,recedendo,animo non redeundi,ſic enim excommunicationem incurrunt.c.grauis.cap.2.ne cler.vel mon.in 6.Caiet.2.2.q.12.art. 1.cuius ſignum eſt ſi dimittant habitum ſuæ religionis,niſi dimittatur ad vitam ſeruandam, vel de licentia Papæ,vel ex alia cauſa neceſſaria.Franc. in d.c.2. qui nec debent tranſire ad Religionem laxiorem,nec aliam, niſi ex cauſa,& de licentia ſuperioris.c.ſanè.cap.licet de Regul.D.Tho.2.2.q.189.art.9.& animo magis proficiendi,vel ex neceſſitate non valendo in duriori manere,cum licentia, vt ſupra,& ſolus Papa concedit,vt tranſeatur ad laxiorem.c. 19.ſeſſ.25.in Tr. Conc. ſed manere debent in proprio loco, & ibi tranquillo animo progredi, & in via Dei proficere, Deo præſtante, aliàs ſi delinquant, à ſuo ſuperiore puniri debent.cap.cum.de offic. ordin qui ſic tamen agendo non nocent monaſterio,nec contrahendo, niſi vt ad illud peruenit.Nau.com.2.de Reg.qui,vt in via Domini,ipſo præſtante,proficiant, gaudere debent, & Deo gratias agere,& animo conquieſcere,quòd Religionem ingreſſi ſint,quæ tantis bonis eſt decorata, vt initiò eſt dictum, & quod mundum reliquerint periculis plenum, & ob id recolentes ſe mondo nuntium remiſiſſe,animo, vel corpore ad illũ redire nolint; ſed initiò virum prudentem,& probum ſeniorẽ, de licentia ſuperioris,

ſuperioris, cui omnia peccata, & animi paſſiones aperiant, eligant, cui ſe dedant deinceps, vt ſinceriſſimum vas exiſtãt; regulam attentè legentes, & cuſtodientes, ac ſub diſciplina redigentes intellectum, vt fidei ſe ſubjiciat, & rationem, ne inutilia ſcrutetur, & voluntatem, vt nil niſi verè bonum, & ſolidum concupiſcat, & corpus ne animæ offendiculum paret, ſed vt mancipiũ ſub ratione, & diuina lege conſtituatur, & in inceſſu, & omnibus ſenſibus ritè cuſtodiatur: quibus ſic actis, & ritè animo, ac corpore purgati, totos ſe Dei mancipent ſeruitio, & in oratione, ac diuinis officiis, & ſanctiſſimis Miſſæ ſacrificiis, iugiter & ardenter cum Deo cõiungantur, ſacris etiam literis operã dando, & pios libros legendo, quibus ſaluti ſuæ proſpiciant, & proximorũ bonum curãdo, vbi ex officio, vel per regulam licet: ſic tamen vt ſeipſos nõ deſerant, ſed quod à Deo acceperint, in alios ex charitate effundentes, ſimul cum illis ad fœliciſſimam Paradiſi regionem, Deo præſtante, in ſummo illo gloriæ bono, bene operantibus promiſſo, perueniant.

DE MONIALIBVS.

SVMMARIVM

1 *Moniales quibus nominibus appellentur.*
2 *Moniales debent reſpectiuè ſeruare ea quæ dicta ſunt de Monachis.*
3 *Moniales viduæ, & virgines, vt diuerſè recipiantur in Religione.*
4 *Moniales, vt legitimè ingrediãtur Religionem, quæ requirantur.*
5 *Moniales, vt profiteri debeant.*

De Monialium nomine, ingreſſu, bonis, & profeſſione.

Cap. I.

NOtandum primò, quòd Moniales pluribus nominibus appellantur, quandoque enim ſanctimoniales dicuntur in Conc. Cartag. III. cap. ſanctimoniales. 20. q. 1. quandoque deuotę virgines. ex Gelaſio Papa. cap. deuotis virginibus. ibid. quandoque iuuenculæ. ex

1 *Moniales quibus nominibus appellentur.*

Digitized by Google

ex Greg. in regiſtro. cap. iuuenculas. ibid. quandoque virgines. ex Pio papa in cap. virgines. ibid. quandoque diaconiſſæ. ex Conc. Calcedon. in cap. diaconiſſam. 27. q. 1. communiter verò dicuntur, & paſſim Monachæ, id eſt ſolitariæ, à ſolitudine, græcè enim monachus dicitur ſingularis, id eſt ſeparatus à conuerſatione ſecularium. cap. 1. vbi glo. 16 q. 1.

2 *Moniales debẽt reſpectiuè ſeruare ea quæ dicta sũt de Monachis.*

II. Notandum, quòd ea quæ ſuperius de Regularibus dicta ſunt, de fine ingrediendi, modo ingreſſus faciendi, bonis ipſarum, profeſſione emittenda, votis ſubſtantialibus, obedientiæ, paupertatis, & continẽtiæ, & huiuſmodi, de monialibus quoque repetita cenſentur, & eis conueniunt, ſi talia ſint quę fœminis adaptari poſſint, cum & ipſæ regulam monaſticam ordinis virorum amplexæ ſint, ac ſub iiſdem militent ducibus, quibus, & ipſi.

3 *Moniales viduæ, & virgines, vt diuersè recipiãtur in religione.*

III. Notandum, quòd virgines, & viduæ Deo cõſecrantur in religione, ſed illæ profitentur votum virginitatis, hæ tantum viduitatis, & caſtitatis. cap. pen. & fi. 20. q. 1. cap. acutius 26. diſt. cap. viduæ. 27. q. 1. Quæ etiam conſecrantur ab Epiſcopo ſi virgines ſint. cap. ſi iubet, §. fi. cap. presbytero. 26. q. 6. cap. 2. de temp. ordin. Idque diuerſa ratione, nam velum accipiunt virgines: Viduæ verò prohibentur ab epiſcopo velari. in cap. deuotis. §. fin. 20. q. 1. licet & ipſæ accipiant velum religionis, quæ eſt veſtis religioſa, & velum profeſſionis, ſed non velum conſecrationis, quod datur ſolum virginibus, idque certis tãtum temporibus, niſi neceſſitas vrgeat videlicet, *in die Epiphaniæ, hebdomada Paſchali, diebus natalitiis Apoſtolorum, atque Dominicis diebus.* cap. deuotis virginibus. 20. q. 1. quod velum etiam per voluntariam pollutionem ſe polluens non debet ſuſcipere. Nau. in Man. cap. 16. num. 3. Nec poteſt dari corruptæ, nec viduæ, vt ſupra, licet vtraque poſſit recipere velum profeſſionis, ſed non conſecrationis, cum præter conſecrationem Epiſcopi, alia omnia percipiant. cap. viduas. 27. q. 1. cap. viduas. cap. fi. 20. q. Conc. Tr. ſeſſ. 25. cap. 18. Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 18. num. 3. & receptio monialium fit per Abbatiſſam, & alias moniales. cap. ſi. de Regul. in 6. non autem iis inuitis per ſuperiorem. Fuſch. loco cit. num. 41. & ſupra de hoc eſt actum cum de Regularibus ageretur. Et meritò virgo præ aliis priuilegiatur, cum virginitas ſit flos eccleſiaſtici germinis, decus gratiæ ſpiritualis, laudis & honoris opus integrum, illuſtrior portio gregis Chriſti, vt inquit ſanctus Cipr. ſerm. de di

pli

Digitized by Google

plina, & habitu virg. col. 2. à Deo magnum proinde præmium expectantes, vt ibi dicit, maximè ſi ſic ſe Deo vouerunt, vnde & liliis comparantur ob humilitatem, & ſplendidam, ac immaculatam virginitatem, ab Ambr.lib.de inſt. virg.cap.15.& vt ſtellæ ſunt in manu Domini,vt idem dicit ad virg.lapſam.c.2.in fi. & eorum vita videatur Angelorum vita in terris. Idem de inſt.virg.c.18.& apibus comparãtur, vt idem dicit de virginib.lib.1.ob laborem,pudicitiam,continentiam,rore enim paſcuntur, neſciunt concubitus, mella componunt, ros eſt ſermo diuinus, quo virgines paſci debent,inſciæ concubitus, & laborioſæ in operibus bonis, vbi & auro comparantur,& regno,auro, quia ſicut illa maceries examinata igne,pretioſior eſt, ita corporis ſpecies virginalis,ſpiritui conſecrata diuino, formæ ſuæ acquirit augmentum;Regno,vel quia virginitas eſt ſponſa regis æterni, vel quia inuicta,à carnis illecebris captiua nõ habetur, ſed quaſi regina dominatur, & ex aliis quibus virginitas à ſanctis Patribus paſſim commendatur. His ita notat. *Laudes virginum.*

4 *Monialis vt legitimè ingrediatur religionẽ, quæ requirãtur.*

Primum ſit dictum. Monialis debet legitimè ingredi Religionem,quòd vt fiat,plura requiruntur.

I. Vt deliberatè,& maturo conſilio id faciat,& finem debitum ſi proponat,modo quo ſupra,de Regularib.cap.3.eſt dictum. primo,& ſecundo dicto.

II. Requiritur,vt volens non inuita id agat,vt ibi eſt dictum.ex Conc.Trid.ſeſſ.25.cap.18.

III. Vt ſit ætatis legitimæ, vt ſcilicet ante decimumſextum annum completum profeſſionem non emittat, & ante ſaltem per annum in probatione ſteterit, vt ibi eſt dictum. ex Conc.eod.c.15.aliter profeſſio eſt nulla, & nullam inducit obligationem,& Epiſcopus declarare debet nullam profeſſionem ante factam. ex deciſ. congr. 335. & 368. etiam ſi defuerit vnam tantum dies anni in probatione non expleti. ex d.Conc.c.20.Silu. Religio.3.num.19.ver.3. & ſimoniales admittunt aliquam ad profeſſionem intra annum probationis,incurrunt ſuſpenſionem.c.non ſolum. de Regul.

IIII. Vt puella maior duodecim annis habitum regularem non ſumat,nec poſt profeſſionẽ emittat, quàm Epiſcopus,vel alius de eius mandato,& ſuperior regularis. ex ſacr. congr.elucid.144. eius voluntatem explorarit,an libera, vel coacta ingrediatur, aut ſeducta, vel an ſciat quid agat,& an eius voluntas ſit pia,& an habeat cõditiones requiſitas iuxta

regulas illius monaſterij,& ordinis,& an monaſterium idoneum ſit,vbi liberè profiteri,& ritè poſſit, cuius profeſſionis tempus per menſem ante Epiſcopo ſignificetur, aliter præfecta ab officio arbitrio Epiſcopi ſuſpenſa ſit. c.17. ead. ſeſſ. Epiſcopus tamen vt exploret huiuſmodi voluntatem, non debet ingredi ſepta monaſterij,ſed id agat in feneſtella cancellorum,& puella ſit in loco libero, & tuto, vt ſic eius voluntas ſit libera.cap.7.§.is verò. & cap.17.ſeſſ.25. de Regul. in Trid.Concil.Fuſch.de viſit.lib.2.cap.18.nu.40. & ad Epiſcopum ſpectat explorare huiuſmodi voluntatem, etiam ſi monaſterium ab Epiſcopo ſit exemptum cap. 17.ſeſſ.25.de Regul.in Concil.Trident. & congr.deciſ.144.& 261. vt & procedere idem poteſt contra egreſſas è monaſteriis prædictis,& ſuperiores qui ad id licentiam dederint, qui ſuperiores nec habitum eis dare poſſunt, antequam ab Epiſcopo ſint examinatæ,& idem contra Abbatiſſas id agentes procedit.d.deciſ.

V. Vt nulla renunciatio, vel obligatio bonorum ingredientis fiat ante ætatem decem & ſex annorum, aliter non valeat etiam cum iuramento,vel in fauorem cauſæ piæ,niſi cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, quæ renunciatio, vel obligatio, aliter non ſortiatur effectum, niſi ſecuta profeſſione, & ſi ſecus fiat omnis obligatio irrita ſit etiam iurata.cap.16. ead. ſeſſ.

VI. Vt dum ſtant in probatione, nil eis detur à parentibus,vel propinquis, vel curatoribus, aut eius monaſterio ex bonis ipſarum, excepto victu & veſtitu, ne ſic cogantur ibi manere,imò ſi abire velint,ſub anathemate omnia illis ſunt reſtituenda.d.cap.16.

VII. Vt antequam puella in Capitulo recipiatur, cõſenſus Epiſcopi,& ſuperioris Regularis præcedat, quæ ab Epiſcopo non eſt admittenda niſi poſt annum quo animũ ſuum præfectæ,& monialibus aperuerit,vt interim cognoſcat inſtituta,& labores monaſterij, & moniales eius voluntatem, & par eſt,vt mox confiteatur cõfeſſario monaſterij qui eam inſtruat, & Euchariſtiam ab eo accipiat,nec recipiatur, niſi ex tribus duas ſuffragiorum partes habeat, & cum recipitur in librum eius nomen referatur, tum tempus quo habitum ſuſcipiet,& poſt profeſſionem emittet, interim omni inani habitu dimiſſo oſtendens ſe ſeculi vanitatibus renunciare,

quem

Digitized by Google

quem habitum non ſuſcipiat, niſi de conſenſu Epiſcopi, qui prius eius voluntatem exploret ætatem, & mores.c.17.ead. ſeſſ. *quæ minor duodecim annis non ſit, nec eum habitum ſumat, niſi poſt ſex mẽſes, quàm ad Capitulum eſt admiſſa*, niſi aliud Epiſcopo videatur, & tunc ſi ante nõ recipit ſacramentum cõfirmationis, ei miniſtretur, & nomen alicuius ſanctæ ei imponatur, in quo habitu ſuſcipiendo nulla pompa adhibeatur, ſed à propinquis intra eccleſiam exteriorem ducta, in ea prius Miſſa audita, & Euchariſtia ſumpta, & ab Epiſcopo habitu ſacro induta, vel alio de eius licentia, niſi aliqui alij ex priuilegio id habeant, & ſermone pio ad id opus ſanctè peragendum accenſa, à Monialibus intra ſepta introducatur cum aliquo pio cantico; & cum puella iã ſit intra monaſterium, Epiſcopus ob eam cauſam non ingrediatur ſepta monaſterij, ſed ad feneſtras collocutionis, ſeparatim à monialibus eam interroget de eius voluntate an libera, vel coacta ſit, de fine, &c. idque fiat præſentibus duabus matronis honeſtis non conſanguineis, vel coniunctis puellæ. ex deciſ. ſacr. congr. 272. 412. 456. & 458. quod etiam fieri debet antequam dicta puella iam induta habitu monachali ſolemniter profiteatur. d. cap. Concil. Trid. & ex ſacra congr. deciſ. 167. & quod reſpõdit puella, ſcribatur in actis à notario præſentibus teſtibus idoneis. ex deciſ. 272. congr. & ſi dicit ſe vi ingreſſam, vel metu, non auditur, niſi intra quinquennium, & habitu non dimiſſo. ſeſſ. 25. capit. 19. & deciſ. 410. ſacr. congreg.

VIII. Requiritur, vt ingreſſus liber ſit ab omni labe ſimoniæ, vt ſupra. d. c. 3. de Regul. dictũ eſt. Ampliatur, vt nihil omnino dare, vel recipere liceat pro ingreſſu monaſterij, cum ſic ſimoniacum ſit, cum ſit vendere ſpiritualia, contra c. quoniam. de ſim. *Limitatur tamen* ſi quid detur non pro ingreſſu, ſed pro ſuſtẽtatione ingredientis, vbi monaſterium illam ſuſtentare non valet, ſic enim tollitur vitium ſimoniȩ, vt inquit Tur. Cr. in c. Saluator. 1. q. 3. num. 13. & dixi cap. de ſimonia. Et licet in c. 1. de Regul. in 6. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. in fin. ſtatuatur, vt non recipiantur plures in monaſteriis, quàm eius facultates, vel cõſuetæ eleemoſynæ ferre poſſint, id tamen ſine gloſſ. videtur intelligi, ſi recipiantur indotatæ, ſi enim dos eis detur pro earum ſuſtentatione, non videtur prohibitum, maximè ſi adſit rationabilis cauſa, vt quia in ſeculo eſſent in periculo, vel magno deſiderio religionis

Digitized by Google

teneātur,cum ex hoc nullum prioribus monialibus,vel monaſterio præiudicium inferatur,& cultus Dei augeatur,cum licentia tamen Papæ,ſine dote tamen recipi non poſſent. & Feli.in c.non ſatis. de ſim.dicit, monialem non poſſe petere legitimam ſi pater poſuit ſuper altare, monaſterium tamen id poteſt,vt ſupra de Regul. habetur, & ſi non profeſſa moritur,ſi erat in habitu, quæ cōtulit monaſterio eius ſunt,alia non. Doct.in c.in præſentia de probat.& dixi ſupra tract. de Regular. & dos poteſt eſſe minor legitima, vt dixi tract. de Dote. Vbi verò monaſterium eſt diues , & non eget,& plures ſuſtentare poteſt,licet non deberet recipere aliquas cum dote , tamen ſi recipiat eam non pro ingreſſu , quia ſic eſſet ſimonia , ſed pro aliqua honeſta cauſa , non videtur eſſe illicitum,quia non exigitur pro ingreſſu, & ſic nil ibi eſt ſpirituale; ſed pro ſuſtentatione ingredientis , verbi gratia , ſi monaſterium vellet colligere aliquam ſummam pecuniæ ad reparandum ipſum monaſterium , quod ex reditibus reparari non poteſt.

II. Si ingredientes,& dantes dotem ſint diuites,& ſic reſeruari poteſt locus recipiendi aliquam virginem pauperem ſine dote.

III.Si numerus ille determinatus difficilè ali poſſet ſumptibus monaſterij , niſi cum aliquo incōmodo monialium, tunc enim etiam ſi aliquæ deeſſent ad ſupplendum numerum,poſſet exigi dos, vt ſit commodior victus. Extra quos caſus, vel ſimiles , non debet monaſterium exigere dotem, niſi quando aliquam recipit vltra numerum quem alere poteſt;& bonum eſſet vt talis dos conſeruaretur, & in ſtabilia, vbi illa habere licet conuerteretur.

Circa verò ſummam dotis exigendæ , debet eſſe moderata,& non excedens neceſſariam ſuſtētationem ingredientis,quòd ad victum,veſtitum, medicinas,&c. iuxta regionis qualitatem , vbi enim charior eſt victus , & veſtitus augeri poteſt,& contra,minui,& in nouis monaſteriis non videtur excedens ſi mille aurei exigantur,vt dicit Caiet. 2. 2. quæſt. 100. artic.3. in aliis vbi cara eſt annona victus exigi poſſunt etiam octocentum , & minus vbi eſt vilior. licet Nauar. in Apol.quæſt.1.monit.84.nimiam putat talem eſſe ſummam, de qua re latius egi. cap. de Sim.& ſacr. congreg.deciſ.216. dicit,quòd circa dotis quantitatē attendenda eſt locorũ qualitas, & perſonarũ , & ſimiliter ſumptus fiendi in velo ſuſcipiendo

Digitized by Google

piendo,& profeſſione, debent ab ordinario taxari. ex deciſ. 458.ſac.congr. & ſi qua puella introducta eſt in monaſteriũ cauſa monachationis,nec poteſt dare dotem,nõ debet eiici, in poſterum tamẽ nulla talis recipi debet.ſac.congr.decl.58. & vbi à patre filiæ non eſſet relicta dos certa, debet ei dari ſecundùm conſuetudinem monaſterij. Afflict.deciſ. 348. ſic tamen,vt dos non detur pro ingreſſu religionis, ſed pro ſuſtentatione ingreſſæ.

5 *Moniales, vt profiteri debeant.*

Secundum dictum. Finito nouitiatu, monialis profiteri debet, ante tamen per mẽſem certiore de hoc facto Epiſcopo,qui explorare debet,ex elucid.144. congr. etiam in monaſteriis exemptis, & etiam in ingreſſu, & ſimul ſuperior eius voluntatem,& progreſſum in inſtituto monaſtico, & officio recitando,& huiuſmodi, cum nulla monialis ſit quæ ſtato tempore profeſſionem non emittat, etiam ſi ſit cõuerſa,vel habitu dimiſſo,ſi non eſt profeſſura, domum reuertatur.ex Bulla Gregorij XIII.3.Cal.Ian.1572. & tenetur palam profiteri etiã ſi tacitè ſit profeſſa.ex ſac.congr.eluc.221. & debet tempus pręfigi non profeſſis ab ordinario, quindecim,vel viginti dierum ad deliberãdum an profiteri velint, & ſi nolint,ad cõſanguineos ſunt remittendæ.ex deciſ.285. ſac.cõgr.Abb.in c. vt clerici.nu.1.de Regul.vnà cum iis quæ dederunt monaſterio,excepto victu,& veſtitu facto tempore nouitiatus,vt ſupra.d.c.16.de Regul.in Trid.Conc cap.ſi beneficium.de Regul.in 6.& moniales quæ ſunt ordinis requirentis profeſſionem,etiam ſi tacitè profeſſæ ſint, coguntur,& expreſsè profiteri.cle.2.de Regul.deciſ.250.ſacr.cõgr. Hæc verò receptio ad profeſſionem fit per electionem Abbatiſſæ,& aliarum monialium.c. fi.de Regul. in 6. cum per profeſsionem incorporetur religioni, quæ incorporatio fit per valẽtes obligare monaſterium illi, & ideò iis inuitis per ſuperiores id fieri non valeat:vt dicit Lapus alleg.31.1. concluſ.& ſupra eſt dictum, vbi de profeſsione Regularium eſt actum,quę & hic,& ſimiliter de bonis monialium cenſeantur repetita,quæ & lucra manuum Abbatiſſæ tradere debẽt, vel deputatis cuſtodib.ex Conc.Trid.ſeſſ.25.de Regul.c.2.

SVMMARIVM.

1 *Moniales à quibus cauere debeant.*
2 *Moniales quæ agere debeant.*
3 *Moniales quibus priuilegijs gaudeant.*

Digitized by Google

De officio,& exercitio Monialium,à quibus abſtinere,quídve agere debeant,earum vita & honeſtate. Cap II.

CVM vita religioſa exercitium ſit ad perfectionem adipiſcendam, icc irco Moniales omni conatu, Deo dante, contendere debent,vt ad eam perueniant. Et quia *prius eſt ceſſandum à malo, & poſtea bonum faciendum.* Pſal. 33.

1 *Moniales à quibus cauere debeãt.* *Icc irco primum ſit dictum.* Multa ſunt, à quibus Moniales cauere debent,eo quòd ſint iis prohibita, præter ſuperius enumerata, ſupra de Regularibus per totum, & maximè cap.3.& 4.

Et primò non poſſunt accipere mulieres ſeculares ad cohabitandum ſine licentia Epiſcopi, nec aliquos præter neceſſarios ſeruientes. ex Conſtit. Oxonien. ver. inhibemus etiam,in principio;quæ tamen non debent recipi, niſi vbi monaſteria egent,& tales recipere conſueueré, niſi charitas requirat,vt recipiantur,vt quia orbatæ ſint parentibus, & in ſeculo in periculo verſentur,& his conditionibus.

I. Vt admiſſa non ſit minor decẽ annis, nec maior quindecim,cum admittitur,niſi aliud Epiſcopo videatur.

II.Vt eam ſummam pecuniæ annuam dent monaſterio, qua ali commodè poſſint.

III. Cùm ad vigeſimumquintum annum peruenerint, emittantur niſi ſacrum habitum induerint, & cum habitum volent ſuſcipere, prius parentum habeatur cõſenſus,& apud eos per menſem maneant, quæ & reſtituendæ ſunt patri ſi eas quandocunque petierit.ſac.congr.elucid. 278. & ſi coniugata ibi ſit,& in periculo ſit vitæ ſi exeat, debet ibi manere,ſine ancillis tamen.ſac.congr.eluc.108.

IIII. Vt non recipiantur,niſi ex honeſtis parentibus ortæ,& caſtis moribus ornatæ.

V. Vt id fiat de licentia Abbatiſſæ,& aliarũ Monialium.

VI. Dum ibi manent veſtitu ab omni ornatu ſuperfluo vacuo vtantur.

Nota. VII. Quòd nullam famulam ſecum adducant.

VIII. Vt loco ab aliis monialibus ſeparato cibum ſumant,& dormiãt,præter eas quæ illarũ curæ præpoſitæ ſunt.

IX. Vt à ſuo monaſterio nunquam exeant, aliàs iterum

non

Digitized by Google

non recipiantur, niſi cauſa infirmitatis curandæ Epiſcopus ſemel id tantum conceſſerit, nec cum aliquo loquantur, niſi ſeruatis iis quæ moniales ſeruare tenentur, de quibus ſupra eſt dictum, quibus ſeruatis ibi eſſe poterunt, cum ibi regulam diſcant, ſi tales eſſe volunt, honeſtatem, obedientiam, & humilitatem cuſtodiant, & bonis moribus imbuantur. Ex deciſ. verò ſacræ congreg. vlterius requiritur, vt ſint ſine ancillis, & ingrediantur cum licentia ſuperiorum in ſcriptis: viduæ verò ibi non ſunt recipiendæ, niſi moniales fieri velint. ex deciſ. congr. 57. 122. 214. & 475. nec mulieres timentes ſæuitiam viri. ex deciſ. 159. niſi ex graui metu, quæ tenentur ad clauſuram, & de conſenſu monialium. deciſ. 132. congreg.

II. Non debent habere Moniales velum, vel peplum ſericum, nec in velo deferre acus aureas, vel argẽteas, nec zonas ſericas, aut auro, vel argento textas, nec burneta, nec veſtes excedant longitudinem corporis, ſed pede decenter ſuperducto, ſufficiant eis; & ſola monialis conſecrata deferat annulum, & vno ſit contenta olim, aliàs regulari ſubiaceat diſciplinæ, vt habetur in d. Conſtit. Oxonien. Tomo III. Concil. ver. ad hæc quoniam ſexum. *Serico velo aut acu argentea vti non debent moniales.*

III. Non debent intus aliis inſtrumentis vti quàm harpicordo, nec foris per alios præter organum, quæ & non poſſunt diſcere cãtum figuratum foris ab aliquo etiam ad feneſtellam, nec ſoni ſcientiam, niſi vbi intus moniales organo vtuntur, ſic enim ad feneſtellam organiſta tantum id docere poterit. Conc. I. Med. tit. de monialibus. verbo, Clauſura. propè fin. Tomo V. Conc. quæ & non poſſunt indui veſte virili, vel muliebri ſecularium, nec ad aliquem ſecretò literas mittere, præter Epiſcopum, vel ſuperiorem in re graui, nec ad ſe miſſas aperire, niſi præfecta coram vicaria eas prius legerit, nec quicquam depoſiti cauſa habere, nec offas facere, quas vlli donent, ne tempus terant, vt ibi habetur.

IIII. Non debent pœnitentiam ſibi à præfecta impoſitam recuſare, aliter ſibi ipſæ diſciplinã ad pedes monialium faciant. d. Conc. Mediol. ver. de monialium numero.

V. Non debent tenere ſanctiſſimum ſacramentum Euchariſtiæ intra chorum, vel ſepta monaſterij. d. Conc. ver. de diuin. officiis. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 10.

VI. Nil vt proprium poſſidere poſſunt, aliter actiua, &

paſsiua voce biennio priuantur. d. Conc. ver. de communi vitæ vſu.modo quo infra.

VII. Ambire non debent honores, vel officia ſui monaſterij, aliter per tres ſextas ferias ad pedes monialium, cum fautoribus ſuam accuſent ambitionem. d. Conc. ver. de Præfectis.

VIII. Non debent habere ſpeculos, catulos, vnguenta, & huiuſmodi vana, nec tempus terere in formandis imaginibus fucatis.d. Conc. cauendo ab aliis etiam quæ ibi prohibentur, in leuibus tamen aliquid eis poſſe indulgeri videtur.

IX. Confiteri non debent, niſi confeſſori ad id ab Epiſcopo approbato,qui tamen ſepta non ingrediatur, nec ibi pernoctet etiam in foraſteriis, niſi vbi alicui moniali mors imminet,idque de Epiſcopi licentia, & ſimiliter non poſſunt admittere aliquem ad celebrandum ab Epiſcopo non approbatum,vel à ſuperiori monaſterij,ſi monaſterium Regularibus ſubditũ ſit.d.Conc. Mediol. qui Epiſcopus etiam poteſt viſitare moniales quas ſolet, in petitorio verò qui prætendunt agant,ſac.congr.elucid.189.quas & poteſt viſitare quò ad clauſuram, licet prætendant exemptionem, & ea quæ ſpectant ad rerum ſpiritualium cultum.ſeſſ.25.cap.8. & 9.in Tr. Conc.ſac.congr.elucid.140.& 172. & prouidere debet in iis quæ faciunt ad earum clauſuram.ſac.congr.elucid.87.& ſi moniales egrediantur è monaſteriis, etiã exemptis, Epiſcopus eas punire poteſt per cenſuras, & alia iuris remedia.ſeſſ.25.c.5.ſac.congr.elucid. 232. & ſumptus fiendi in velo ſumendo, & profeſsione ab Epiſcopo ſunt taxandi, & pecunia in ingreſſu pro veſtitu dãda eſt Abbatiſſæ. ex ſac. congr.elucid.412.

X. Alienare non debent bona monaſterij,permutare,vel locare,vltra triennium,Papa inconſulto, & ſeruatis ſeruandis c.1.de rebus eccleſ.in extrau.communi.

XI. Non debent cum aliquo loqui, niſi de licentia ſuperioris,& niſi alia prouectiori præſente.c.diffinimus. 18. q.2. c.in omnibus.diſt.81.modo ſupra expoſito.

XII. Non poſſunt habere proprium.c.non dicatis. 12. q.1.c.cum ad monaſterium.de ſtatu mon.Conc. Tr. ſeſſ.25. cap. 2. vbi immobilia in priuato poſsidere omnino vetantur.Aug.tract.6.in Ioann. Chryſ.in Luc. cap.6. & ſi quid eis legatur, donatúve, vel earum induſtria partum ſit, tradi

debet

Digitized by Google

bet Abbatiſſæ, quæ eius iudicio, ex eo primum prouidebit neceſſitati talis monialis, reliquum conferri debet ad vſum monialium. ex deciſ.154. ſac.congreg. poſſunt etiam ſuperiores permittere eis vſum mobilium, eorum ſtatui,& paupertati congruum, & huiuſmodi. Gome. tract.de breu.numero 18. ſic tamen, vt ſint paratæ ea dimittere ad libitum. ſuperiorum.Io. And. & Abb.in cap. 2.& d.cap. cùm ad monaſterium, non poſſunt tamen ſuperiores eis permittere vt habeant annuum cenſum, cùm ſit quid immobile. glo. in clemen. 1. §. cúmque. de verb. ſign. nec etiam ſi extinguatur cum perſona. ex deciſ.390. ſacr.congr. nec vſum pecuniarum quæ ſunt in banchis, quia ſunt numerandæ inter immobilia.Tiraq. de vtr. retr. in glo.7. §.1. num.113. ſed tantum mobilium,quò ad vſum,& detentionem facti naturalem tantum, ea verò donare non poſſunt. Sot. in 4. ſent. diſt. 1.art.1.& ſi monialis ſit feudaria, feudum, ea viuente, quò ad commoditatem, manet apud monaſterium. Capyc. deciſione 10. num.17. Zerola in praxi ep. verbo, Moniales.nu.5.

XIII. Non debent loqui cum aliquo, niſi ſociatæ cum duabus, vel tribus. cap. in decima. 10. quæſt. 2. nec literas ſcribere ſine licentia Prioriſſæ, ab iis primo viſas, nec facere ſibi compatres in baptiſmo. ca.peruenit. 1. 18. quæſt.2. nec ferre veſtes diuerſi coloris.cap.fi.20.q.1.Zerola ibi.num.7.

XIIII.Tacitè, vel expreſsè profeſſæ,non poſſunt egredi ex monaſterio, ex cap. periculoſo. de ſtatu Regul. in 6. & Concil. Trid.ſeſſ.25.cap.5.& ex Bulla 100. Pij V. vbi decernit, eas non poſſe egredi, niſi ob lepram, vel peſtem,& cum licentia ordinarij, & eorum ſuperiorum, aliàs incurrunt excommunicationem Papalem, & priuationem officiorum,& idem poſſunt cauſa incẽdij.Nau.c.27.nu.150. notab. 65. idem habetur in Bulla 36. Gregorij XIII. extra quos caſus crediderim requiri debere Papæ licentiã ad egrediendum, etiam vbi aliqua ſine contagione aliarum intus manere non poſſit, vt ob morbum ethicum,vel lepram, licèt Fuſch.in eius ſing.verbo,Monialis. dicat, Epiſcopum id poſſe concedere tunc,cùm per paucas iis inſeruiri poſſit, & Pius V.in eius Bulla 8.decreuit, vt deinceps non recipiantur conuerſæ quæ nolunt emittere poſſeſſionem, nec viuere in clauſura,& quæ modo profeſſæ nõ ſunt, nec profiteri volũt,

domum ſuam reuertantur, habitu dimiſſo. & Greg. XIII. Bulla 13. prohibet etiam ne moniales tertiariæ habeant hoſtium, per quod è monaſterio ingredi poſſint ad eccleſiam exteriorem, vt nec egredi poſſunt à ianua monaſterij interiori, quæ eſt pro clauſura, ad claudendum ianuam exteriorem, per quam ſeculares adeunt Rotam, dicta Bulla.

Secundum dictum. Moniales multa præſtare tenentur.

2 *Moniales quæ agere debeant.* I. Monialem habitum ſi qua ſuſceperit poſt mariti mortem, & iterum nupſerit, debet pœnitentiam agere, & redire ad quod promiſit. cap. quod interrogaſti. 27. diſt. quod intelligitur ſi id vouit.

II. Monialium violatores ſi clerici ſint, etiam Epiſcopus, deponendi, ſi laici excommunicandi ſunt. ex 6. Sin. Conſtantinop. can. 4. c. ſi quis. 27. q. 1. & ipſæ grauiter puniuntur. cap. in eodem. 2. q. 3.

III. Debent rectè, & iuſtè ſecundùm regulam viuere. ex Conc. Moguntiaco. cap. 13. Tomo IIII. Conc.

IIII. Debent omnes in vno dormitorio dormire, & ſingulæ in ſingulo lecto, & vbi domus anguſta ſit, tres ſaltem lecti in vno cubiculo ponantur, vbi ſingulæ ſingulo in lecto dormiant, & communiter in vno refectorio cibum capiant. ex Conſtit. Oxonien. ver. quia nonnunquam ſerpens. & d. Conc. Mediol. I. tit. de monialibus.

V. Diu noctuq; chorum frequentare debent, piè, & deuotè diuinum officium recitando, amoris colloquiis, riſibus, & huiuſmodi abſtinere, & per horam ſaltem mentaliter orare, dimidia poſt Matutinũ, & altera poſt Nonam, vel Completorium, & certo hebdomadæ die officium mortuorum recitare debent. d. Conc. Med. ver. de diui. offic. niſi legitimè impeditæ aliquæ ſint.

VI. Singulis menſibus tenentur confiteri, & ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumere, quibus ab Epiſcopo bis vel ter in anno, prætèr ordinarium confeſſorem, extraordinarius ab Epiſcopo offeratur, cui omnes confiteantur. ſeſſ. 25. c. 10. in Tri. Conc. & quo die communicarint, cum nullo, niſi ex cauſa graui colloquantur. d. Conc. Mediol.

VII. Cùm ad aliquod monaſterium transferunt, mane deduci debent à propinquis, & maturis viris comitatæ. ex Conc. V. Mediol. tit de monialibus.

VIII. Debent in menſa legere librum aliquem ſpiritualem

Digitized by Google

tualem ab Epiſcopo approbatum, & aliquam regulæ partem.d.Conc.Mediol.

IX. Vbi ædes vicinorum in monaſteria inſpiciunt, parietes monaſterij altius tolli debent.d.Conc.Mediol.

X. Tenentur ad clauſurā perpetuam. ſeſſ.25.c.5.& etiam cùm eſt eligenda perfecta, id debet fieri ad feneſtras collocutionis coram ſuperiore ſuffragia occulta accipiente. ſeſſ. 25. cap.7. quæ habere debet duas ex tribus partes ſuffragiorum, vicariam tamen, & aliàs dimidiam partem habere ſat eſt, & ianua monaſterij die vna claue, nocte duabus claudi debet, nec ſine licentia præfectæ aperiri, & ad feneſtellas collocutionis ferrei cancelli apponi, & intus lamina ferrea foraminibus diſtincta, & ibi haberi nō poteſt oſtium quo moniales ingrediantur eccleſiam exteriorem, vt nec è ianua monaſterij tranſiri ad aperiēdam, vel claudendam ianuam vlteriorem, quo aditus eſt ad Rotas, vt ſuprà, cùm illa ianua ſit extra clauſuram, vt declarat Gregorius XIII. 3. Calend. Ianuarij 1572. & circa clauſuram, plura dicit Nau. comment. 4. de Regul. numero 39. cum ſeq. dicens omnes etiam conuerſas, militares, tertiarias, etiam vbi nunquam eſt ſeruata, ad eam teneri, dicens tamen infantes diſcretione carentes poſſe ingredi, non autem factos puberes. d.comm.259.

XI. Præfecta cum vicaria ter in anno, debent videre cellas, lectos, & libros monialium, auferendo quod non conuenit earum ſtatui, & præfecta reuidere libros eius quæ expendit pro monaſterio, & ſingulis quibuſque tribus menſibus, dati, & accepti, rationes ad Capitulum referre, & ad ſuperiorem.d.Conc.Mediol.

XII. Poſſunt viſitari ab Epiſcopo etiam exemptæ circa clauſuram, & id impedientes incurrunt excommunicationem. ex Bulla Gregorij XIII. vt dicit Fuſch. de viſit.cap. 18.nu.56.57.& 58.eas tamen non grauando impenſis grauibus: vt ibi dicit nu.59.

XIII. Debent tonderi. Abb.in c.ſi quis ex clericis.de vita, & hon.cler. nec poſſunt vti coma, vel crinibus comatis, maximè in Italia, vbi talis non eſt conſuetudo: vt inquit Zabar.in clem.2.§.viſitatores.de ſtatu monach.

XIIII. Subſunt viſitationi Epiſcopi, vel alterius ſuperioris, & ſi quis impedit huiuſmodi viſitationem incurrit excommunicationem maiorem. Nau.cap.27. numero 140.

&

Digitized by Google

& probat Fuſch.lib.2.de viſit.cap.18.nu.58. vbi ad idem allegat Bullam Grregorij XIII.

Tertium dictum. Moniales multa poſſunt.

5 **Moniales quibus priuilegijs gaudeant.** *Primò* enim habent peragere electionem Abbatiſſæ. Abb. in cap.cùm dilectus.nu.29. de conſuet. & poſſunt compromittere electionem Abbatiſſæ in maſculum. idem in c.cauſam quæ de elect.

II. Gaudent priuilegio canonis ſi quis ſuadente. idem in cap. veniens. de ſent. excomm. & ſi ſe percutiunt poſſunt ab Epiſcopo abſolui, licèt exceſſus ſit enormis. idem in c. de monialibus. de ſent. excomm. qui idem ſentit in quacunque excommunicatione, vbi tamen per literas abſolutio à Papa obtineri valet, vt hodie fit, extra caſum.c. ſi quis ſuadente. ab eo in caſibus illi reſeruatis, expectanda eſt abſolutio.

III. Poſſunt ingredi monaſterium ſtrictius. idem in c. ea quæ.de ſtatu monac.cum licentia, & tamen ex cauſa debita, vt ſuprà, & modo debito, vt proximè dictum eſt.

IIII. A decimis perpetuò eximuntur. ex Bulla 23. Pij IIII. incip. De ſtatu.

Quartum dictum. Cùm moniales ad perfectionem tendere debeant, vt ad eam perueniant, Deo duce, ea obſeruare debent, quæ alibi Deo dante, dicentur de exercitio religioſorum, & virgines ab Epiſcopo conſecrari debent, viduæ benedici.

Cætera videnda ſunt, quò ad Abbatiſſas, ſuprà de ſtatu Prælat.ſub cap. de Abbatibus in fin. vbi de Abbatiſſis fit mentio.

Reliquum eſſet pro explemento Tractatus Regularium, vt ſubjicerentur ea quæ ſpectant ad Regularium vota in ſpeciali, eorum vitam, & honeſtatem, & ſpiritualia exercitia, & illorum tranſitum ad beneficia, & aliam religionem, quæ fusè, Deo bene fauente conſcripta ſunt, & a ſancto Officio approbata, in ſex capita redacta, ſed quia viſum eſt Bibliopolæ opus nimis excreſcere, alio tempore, Deo fauente in lucem edentur, interim multa ad eas res ſpectantia, ſtrictim ſub fin. cap. 4. de Regularibus ſunt explicata.

SVMMA

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Eremitæ qui dicantur.*
2 *Eremitæ ſunt veri religioſi.*
3 *Eremitæ monachi fieri poſſunt, & quæ alia agere.*
4 *Eremitæ ſub obedientia Epiſcopi viuunt.*

DE EREMITIS.

NOTANDVM, quòd Eremita propriè dicitur, 1 *Eremitæ qui dicantur.* qui Eremum colit deſiderio vitæ ſolitariæ. c. qui verè. 16. q. 1. Et eſt in duplici gradu, quidam eſt adſtrictus obedientiæ alicuius Religionis approbatæ, ducens tamen vitam Eremiticam de licentia ſuorum ſuperiorum ex deſiderio ſolitudinis, quod licet. cap. cum ex eo. de exceſſ. præl. in 6. quod tamen concedi non debet, niſi viris perfectæ ſanctitatis, cum imperfectis periculoſum ſit ſolitariè habitare: vt inquit D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 8. & hic dicitur Eremita, ſed non eſt talis præciſè, ſed Religioſus ducens vitam Eremiticam. Alius eſt Eremita non adſtrictus obedientiæ alicuius religionis, ſed eligit vitam Eremiticam ſub ſpiritu libertatis, licet teneatur obedire Epiſcopo, & hi habent ſolum votum continentiæ, ſed non obedientiæ, ſubiecti tamen Epiſcopo, vt inquit D. Thom. diſt. q. 188. art. 5. ad tertium. & in 4. ſent. diſt 28. His ita notat.

Primum ſit dictum. Eremitæ ſunt religioſi, non tamen 2 *Eremitæ ſunt veri religioſi.* regulares, & gaudent priuilegio canonis ſi quis ſuadente, & ſunt de foro eccleſiaſtico, ſi ſint adſtricti alicui regulæ, vel ſuperiori, vt inquit Silu. Eremita. num. 2. qui tamen non debent ingredi Eremum, niſi ſint perfecti in charitate, & conſtantes, cum non habeant adiutoria aliorum.

Seccundum dictum. Eremitæ poſſunt habere proprium. glo. in diſt. cap. qui verè. & condere teſtamentum. §. ſed illud. 19. q. 3. niſi ſint adſtricti religioni approbatæ.

Tertium dictum. Eremitæ poſſunt tranſire ad religio- 3 nem monachorum, & aſſumi ad eorum prælaturas per po- *Eremitæ mo-* ſtulationem. cap. cum ad monaſterium. de ſtatu mon. cum *nachi fieri* tranſeant ad vitam ſtrictiorem propriis renunciando, vt ibi *poſſunt, &* dicit Silu. num. 3. *quæ alia agere.*

Quartum

4 Quartum dictum. Eremitæ debent viuere ſub obedientia Epiſcopi,& ſub regulis ab eo ſtatutis, nec ſine eius licentia cellulas adire,aut conſtituere.cap.cellulas. 18. q. 2. & delinquentes ab eo puniuntur.d.cap.qui verè.cap.nulla.vbi gl.93. diſt.Boer.in tract.de ſtatu,& vita heremit.num.13.& 14.

Eremitæ ſub obediẽtia Epiſcopi viuunt.

Ex quibus, ad laudem Dei Optimi Maximi, impoſitus ſit finis tractatui de Regularibus, & per conſequens omnium Tractatuum Perſonarum Eccleſiaſticarum, omnia in iis contenta obedientiæ, & cenſuræ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubjiciens, ac correctioni, & ſi quid,quod Deus auertat,contrarium eius decretis fortè adeſſet, id omne reuocans & annullans.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM, ET SENTENTIARVM.

Prior numerus, paginarum eſt, ſecundus verò, marginis.

A

ABBATES *vnde dicantur, & qui ſint. pagina 294. num. 1.*

Abbates quotuplices ſint, & qui propriè magis. 295.2

Abbas regularis, vt quis ſit, quæ requirantur. ibidem. 3

Abbates quibus prærogatiuis potiantur. 297.4

Abbates in quibus poſſint cum monachis diſpenſare. 299.5

Abbates quæ poſſint in genere, & in ſpecie. 305.7

Abbates quæ agere non poſſint. 307.8

Abbas quæ agere debeat, & teneatur. 308.9

Abbas vt deſinat eſſe. 309.10

Abbatiſſa quæ dicatur, quæ eius dignitas, poteſtas, & officium. 310.11

Aduocatus pauperum quis, & eius officium. 169.3

Aduocatus fiſcalis quis, & eius officium. ibid. 4

Aduocati conſiſtoriales cur inſtituti, & quod eorum officium. 204.1

Archiepiſcopi à quo eligantur, qui dicantur, & eorum prærogatiuæ. 114.4

Archiepiſcopi prærogatiua, & poteſtas quæ, & ad quæ ſe extendat. 116.6

Archidiaconi dignitas, poteſtas, & officium quod. 286.13

Archipreſbyteri dignitas, poteſtas, & officium quod. 289.14

Audientia cameralis quoties fiat, & quomodo. 170.8

Auditoris cameræ apoſtolicæ conſtitutio, officium, & poteſtas quæ. 171.1

Auditor cameræ à quibus abſtinere debeat. 172.2

In

Digitized by Google

In Auditoris officio quo ordine procedatur. 177.3
Auditores Rotæ cur inſtituti, & quales eſſe debeant. 189.1
Auditorum Rotæ priuilegia quæ ſint. 190.2
Auditorum Rotæ officium, & poteſtas quæ. 191.3

B

BEneficia vt vnienda, & quando parochialibus. 332.n.9.
Beneficium eccleſiaſticum quid ſit, & vnde introductum. 484.1
Beneficium quotuplex ſit. 485.2
Beneficium obtinere quis poſſit, vel non. 486.3
Beneficiorum pluralitas vetita, & quomodo. 488.4
Beneficium deſiderare an liceat. 494.5
Beneficiatus tenetur reſidere, & quomodo. 496.6
Beneficiatus an ſit dominus fructuum. 500.7
Beneficiorum reſignatio vt fienda. 502.8
Beneficiarius à quibus abſtinere debeat. ibid.9
Beneficiarius an teſtari poſſit, & quomodo. 503.10
Beneficiario quis ſuccedat. 505.11

C

CAnonici vnde dicantur, & eorum eminentia. 253.1
Canonici vt diſtinguantur, & conſtituantur. 253.2
Ad Canonicatum obtinendum quæ requirantur. 256.3
Canonicorum prærogatiuæ quæ, & poteſtas. 258.4
Canonici quæ præſtare non poſſint. 263.5
Canonici quæ præſtare, & agere debeant, & à quibus cauere. ibid.6
Capitulum canonicorum quod ſit, vt conſtituatur, & conuocetur. 271.& 193.7
Camerarius cur introductus, quod eius officium, & poteſtas. 1621.
Camerarius, & eius officiales à quibus abſtinere debeant. ibid.2
Capituli prærogatiuæ, & poteſtas quæ. 262.8
Capitulum quæ facere non poſſit. 276.9
Capitulum ſede vacante, quibus prærogatiuis, & poteſtate fruatur. 277.20
Capitulum ſede vacante quæ agere non poſſit. 283.11

Cardi

Cardinalium origo quando cœperit. & nomen. 81.2
Cardinalium officium quod. ibid.3
Cardinales an ſint in ſtatu perfectionis, & potiores Epiſcopis. 83.4
Cardinalium claſſes quot. 84.5
Cardinales quales creentur, & vnde. 85.6
Cardinales quis creet. 87.7
Cardinales quæ forma, & tempore creandi. 88.8
Cardinalium dignitas, poteſtas, & prærogatiuæ quæ. 89.9
Cardinales quid agere debeant. 96.10
Cardinales qualiter peccare poſſint. 98.11
Caſus Papæ reſeruati ab eo ſolo abſoluendi, qui ſint. 42.14
Caſtitas rectè Deo vouetur. 435.5
Clerici cameræ qui eligendi, eorum poteſtas, & officium. 163.3
Clericus ſacri ſenatus, quis, & eius officium. 170.7
Clerici vnde dicantur, qui ſint, cum excellentia eorũ ſtatus. 386.1
Clerici dicuntur in dignitate conſtituti. 388.2
Clerici ciues dicuntur. ibid.3
Clerici an ſint in ſtatu perfectionis. ibid.4
Clericorum priuilegia quæ ſint, & vt intelligantur. 389.5
Clericorum priuilegia quando amittantur. 431.6
Clerici à quibus cauere, & quæ agere debeant, cum ſingulorum pœnis. 334.7
Clerici quæ præſtare debeant. 477.8
Clerici quid etiam agere debeant. 482.9
Collegium quod dicatur. 312.1
Collegiata Eccleſia quæ dicatur, & quæ ad eam requirãtur. ibid.2
Collegiata Eccleſia, & eius Rector, quibus prærogatiuis potiantur. 314.3
Collegiata Eccleſiæ Rector ad quæ teneatur. 315.4
Commiſſarius Cameræ quis, & eius officium. 170.6
Congregationes in curia quæ fiant, & quæ ibi agantur. 204.1

D

DAtarij officium, & poteſtas quæ. 178.1
Decimæ debentur Parochis. 336.14
Decimæ de quibus, & à quibus, & vt ſoluendæ. ibid.15
Dignitates in Eccleſia Cathedrali, quæ dicantur, & vt conſtituantur. 285.12

Digitized by Google

Diſpenſatio in quibus liceat, vel non. 8.3
Delegare in genere quis poſſit. 205.1
Delegari quæ poſſint, vel non, ab ordinario. 206.2
Delegatus à Papa quas qualitates habere debeat. ibid.3
Delegatus aliorum, quas qualitates ſat eſt habere. ibid.4
Delegatus qua forma conſtituatur. 207.5
Delegatus ſi non vult facere fidem ordinario de mandato, quid agendum. ibid.6
Delegatus quæ poſſit in genere, & in ſpecie. 208.8
Delegatus an poſſit ſubdelegare, cum ampliationibus, & limitationibus, & declarationibus. 210.9
Delegatus quæ alia poſſit. 214.10
Delegatus quæ non poſſit. 218.11
Delegatorum poteſtas, qualiter in multis caſibus particularibus intelligatur. ibid.12
Delegatus quæ agere debeat. 222.13
Delegatus à quibus cauere debeat. ibid.14
Delegati officium, vel poteſtas qualiter expiret. ibid.15

E

Eccleſiaſticorum ſtatus præfertur ſeculari. 4.4
Eccleſiaſtici vt diuidantur. 5.6
Eremitæ qui dicantur. 444.1
Eremitæ ſunt veri religioſi. ibid.2
Eremitæ monachi fieri poſſunt, & quæ alia agere. ibid.3
Eremitæ ſub obedientia Epiſcopi viuunt. 454.4

G

Gvbernator Vrbis, cur introductus, eius poteſtas, & officium. 198.1

I

Irritatio, diſpenſatio, interpretatio in lege, vt differant. 8.2
Iudex Mareſcalli, & Turris Nonæ, cur inſtitutus, eius poteſtas, & officium. 201.1

L

Laici vt diuidantur. 5.7
Legatorum ſpecies quot, & quæ qualibet. 99.1
Legati qui conſtitui ſoleant, & quibus iure competat legatio. 101.2
Legati de latere officium quale ſit. ibid.3

Digitized by Google

Legati dignitas,& poteſtas quanta,& quæ ſint quæ poſſit,vel non. ibid. 4
Legationis poteſtas,vbi,& quando vigeat. 109.5
Legationis effectus quis ſit. 109.6
Legati poteſtas quando,& quibus caſibus expiret. 110.7
Lex naturalis quid ſit,& an in ea cadat diſpenſatio,vel mutatio. 10.5

M

MOnaſteria,vt conſtruenda,& veneranda, cum eorum priuilegijs. 589.15
Moniales quibus nominibus appellentur. 607.1
Moniales debent,reſpectiuè,ſeruare ea quæ dicta ſunt de Monachis. ibid.2
Moniales virgines,& viduæ,vt diuerſæ recipiantur in religione. 608.3
Moniales,vt legitimè ingrediantur religionem, quæ requirantur. 609.4
Moniales vt profiteri debeant. 424.5
Moniales à quibus cauere debeant. 425.1
Moniales quæ agere debeant. 428.2
Moniales quibus priuilegijs gaudeant. 429.3

N

NOtarij Cameræ à quibus abſtinere debeant. 165.4
Notarij curiæ,qui,& quod eorum officium. 198.2
Nouitius an poſſit exire,& quid fiat de eius beneficijs,& bonis. 569.10

O

OBedientia rectè Deo vouetur. 599.4
Oblationes vt debeantur Parochis. 333.11
Oblationes debentur Rectori parochiæ,& quomodo. 336.14
Oblationes à quibus non recipiendæ. 335.12

P

PAlliũ vt accipiat Archiepiſcopus,quomodo,à quo,quando,& quis eius effectus. 114.5
Papæ nomina quæ,& vt eminentia. 7.1
Papa non eſt Chriſti ſucceſſor,ſed Petri, & Chriſti Vicarius, & quomodo. 8.4
Papa quid poſſit circa legem naturalem,vel non. 12.6
Papa quid poſſit circa legem diuinam, & circa præcepta Decalogi,& quid non. 13.7
Papa quid poſſit circa legem Euangelicam,vel non. 26.8

Digitized by Google

Papa quid poſſit circa articulos fidei, vel non. 29.9
Papa quid poſſit circa traditiones ſacras, vel non. 30.10
Papa quid poſſit, & debeat agere circa canonizationem ſanctorum. 35.11
Papa quid poſſit circa confeſſionem ſacramentalem. 38.12
Papa quid poſſit circa ius canonicum, & vt in eo, & quibus caſibus diſpenſet. 40.13
Papa qui caſus referuentur, vel cauſa. 42.14
Papa quid poſſit circa regimen eccleſiæ, & ad quæ ſe extendat eius poteſtas. 49.15
Papa quid poſsit circa eos qui in Purgatorio ſunt. 51.16
Papa quid poſsit circa Paganos. 52.17
Papa quid poſsit circa Iudæos, & de ijs ſanxerit. 53.18
Papa quid poſsit circa Hæreticos. 58.19
Papa quid poſsit circa Imperatorem, & alios Principes. ibid.20
Papa poteſt exemptiones dare. 59.21
Papa quid poſsit circa prædicationem. 60.22
Papa poteſt priuilegia concedere. ibid. 23
Papa quid poſsit circa beneficia. 60.24
Papa quid poſsit circa iudicia. 61.25
Papa quid poſsit circa ſtudia, & ordinationem religionum. 63.26
Papa quid poſsit in caſibus particularibus, in multis. 64.27
Papæ eminens poteſtas. 69.28
Papæ nomina eminentia. ibid.29
Papæ quæ non liceant. ibid.30
Papa quæ non ſoleat agere. 70.31
Papa quæ non intendat agere. 71.32
Papam in quibus vti deceat Cardinalium conſilio, & quomodo. ibid.33
Papæ reſidentia vbi ſit, & an ſedem transferre poſsit. 72.34
Papæ regimen quale. 73.35
Papa an poſsit Papatui renunciare. 74.36
Papa hæreticus an poſsit deponi, & quomodo, & ob alia non. 75.37
Parochia quid ſit, & cur inſtituta. 320.1
Parochia vt dicatur, quæ requirantur. 321.2
Parochia vt conſtitui poſsit à quo, & quomodo. 322.3
Parochialis eccleſia non debet eſſe ſine dote, & quæ dicatur dos ſufficiens. 323.4

Digitized by Google

Parochi qualiter ſe habeant ad Epiſcopos circa onus curæ animarum, & quod eorum maius ſit onus. 314.5
Parochi à quibus eligantur, & qua forma, & quis concurrentium præferendus, & qualis debeat eſſe Parochus. ibidem. 6
Parochialis eccleſia an poſſit optari, vel peti, vel recuſari ſi ſuperior vocet. 331.8
Parochus, & eccleſia parochialis multis prærogatiuis potitur. 332.9
Parochus, vt ſit iudex parochianorum in foro pœnitentiæ, & quibus alijs priuilegijs potiatur, circa celebrationes, benedictiones, reparationem Eccleſiæ, obedientiam, & reuerentiam. 353.21
Parochus ad quæ ex officio teneatur, circa curam animarum exercendam, Euchariſtiæ detentionem, & ſacrorum oleorum, Eccleſiæ reparationem, celebrationem diuinorum, doctrinæ Chriſtianæ eruditionem, cultum Eccleſiarum, prædicationem, correctionem, obediētiam erga Epiſcopum, & alia. 354.23
Parochus quæ vlterius ſaltem ex conſilio præſtare debeat. 375.24
Pœnitentiarius ſummus, cur inſtitutus, & cui committatur id officium, & eius poteſtas. 153.1
Pœnitentiarius ſummus quæ peragere debeat, vel non, & poſſit, & quæ ſint eius qualitates. 154.2
Patriarchæ vnde dicantur, & quare. 111.1
Patriarchæ quot ſint, eorum poteſtas, & prærogatiuæ. 112.2
Paupertas rectè Deo vouetur. 598.3
Plebanus quis dicatur. 316.1
Plebanus vt quis dicatur, quæ requirantur. 317.2
Plebani poteſtas, & quibus prærogatiuis potiantur. ibid.3
Plebani officium quod ſit, & ad quid teneatur. 318.4
Poteſtas quæ cenſetur in dubio delegata. 208.7
Prædicandi muneris præſtantia quanta. 309.1
Prædicare qui poſsint, vel non. 310.2
In Prædicatore quæ requirantur. 514.3
Prædicatio qua forma fienda, & quæ in ea vitanda. 521.4
Prædicatio qualiter ſit habenda, & quæ in ea vitanda. 522.5
Prædicandi modi quot ſint. 524.6
Prædicatores in quibus peccare poſsint. 528.7
Prædicatio vt audienda, & vt in ea peccetur. 532.8

Prælati qui propriè dicantur, & qui minus propriè. 121.2
Prælatorum inſignia quæ ſint. 122.2
Prælati à quo eligantur. ibid.3
Prælatura an optari poſsint, vel non. 123.5
Prælati quæ agere poſsint, vel non. 125.6
Prælati quæ agere non poſsint, vel non ſoli. 137.7
Prælati quid agere debeant, & teneantur circa bona temporalia eccleſiæ, vel non. 142.8
Prælati circa ſpiritualia quid agere debeant, & teneantur. 147.9
Prælati vt ſe præcedant, vel præcedantur. 384.1
Præpoſiti dignitas, poteſtas, & officium quod. 290.15
Præſidis Cameræ apoſtolicæ officium quod. 169.2
Primates qui ſint, & quæ illorum poteſtas. 113.3
Primicerij, & aliarum dignitatum, dignitas, poteſtas, & officium quod. 290.16
Primitiæ debentur Parocho, remiſsiuè. 341.16
Procurator fiſci quis, & eius officium. 170.5
Procuratores ſacri palatij, cur inſtituti, & quod eorum officium. 203.1
Profeſsio eſt fienda ab eo qui religionem eſt ingreſſus, quot modis, & quomodo, & quid requiratur ad eius validitatem. 495.11
Profeſsio tacita quot modis facta intelligatur. 489.12
Profeſsionis effectus quis. 501.13
Profeſsi bona, & beneficia cui acquirantur latè declarantur. 503.14

Q

QVarta vt debeatur parochiali, de quibus, & quomodo, vbi quis extra eam ſepelitur. 345.18

R

REferendarij cur introducti, eorum officium, & poteſtas. 183.1
Referendarij à quibus abſtinere debeant. 186.2
Regulæ diuerſæ quæ inſtituta habeant, remiſſiuè. 552.3
Regulares, quæ agere, & à quibus cauere debeant. 518.6
Religio vnde dicatur, & quid ſit in genere, & in ſpecie. 535.1
Religio quot modis ſumatur. 537.2
Religionis, & religioſorum appellatione qui veniant. ibid.5
Religionis, & religioſorum ſtatus ex pluribus ſummè commendatur.

Digitized by Google

Religioſi ſtatus origo latè recitatur. ibid.5
Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis,& quomodo. 541.6
Religioſus ſtatus eſt perfectiſſimus,& excellentiſſimus. 542.7
Religioſus ſtatus debet à Papa approbari. 544.8
Religionum ordines varij ſunt,& rectè. ibid.1
Religiones à quibus fundatæ ſint,& quo tempore. 545.2
Religio ad quæ opera ordinari poſſit,& quod potius. 553.4
Religionis ingreſſus quo fine fieri debeat,quo non, & quando non proſit. 555.1
Religionis ingreſſus debet eſſe voluntarius, & quæ vis, vel metus eum annullet, vel dolus, qui non, & quando quis teneatur ingredi eam. 556.2
Religionem ingrediens in qua ætate debeat eſſe conſtitutus, & quis non obligetur ei. 559.3
Religionem vouens ingredi tenetur, & quomodo,ac qualiter obligetur,& quid ſi reijciatur. 569.4
Religionis ingreſſus liber eſſe debet à ſimonia, & quando aliquid accipere liceat,vel non. 562.4
Religionem qui ingredi poſſint,vel non. ibid.5
Religionem ingredient à quo recipi debeat. 566.6
Religionem ingrediens mutare debet habitum, quomodo, ac quare. 567.8
Religioſus fiendus debet prius in probatione manere, quanto tempore,& quomodo. 568.9

S

Sacra congregatio quid reſponderit circa perſonas, & beneficia eccleſiaſtica. 507.4
Sacrorum hominum dignitas quanta. 4.5
Sacramenta vt ſint neceſſario ſumenda à Parocho,& quomodo. 335.13
Secretarij quotuplices ſint,& quod eorum officium,& vt inter ſe differant,& quæ ſit eorum poteſtas. 178.1
Senatoris vrbis officium,cur inſtitutum,eius poteſtas, & officium. 200.1
Sepeliri vbi debeant decedentes in parochiali,& an ſepultura eligi poſſit,& quomodo. 341.17
Sepultura qui careant. 351.20
Circa Sepulturam à quibus cauendum. 249.19
Sollicitatores cauſarum qui ſint,& quotuplices,& eorum officium. 203.1
Succeſſor in beneficio an teneatur ad debita defuncti. 506.12

Digitized by Google

Status quid ſignificet, & quid in propoſito. 2.1
Statuum diuerſitas conuenienter in eccleſia ſtatuta eſt. 13.2
Status diuiduntur in eccleſiaſticos, & ſeculares, & conuenienter. ibid.3

T

T*Heſaurarij officium, & poteſtas.* 169.1

V

V*Icarij ſanctiſſimi Domini Papæ poteſtas, & officium quod.* 152.1
Vicarius vnde dicatur, & quis in propoſito ſit. 224.1
Vicarius Epiſcopi quis eſſe poſſit, vel non, & qualis eſſe debeat. 225.2
Vicarius ab Epiſcopo conſtitui debet, aliàs ab Archiepiſcopo cogi poteſt. 226.3
Vicario debet Epiſcopus congruum ſalarium conſtituere. 227.4
Vicarius à quo eſt conſtituendus. ibid.5
Vicarius qua forma eſt conſtituendus. 228.6
Vicarius quibus prærogatiuis, & honore fruatur. ibid.7
Vicarius habet ordinariam poteſtatem. 230.1
Vicarius habet eandem poteſtatem, quam Epiſcopus, & quomodo. 231.2
Vicarius quæ poſſit in particulari, ſcilicet reſtituendo in integrum, & exequendo ea quæ ſunt iuſtitiæ. 331.3
Vicarius quæ non poſſit ſine ſpeciali mandato. 336.4
Vicarius quæ agere debeat. 248.1
Vicarius quæ agere non debeat. 249.2
Vicarius poteſt ad libitum remoueri. ibid.1
Vicarij poteſtas, & officium, quibus caſibus expiret. 240.2
Vicarius in quibus peccare poſſit. 250.3
Vicarius delinquens à quo puniri poſſit. 251.4
Vicarius an poſſit recuſari, vt ſuſpectus, & quomodo. 252.5
Vicecancellarius, cur inſtitutus, cur ſic dicatur, quis eſſe debeat, eius poteſtas, & officium 157.1
Viſitatores carcerum, cur inſtituti, eorum poteſtas, & officium. 202.1
votum requiritur ad Religionem, in quibus conſiſtat, ad quæ ſe extendat, & quare. 597.1
Vota religioſorum quot ſint, & quare. 598.2

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google